lens piscem capere cũ hamo velãt ipsuz cum esca: ⁊ ita piscis capiẽdo escã capit cum hamo. Ita antichristus contra p̃dictos sciens illud qđ ipsi amant: ⁊ cum venerit carnalia dabit eis: qꝛ si in primordio poneret errorem non cito faceret qđ vellet: sed ita vt diciuz est: vnde clara auctoritas est Actuũ.ix. Nescit hõ fratrem suum: sed etiã sicut pisces capiuntur hamo: ⁊ sicut cõprehẽduntur laqueo: sic capiuntur hoies tp̃e malo: cũ eis ex exemplo supuenerit dicit nescit qꝛ nesciunt si poterint euadere tribulationẽ illã: ⁊ iste est primus modus .s. tã in hoĩbꝰ decipiẽdo eos q̃ꝫ in luxuria q̃ꝫ in gulositate. Vñ modus erit talis: venient em̃ discipuli cito antichristi in habitu heremitaꝝ ⁊ dicent. O bone gentes parate vos: qꝛ finis mundi adest: ⁊ in hoc dicent veꝝ qm̃ nullus est error cui non sit aliqđ veꝝ admixtũ. ⁊ ideo dicent: estote misericordes qm̃ mi a multũ placet. Ut aũt sciatis qm̃ nõ verbo solum p̃dicamus sicut ceteri: sed etiã opere cõplemus illa q̃ dicimus: quicunqꝫ vestrũ erit indigẽs veniat ad nos ⁊ ꝓuidebimus ei. Tunc his auditis venient hoies ꝑm suas affectiones ad eos secrete dicentes vt eis tribuant: ⁊ tũc augebunt statuz cuiuscũqꝫ: ⁊ dabunt eis in duplo plusq̃ꝫ petant: ⁊ tunc dicẽt hoies. O quã boni p̃dicatores: non em̃ faciunt sic nostri qui semꝑ dicunt da da: vnde habebũt istud auꝝ: vt đꝛ ꝙ demones omne thesauꝝ absconsum portabunt eis subito. Item faciet p̃conizari antichristus ꝙ vult ire bellatum cum infidelibus: ⁊ ip̃e intelliget de christianis ⁊ ꝙ ipse magnũ stipendium dabit: tunc congregabit cito tot gentes armoꝝ: q̃t dicit beatus Joh. Apoc.xx. Qđ goth ⁊ magoth ꝯgregabit eos in p̃lium: quoꝝ numerꝰ est sicut arena maris: dicunt aliq̃ ꝙ goth ⁊ magoth sunt decẽ tribus israel vltra montes captos. Sed đꝛ ꝙ ꝓ goth intelligunt̃ illi q̃ erunt recti ⁊ cooperti. s. in habitu ficto: et per magoth detecti. s. qui cum magna vi venient. vnde goth idẽ est ꝙ tectũ ⁊ magoth detectum: ⁊ audita: eiꝰ ptãte inimicus properabit contra inimicum vt possit vindicari: ⁊ ita deponet principes aliquos ⁊ alios sublimabit: vtinã non inueniantur christiani inter tales. Item dabit carnalia oblectamẽta: qꝛ ab anno remouebit quadragesimam ⁊ quattuor tẽpora: ⁊ breuiter nullum fiet ieiuniuz nec abstinentia. Item de luxuria destruet oẽ matrimonium: sacerdotiuz ⁊ religionẽ: ⁊ dicit ꝙ deus dicit Gene.iij. Crescite et multiplicamini ⁊ replete terram: et isto mũdo habebit carnales: ⁊ vnꝰ habebit sex vel septez mulieres. Si aũt queratur vnde venient tot mulieres: đꝛ ꝙ sicut dicit glo. Geñ.viij.cap̃. Qđ sicut demũ succumbit ⁊ incumbit illis: ita fiet in tẽpore illo: ⁊ ita vnus hõ poterit habere q̃t voluerit ⁊ ponet se in specie formosissima: ⁊ ita etiam in habitu ⁊ forma viri: sic mulieri faciet q̃cunqꝫ placebit ei: sic mulier virosilr: ⁊ tunc antiqui plangent qꝛ non venit citius ⁊ plorabunt. O deus quot secum habebit cum habuerit sup nos auaros: luxuriosos: ⁊ gulosos: quis tunc remanebit cum christo. O deus tam pauci erunt cũ eo. Et ecce auctoritas hoc di. vnde Daniel.xj. dicit. De isto ad litterã multiplicabit gloriã suis: ⁊ dabit eis potestatem in multis: ⁊ terram diuidet gratuito: ⁊ sequitur infra dñabitur thesauroꝝ auri ⁊ argenti: quõ poterit fieri euasio: đꝛ ꝙ in predictis oĩbus de p̃senti nõ apponatur cor: ⁊ tunc in illo tẽpore non erit cura de illis ⁊ stabit quilibet firmꝰ: vnde primo Joh.ij.cap̃. Nolite diligere mundum neqꝫ ea que in mundo sunt: si quis diligit mundum non est charitas patris in eo. qm̃ omne qđ est in mũdo cõcupiscẽtia carnis est: ⁊ concupiscẽtia oculoꝝ ⁊ superbia vite: que non est ex patre sed ex mundo ⁊ mũdus transiuit ⁊ cõcupiscentia eius: qui aũt fecit voluntatem dei manet in eternum. ¶ Secundo illos qui adhuc remanebunt seducet ad modum tragetatoris: vnde tragetator facit apparere homines armoruz ⁊ nihil est: facit etiam apparere ꝙ scindit capita et resuscitat ⁊c. ita faciet antichristus qui cum omnibus demonibus faciet tot miracula ficta: non tñ vera sicut christꝰ faciebat. Unde veraciter non illuminabit cecos: nec sanabit leprosos: neqꝫ faciet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

loqui mutos: sed per similitudinē faciet tot & tanta q̄ simplices seducet. ij. Thes. ſal. ij. Reuelabitur ille iniqu⁹ cui⁹ est ad uentus ſm operationē sathane in omni virtute & ſignis & prodigijs mendacib⁹: & in omni seductiōe iniquitatis hijs qui pereunt eo quod charitate veritatis nō receperunt vt salui fierent: ideo illis mittet deus operationez errous. vnde beatus Johannes Apocalypſis decimoterno ponit duo miracula que faciet. ¶ Primum est q̄ faciet descēdere ignez de celo. Dicent enim eius discipuli & predicatores. Vos non vultis credere q̄ iste dñs quem predicamus sit filius dei: dicent ſp̄aliter simplices non: sed est vnus predicator & in alijs filius diaboli. Dicent illi: si nos facimus descendere ignē de celo qui cōburet istum montem? Respondebunt illi: vos facietis illa: ita dicent illi. Et tunc ꝓpter coloꝛem flectēt genua & dicent: ego rogo deum q̄ si iste dominus quem predicam⁹ est saluator mūdi q̄s deus miraculū faciat: & faciet descēdere ignem de celo: tunc subito descendet ignis: q̄ subito demones adducent illum a phera ignis sicut fecit sathanas Job primo. ¶ Secundum miraculum quod dicit beatus Johannes Apocalip. decimotertio. Quod faciet loq̄ ymagines: dicent enim vos non vultis credere q̄s dicimus: vnde habuisti fidē vestrā & a quibus? Respondebūt fideles q̄ ab apostolis qui predicauerunt sicut Petrus Paulus & alij. Tunc dicent: nonne creditis nobis si nos facimus eis reuocare per os suum? Respondebunt fideles vos non poteritis: & ille deo rogato faciet demon mouere labia ymaginis dicq̄ damnatus est qui credit in iesum christum. Et ita credent homines: si aūt non velint credere ꝓpter illa apparenter ſuscitabunt mortuos demonibus formantibus corpoꝛa ſimilia mortuis: & loquētur ad intra & conuerſabuntur cum hominibus & alia multa: vnde Christ⁹ nos auiſans de iſtis ita predixit nobis. Mathei. xxiij. Surgēt pſeudo christi & pſeudo prophete & dabunt ſigna & prodigia ita vt in errorem inducant ſi fieri poteſt etiam electi: quod ergo remedium: dicitur q̄ ſi quis quantūcunq̄ appareat ſanctus velit ſanare infirmitatem vel alia ſimilia quod nō credamus niſi faciat illa in nomine Jeſu: & ſicut euangeliſta ait Marci vltimo. Super egros manus imponent in nomine eius et bene habebūt. & ad Philippenſes ſecundo. Dabit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: quod antichriſtus omnibus nominib⁹ vocabitur: excepto illo nomine Jeſus. vnde vocabitur verbum dei: lux: chriſt⁹ ſed non ieſus: quia eſt nomen ꝓpriū noſtri ſaluatoris: & tūc nō curabim⁹ de nominibus antichriſti. vnde Dauid pſal. xxix. Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas. Beatus ergo non cadet in errorem cuius eſt nomen dominī ſpes ei⁹. Nota aliud & q̄ non reſpexit in vanitates. ſ. iſta conuicia qui dicunt hodie. Item quarto: non enim eſt nomen ſub celo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri: vnde Marci vlti. Signa eos qui crediderunt hec ſequentur in noie meo demonia eiicient: linguis loquent nouis: serpētes tollēt: & ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit: ſuper egros manus imponēt & bene habebunt. ¶ Tertio adhuc eos qui erunt in fide ſeducet per modū incantatoꝛis. Incantatoꝛes enim quando volūt capere ſerpentē aſpidē qui aſtutus eſt: ſi poſſunt dicere verba incantationis q̄ ſerpens ille non audiat: capiunt ipſum: ita diſcipuli antichriſti dicent magiſtris et doctoribus: veniamus ad diſputationē. Tunc diſputabunt & intricate arguent q̄ magiſtri doctoꝛes & gentes erunt attonite: & capientur quemadmodum ſerpētes capiuntur auditis verbis incātationis. vnde prime ad Thimo. iiij. Manifeſte dicit: quia in nouiſſimis temporibus deſcedent: quidam a ſpiritibus errois & doctrinis demoniox: & ypocriſi loquētiū mēdaciū. Unde modus eoꝛum talis erit. Dicent enim diſcipuli antichriſti rectoribus ciuitatum: nos non volumus ſeducere gentes: vt in publico manifeſtetur veritas: ideo volumus vt fiant

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

duo stadafalia vt possint: gentes adesse: & ita fiet. Tunc omnibus congregatis dicet: bone gētes vt cognoscatis q̄ quē predicamus filius dei sit et saluator mundi nos volumus probare ibi coram magistris vestris et doctoribus: sic dicent gētes hoc bonum est. Et tunc incipient arguere discipuli antichristi et probare p prophetias que apparebunt esse contra christum: et pro illo maledicto antichristo: & tunc dicent vos magistri parisienses & vos doctores tholosanē sic de alijs studijs respondeatis. Tunc demones ligabunt eorum linguam & non poterunt loqui nisi balbutiendo ad modum capre: & tunc cadent omnes gentes: ratio quare ligabit linguam: quoniam poterit ligare linguam cuz ligauerit animaz fortiorem. Itez per que quis peccat per hec et torquetur. Sapiētie. xj. quia modo nō curamus studere bibliam: sed poetas et illos predicare: ideo punientur per illud idem quando poterimus nos muare quando erit nobis necessarium: et erit Danielis. xj. Faciet iuxta voluntatē suā & elevabitur et magnificabitur aduersus omnem dominum & aduersus dominum deorum loquetur ingentia id est sophistria: scilicet illis qui tunc erunt. Sed si quis bene studeat bibliam valde poterit bene respondere: si autem quis querat quomodo poterimus euadere: et qd faciendo: dicitur q̄ modo non fundem⁹ nos nec fidem nostram in articulis et rationibus: sed i fide que ita alta est: quod si est vna ratio in fide sunt. lx. pra. Sed fundetur in vera obedientia: ex quo christus illaz nobis ostendit qui non potest mentiri: ergo ita faciamus argumenta tamen bona sunt ad fundandum: sed fortificandum intelligentiaz: & si ita fiat poterim⁹ dicere discipulis antichristi: nos non tenemus fidem per argumenta sed per veram obedientiam: quare non credimus vobis. Et ita poterimus euadere: ergo tollantur argumenta: vnde sunt due auctoritates: vna est beati Ambrosij q̄ dicit ita. Tolle argumenta vbi fides queritur: tolle scilicet ad fundandū possunt tamen capi ad confortandum. Item beatus Paulus prime ad Corinthios. ij. Fides nostra non sit in sapientia hominuz: sed in virtute dei. ¶ Quarto seducet per tormenta crudelia: vnde magna fuit tribulatio martyrum: sicut Laurentij Bartholomei &c. Sed maior erit tribulatio antichristi: quia non solum affliget corpora sed etiam corda: vnde faciet durare tormenta forte per annum: vnde si dicatur illis fidelib⁹ quis viuat: et respondeant dominus noster Jesus christus: tunc statim capientur et scindentur illis iuncture digitorum: et postyngentur & mittentur in carceribus vsq̄ in crastinum: et post manu inflata vel alio membro rescindent &c. Et similiter affigent cor: vnde capient parvulos et dicent patribus et matrib⁹ quis viuat? Si respondeant dominus noster Jesus christus scindent & comminentur sed erit martyr. Si vero dicat iste dominus qui venit nouiter viuat: posito q̄ in corde non credat: erit damnatus. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Et ideo non sufficit credere: sed oportet confiteri: alios seducet quia non ement aliquid ab alijs nisi portent signum antichristi. Sicut dicit beatus Johannes Apocalipsis decimo tertio. Et ita nullus christianus remanebit in ciuitatibus: sed in desertis lugētes ad dñm clamātes. Quod aūt sic fiat dicit ipsemet Christus Matthei vigesimoquarto. Erit tunc tribulatio qualis non fuit ab initio mundi vsq̄ mō: neq̄ fiet: et nisi breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Quod autem remedium habebimus: vt euadamus: dicitur quod ipse dominus Jesus Christus illud dedit in vltimo suo sermone: cui⁹ secrete post⁹ loquut⁹ fuit discipulis. Luce vigesimoprimo di. Vigilate itaq̄ omni tempore orantes vt digni habeamini fugere: omnia ista que futura sunt & stare ante filium hominis dicit offi tēpore. i. offi mane & sero orare: pone quō & demū faciendi signū cru-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cis ⁊c. dicit ergo: vigilate ⁊c. vt digni habeamini stare ante thronū filij hois eū laudando. Illi vero qui eū negauerunt nō potuerit eius facie sustinere: ergo vigilate ⁊c. Explicit sermo Antichristi.

¶De septem conditionibus requisitis anteq̄ aliquid ponat in thesauris principum vel imperatorum: quas aīa que vult poni in paradiso dz hre. Dist. xx.

Anima q̄ vult poni in paradiso dz habere septē conditiones: q̄ requiruntur anteq̄ aliq̄d ponat in thesauris principū vel impatoꝝ.



Prima est imaginis veritas.
Scōa est subscriptionis proprietas.
Tertia est materie preciositas.
Quarta est ponderis equalitas.
Quinta est soni congruitas.
Sexta est figure integritas.
Septima est circularis rotunditas.

¶Prima ergo conditio est imaginis veritas. Vbi sciēdum q̄ illa siue bona siue mala post mortē possunt ire ad portam paradisi. vnde de bonis nō est dubium: sz de malis est auctoritas Luce. xiij. Cū intrauerit pfamilias et clauserit ostiū incipietis foris stare: ⁊ pulsare ad ostiū dicētes. Domine domine aperi nobis: ⁊ nō dicet vobis: nescio vos. vnde si in aīa inuentaī veritas imaginis. s. fides xp̄iana ponit in thesauro: aīa nō: vñ veritas imaginis stat in duodecim mēbris. s. in fronte: in oculis: in auribus: in naso: ore: ⁊ barba: collo: brachijs: stomacho,: vētre: tibijs ⁊ pedibus: ista fides stat in duodecim de q̄bus examinanī anime: vnde q̄ fides sit imago pt⁹ Eccli. xvij. Deꝰ creauit hoiem de terra: ⁊ sm imaginē suā fecit illū: ⁊ iterū conuertit ipsum in ipsam imaginē fidei: et iterū aduertit in ipsam sz cū mediatur in fide. patet ergo q̄ prima cōditio quā debet habere anima est fides: ⁊ ista est prima virtus scilz fides.

¶Secunda conditio est subscriptionis proprietas. s. cū scribit Karolus vel Ludouicus rex Francie: ⁊ per istā intelligit alia virtus. s. spes: que debet esse in superscriptis in nōie Jesu Christi. vñ Dauid ps. xxxvij. Beatus cuius est nomen dñi spes eius: ⁊ non respexit in vanitates et insanias fallas: vnde illud nomen debemus habere scriptum in corde: vt notat miraculū sancti Jgnacij epi Antiocheni qui cū occideret pro fide: in quolibet tormēto vel ictu dicebat Jesus: ⁊ petiuerit ab eo quō notaret ita spe illud nomen? Respōdit q̄ ideo q̄ habebat ipsum scriptū in corde: quo mortuo diuiserunt cor eius: ⁊ inuenerūt in qualibet parte lras aureis scriptum hoc nomē Jesus: ergo habeamus nos scriptū in aīa per spem: et nō vadamus ad sortileges ⁊ diuinos: et cū post mortē examinabīt poterit dicere xp̄s q̄ est moneta bona: ⁊ de isto nomine scripto in aīa est auctoritas Apoc. ij. Dabo illi calculū candidū: ⁊ in calculo nomē meū scriptum q̄ nemo scit nisi qui accipit. Calculus est lapis p̄ciosus: per quē intelligitur fides: que debet esse cādida nō obfuscata per dubitationē: ⁊ nomē scriptum. s. per spem q̄ nemo scit nisi qui accipit. s. per spem: q̄ confiteretur in illo nomine sperat. ¶Tertū q̄ debet habere moneta est materie preciositas scz q̄ sit de auro purissimo: per q̄ intelligitur tertia virtus. s. charitas que est amor dei supernꝰ: ⁊ recta intentio ad deū in oibus que fiunt: aīa sine ista virtute nō potest q̄q̄ sine ista placere: sicut non placeret materia monete principi si nō esset materia preciosa: ita nec anima sine charitate: vñ aliq̄e gr̄e sunt in triplici gradu: quedam sunt in anima. s. in intellectu sicut spūs prophetie et sciētie ⁊ fidei firmissime: tñ si nō adsit charitas nihil prodest. vñ. j. ad Cor. xiij. Si habuero oēm prophetiā ⁊ nouerim mysteria oia ⁊ oēm sciētiam: ⁊ si habuero oēm fidē ita vt montes transferam: charitatē autē non habeā nihil sum: itē gratia est in ore. s. quō quis habet loquēliā in predicatione tamē propter illud aīa non fit preciosa coram deo. ⁊ ideo Paulus. j. ad Cor. xiij. Si linguis hoīm loquar aut angelorū: charitatē autē non habeam fa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ctus sum velut es sonans ⁊ cymbalũ tinniẽs: dicit cymbalũ tinniẽs: qꝛ sicut cymbalũ vocat alios: ⁊ prodest illis nõ tamẽ sibi: ita silr̃ p̃dicator sine charitate. Alia virtus est in corpore. s. quõ datur elemosyna ⁊ patienter sustinentur labores: tñ nõ faciũt aiam preciosam: nisi adsit charitas et recta intentio. vñ. j. ad Coꝝ. xiij. Si distribuero oẽs facultates meas in cibos pauperꝝ: ⁊ tradidero corpus meũ ita vt ardeam: charitatẽ aũt non habeã nihil mihi prodest: ergo caueamꝰ ꝙ oĩa fiant in charitate ⁊ recta intentione: alꝰ quecũqꝫ bona que fiunt recta intẽtione sunt meritoria: sicut sunt elemosyne: qui tñ si fiãt vt videatur a persona nõ ꝓsunt nisi fiãt in respectu dei. Itẽ comedere ꝓ delectatione cordis nõ prodest ad meritũ: si tñ fiat recta intẽtione. s. vt possit laborare in seruitio diuino ꝓdest: et ita de alijs operibꝰ sicut est dormire: breuiter maiora opera huiꝰ mũdi perdunt̃: qꝛ nõ fiunt recta intẽtione: verbi gr̃a. de iustitia que est magna virtus perditur tamẽ in hoibus armorũ: qñ non pugnant pro iustitia: sed amore dominarũ. itẽ religio magnũ quid est: tñ si fiat intẽtione corrupta: vt si fiãt magni clerici: ⁊ vt possint fieri prelati ⁊ magnates nõ ꝓdest: breuiter omnia opera que nõ fiunt in charitate ⁊ recta intentione in oĩbus operibus: itẽ similiter qñ aliquis laicus vult facere filiũ suũ sacerdotẽ vt melius possit viuere ⁊ bonũ beneficiuꝫ habere ⁊ iuuare parẽtes imposterũ talis intẽtio est corrupta: ergo fiant oĩa recta cũ intentione et charitate: quia charitas nihil est: nisi oĩa opera facere recta intẽtione. s. amore dei. et iõ dicit scriptura. j. ad Coꝝ. xvj. Confortamini in dño ⁊ omnia vestra in charitate fiant: iste ergo sunt tres virtutes theologales: de q̃bus d̃r. j. ad Coꝝ. xiij. Nunc manent fides: spes: charitas: maior autẽ his est charitas. Sequũtur virtutes morales q̃ necessarie sunt anime: vt in thesauro paradisi reponãtur. Quarũ prima intelligit̃ per quartã conditionẽ monete. s. ponderis equalitatẽ: per quã intelligitur temperãtia: hoc est ꝙ omnia opera fiant cum certa mẽsura sicut penitẽtia que debet talis assumi vt possit cõportari oĩbus diebus vite sue. Et ideo dicit scriptura ad Rom̃. xxij. Obsecro vos itaqꝫ fratres per misericordiã dei vt exhibeatis corda vestra hostiã viuentẽ sanctã deo placentem rationabile obsequiũ vestrum. dicit viuentẽ illi non offerunt hostiã viuẽtem sanctã deo placentem: qꝛ capiunt penitentiã nimis strictam ante tẽpus moriantur: ⁊ tales sunt homicide sicut ille qui occideret aliũ in xxv. anno: cum deberet viuere: ita similr̃ faciunt nimis austeri ⁊ ideo cũ mensura debẽt capere penitentiã. Quoniã si sit discreta auget vitã: vnde qui voluerit capere penitentiã: habeat exemplũ in vita scꝫ non comedere carnes: ⁊ comedere semel in die: ⁊ ita de alijs istud est tẽperãtia. Alij non capiũt penitentiã in paruo pondere. Et ideo dicit Aug. monens vt fiat penitẽtia discreta. Carnem vestram domate ieiunijs et abstinentia quãtum valitudo permittit. ¶ Quinta conditio est soni congruitas. s. quãdo facit sonũ bonũ: per quam conditionẽ intelligitur alia virtus. s. prudentia: vnde prudẽtia attẽditur in sono. s. in verbis oris: vnde de isto est auctoritas. Qui moderat̃ labia sua prudentissimus est: nota ꝙ dicit prudẽtissimus qđ est suppellatiuũ: ergo includit positiuũ et cõparatiuum. vnde quis d̃r prudens quãdo non offendit cũ lingua seipsum: prudẽtior quando nõ offendit proximũ: prudentissimus quãdo non offendit deũ: prudens ergo dicit̃ erga seipsum. s. quãdo non dicit mendacium: quia dicens mendaciũ offendit seipsum: qꝛ remouet officiũ lingue: quod est debere illud qđ est in corde. iuxta illud philosophi. voces sunt note earum que sunt in anima passionũ. item Christus Mat. xij. Ex abundantia cordis os loquitur. Cum vero dicit̃ mẽdacium lingua nõ facit officium suũ: ideo offendit seip̃m. Et ideo dicit scriptura ad Ephe. iiij. Deponentes mẽdacium loquimini veritatem vnusquisqꝫ cuꝫ proximo suo: prudentior enim dicit̃ quando nõ offendit proximũ. s. per diffamationẽ quomodo si furatur bonam famã quod est ma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sus peccatum q̄ furari bona tēporalia q̄ preualet bona fama q̄ diuitie. vt ptz ꝑ Salomo. Prouer. xxvj. Melius est nomen bonum q̄ diuitie multe. Gregoriꝰ: qui diffamauit tenet̄ restituere sicut furtum restituitur. Et cum dicit Augu. non pigeat ex ipso ore proferre meditata ex quo facta sunt vulnera: prudentissimus dicitur qui in verbis suis honorat deuz et non iurat in vanū nec falsum: nec negat: alꝫ non est prudēs. Et ideo dicebat Paulus ad Ephe. iiij. Om̄is sermo malus ex ore vestro non procedat: sed quis bonus est ad edificationem fidei: vt det gratiam audiētibus. ¶ Sexta conditio est figure integritas: per quam intelligitur alia v̄tus. s. iustitia: vnde iustitia est quando redditur vnicuiq; illud qd̄ sibi debetur: et ideo ille qui seruat iustitiam reddit monetam integram: verbi gratia de religiosis qui debent quattuor. s. tria vota essentialia ⁊ quartū. s. obseruantiā cerimoniarum: debēt religiosi castitatē angelicam: paupertatem apostolicam: ⁊ obedientiā generalem: ⁊ obseruantiam cerimonialē: ⁊ tunc quando seruant illa tradunt filie integritatē. Sacerdotes vero debent tria. s. digne celebrare: deuote officiare hoc est dicere deuote horas: et in hora debita: ⁊ tertio iuste edificare populum. Laici vero debent duo. s. amare deum supreme ⁊ proximum ordinate. in his enim duobus mandatis pēdet lex ⁊ ꝓphetie. Mat. xxij. Et isto mō traditur filia integra. Et ideo vnusquisq; debet tenere verbum scripture Mar. xv. Si q̄s totā legem seruauerit et offendat in vno factus est reus omnium: et ita punietur in inferno executiue: sicut si offendisset in omnibus: nō tamen tantū intensiue. ¶ Septima conditio est circularis rotūditas: per quā intelligitur fortitudo scz perseuerantia in bonis operibus: quia nō sufficit incipere nisi perficiatur: vnde debet meditari vnusquisq; q̄ in die presenti dz mori: ⁊ in illo debet seruire deo: et resistere tentationibus: ⁊ perseuerare in bonis operibus vsq; ad mortē. vnde ad illud nos monent arbores que q̄uis multa patiuntur incōmoda: tamen semper faciūt florem odorem et fructum: ita debet facere homo resistens tentationibus: quia Matth. x. ⁊ xxiiij. dicitur. Qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Iste sunt ergo virtutes quas qui habebit in fine vite intrabit in thesaurum glorie paradisi.

¶ De tribus medicinis siue virtutibus per quas anima renouatur. Distinctio decima.



Anima renouatur tribus medicinis siue virtutibus.

Quarum prima est virtuosa humilitas.

Scd̄a est copiosa largitas siue liberalitas.

Tertia ē gratiosa puritas siue castitas. His tribus medicinis iuuenescit ⁊ renouat anima: est tamen verū q̄ si quis sciret medicinam aliquam per quā posset corpus iuuenescere: multam pecuniā lucraretur: ⁊ multi ad eum confluerentur: ergo audiat vnusquisq; istas medicīas quibus anima iuuenescit: que incorporaliter premunt corpori. ¶ Prima ergo virtus est humilitas virtuosa. s. humiliari primo deo: ⁊ hoc in tribus. s. in corde deo obediendo: fideliter in ore loquēdo de deo: reuerenter nō iurando false: aliqui tamē non curant si faciant falsuz iuramētū: ⁊ cū tn̄ est maius peccatū ꝑm doctores canoniste ⁊ theologie q̄ homicidiū. Item opere seruire ei: item humilitas est obedire patri ⁊ matri ⁊ principi dn̄o suo ⁊ vnicuiq; alteri: ⁊ ita iuuenescit anima vnde potest cognosci per albedinem pilorū. vnde est auctoritas Danie. vij. Antiquus dierū sedebit vestimentū eius quasi nix candidū et capilli capitis eius quasi lana munda: ita similiter cognoscit̄ anima antiqua si habeat pillos capitis albos: vnde caput anime est superior pars anime que dicitur intellectꝰ siue cor: vn̄ auctoritas super illud Luce xxj. Leuate capita vestra. dicit Gregoriꝰ. Exhylarate corda populi sunt cogitatio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nes.vnde Dauid ps.xxvj. Multiplicati sunt super capillos capitis mei sunt cogitatus albi:quãdo omnia bona que habent et honores attribuunt sibijpsis: et omnia videntur eis alba:q̃ nullo modo cognoscũt proprios defectus:z ita cogitationes talibus sunt albe. In humilitero cogitatus sunt nigri. vñ Cant.v. Coma capitis ei⁹ sunt elate sicut folia palmarũ:nigre quasi cornus:come.s.cogitationes sunt nigre cogitando proprii defectum:et de bonis elenare ad deum intellectum:dicendo ps.cxiij. Non nobis dñe non nobis: sed nomini tuo da gloriã:et ita sunt elate quasi folia palme ad dominũ et retribuendo bonum quod habent:z dicunt nigri cogitatus. s. cogitando proprium defectum: et sibijpsi attribuendo:tunc vero est iumenis quãdo habet capillos nigros:sed antiqui quando habet albos.s.quãdo eleuatur in corde. Ubi nota historiam Pharisei qui eleuatus in templo descendit reprobatus: publicanus vero iustificatus: qui ergo habet pillos albos remouetur. iuxta illud apostoli ad Romanos.xij. Reformamini in nouitate sensus vestri. vnde dicit ps.cij. Qui replet in bonis desiderium renouabitur vt aquila iuuentus tua. ponitur autez primo. Benedic anima mea dominum: et quasi subdens rationem dixit. Qui replet in bonis desiderium renouabit ꝛc.dicit in bonis: non in malis: quoniã quando quis petit aliquid a deo si deus illud quod petitur sciat esse nocuum non dat illud petenti: sed mutat in bonum: ideo desiderium quod erat malum repletur per bonum animo collatum:dicitur renouabit vt aquila. Que cum sit senex rostrum curuum non permittit sibi aperire os:q̃ quidẽ facit ipsaz macram z plumosam ab extra:ipsa vero videns q̃ non potest comedere elidit rostrum ad petram:z ita sanatur. Ita etiaz superbus qui intelligitur per aquilam: quia aquila est auis que volat in altum: ita z superbus vult exaltari in altũ.iuxta dictũ Job.xij. Aquila in arduis ponit nidum suum:itẽ sicut aquila est macra intertus: ita superbus est macer a gratia diuina z exterius est plenus plumis: scz vanitatibus z raupis superfluis sicut caudis rauparum z cornibus z similibus:z istud accidit ex rostro intellectus reflexo ad cor considerando propriam excellentiam. Et tamen istud ducit ad mortem: cum non possit sumere cibum gratie diuine. Et ideo si vult sanari elidat rostrũ scilicet cogitationem proprie excellentie ad petram.de qua.j.ad Cor.x. Petra autem erat christus: vnde si quis voluerit superbire: considerãdo genus elidat ad petram scilicet Christum qui fuit de nobiliori genere inquantum deus est: et inquantum est de nobiliori q̃ vnq̃ fuerit si de Dauid. Item si superbiat propter diuitias consideret paupertatem christi:et ita de alijs. et ideo Dauid ps. cxxxvj. Beatus qui tenet et allidet paruulos suos ad petram:paruulos scilicet cogitatus. ¶Secũda virtus per quam anima reformatur et iuuenescit est copiosa largitas siue liberalitas scz quando quis dedicat se ad opera pietatis: vt delicet cum docet indoctos: quoniã maior est misericordia dare bona spiritualia quam corporalia. Et ergo si quis sit doctus per dei gratiam largiatur de sua doctrina elemosynã indoctis: sicut sunt predicatores qui sunt toti spiritussancti; qui dando doctrinam spiritualem largiuntur elemosynam. Item deuoti largiantur de sua deuotione inducendo altos ad deuotionem per bonum exemplum z aliquas rationes dicendo:quod si moriatur in tali statu ibit ad infernũ: item visitare illos qui sunt in carcere siue hospitali spirituali scilicet purgatorio: et hoc per orationes: et ita de alijs operibus spiritualibus. Item etiaz adimplere opera misericordie corporalia:per ista enim renouatur anima antiquata per peccatum auaritie. Unde vnũ signum antiquitatis cordis: quando inclinat caput ad terram: istud clarum est.et cum hoc est auctoritas clara. Luce decimotertio. Erat mulier quedã que habebat spiritum infirmitatis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

annis decem ⁊ octo: ⁊ erat inclinata nec omnino poterat sursum respicere. Item similiter anima inclinat caput ad terrã ꝑ auaritiã: ita ꝙ sunt inclinati a deo diuitijs: ꝙ non possunt leuare caput ad dominũ. Et de talib⁹ loquitur Dauid in persona christi di. p̃s. xvj. Proijcientes me nunc circũdederunt me occulos suos statuerũt declinare in terram: loq̃tur de auaris qui primo eijciũt a se xp̃m cũ ipse fuerit in hoc mũdo pauperrim⁹ ⁊ tales auari ꝓijciũt ipsum quasi dicendo cũ iudeis Luc. xix. Nolum⁹ hũc regnare sup̃ nos. Cum enim iudei scirẽt Christũ iam natũ q̃uis non cognoscerẽt eũ. dixerat em̃ Joãnes baptista: medi⁹ aũt vr̃m stetit quẽ vos nescitis. Cũ aũt in iordane oñdisset eũ dicẽs Joã. j. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi: hoc est de quo dixi vobis. Cum autem postea vidissent eum pauperem: dixerũt nolumus hũc regnare sup̃ nos: ita etiam facient auari maxime tempore antixp̃i: quia negabunt eũ propter diuitias: dicit circũdederẽt me. vbi nota ꝙ prelati ⁊ sacerdotes sunt ante christum quia orant pro ppl̃o. vnde Paulus ad Hebre. v. Omnis pontifex ex hominib⁹ sumptus pro omnibus constituitur in hijs que sunt ad deum vt offerat dona et sacrificia ꝓ peccatis. diuites nõ sunt ad dexteram: quia sunt in prosperitate diuitiarũ: pauperes a parte sinistra: p̃ncipes terreni sunt retro: quia debẽt tueri in temporalibus ⁊ mũdanis. Si vt dictũ est intercedũt in spũalibus. Sz oẽs isti prelati siue principes siue pauperes siue diuites omnes ꝓijciũt Christũ per auaritiam ⁊ circũdederũt (vt dictuz est) Christũ quia stant sibi circumcirca. s. añ et retro a dextris ⁊ a sinistris: ⁊ tales statuerunt oculos suos declinare in terrã: quia non curant nisi de terrenis: ⁊ fiunt similes brutis: que omnia respiciũt ad terram: ad denotãdũ ꝙ nihil habent in celo: sed omnia tam corpus q̃ animam habent a terra: vnde anime brutoꝝ educuntur a terra. Genesis. j. Producat terra animam viuentem: et ideo cum auari non curant de celestibus similes sũt brutis: cum inclinant caput ad terram: et ita anima est antiquata: sed quando renouabit̃ seu iuuenescet ostendit deus in natura. s. in serpente: qui cũ sit senex: et non possit se mouere in foramine stricto transiens dimittit pellẽ: ⁊ ita iuuenescit: ⁊ ita est de auaro: quoniam per serpentẽ intelligitur auarus: qm̃ sicut serpẽs respicit in terra ita etiã auarus respicit terrena: ⁊ sicut serpens non vadit via recta: ita etiã auarus nunq̃ vadit ꝑ viam rectaz: sed per fraudes ⁊ cautelas q̃tum potest acquiri bona temporalia. Quid ego restat si vult renouari: ⁊ iuuenescere: faciat sicut serpens dimittendo pellez: scilicet diuitias male acquisitas: et de alijs bene acquisitis prestet indigenti: quia maximum bonum est prestare: ideo dicit Dauid. Jocũdus homo q̃ miseretur: ⁊ comodat: disponit sermões suos in iudicio: quia in eternum: nõ cõmouebitur: vide quomodo disponit sermones in iudicio. s. quia cũ Christ⁹ ostẽdat vulnera: ⁊ dicet sibi. O homo q̃d fecisti pro me: cũ ego tantuz fecerim pro te: respondebit dñe non feci tantum ꝓ vobis q̃tum vos fecistis ꝓ me: cum de bonis a vobis mihi collatis prestiti indigentibus: ergo prestetur sine vsura: qui ita precepit deus Deut. xxiij. Non fenerabis fratri tuo pecuniã ad vsuram nec fruges nec quãlibet aliaz rẽ: sed alieno fratri aũt tuo absq̃ vsura illud quo indiget comodabis. Sed tamen qñ quis vult aliq̃d ab alio sibi prestari: statim dicit placet: ⁊ tunc quando dicit ꝙ prestabit per viam rectam: sed statim vadit ꝑ deuia: quando petit vsuraz sicut etiã qñ venditur aliquid vadit per viam rectã: sed quando vult amplius quomodo expectat pecuniaz vel quomodo fit fraus tantum deuiatur a via recta. Et ita ptz quomodo auari intelligũtur per serpentes: ⁊ de istis serpentibus: scz auaris loquitur de⁹ per Hieremiã cũ dicit Hier. lxxxviij. Ecce ego mittã vobis serpẽtes et regulos q̃bus non est incãtatio ⁊ incedebunt vos ait dñs: loquitur laboratoribus quibus mittet deus auaros ꝓpter peccata que committuntur contra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dūm: quia non faciunt die tam completam quando conducūtur ab alijs: ita qz vnꝰ furatur alteri: item quia nō soluūt bene decimas: ideo deus mittit auaros ad puniendum eos: ⁊ non possunt incātari: sed flecti ꝑ preces aliquomodo: cū tenebunt aliquē excōicatum vel incarcerant: ⁊ ideo de auaris dicit Job.xv.c. Cor eiꝰ indurabitur quasi lapis: ⁊ stringetur quasi malleatoris intꝰ. Si ergo velint renouari vadāt ad fornacem confessionis strictam hoc est ad confessorē habentē strictam consciam qui non absoluet alꝫ nisi dimittatur pellis per restitutionē vsure: ⁊ post talis erit iuuenis: ergo renouamini i nouitate sēsus.

¶ Tertia virtus per quam anima iuuenescit ⁊ renouatur est castitas vel puritas gratiosa. s. nō luxuriari nisi tantum coniuges qui sub forma a deo instituta vtantur. Ceteri vero nec corde nec opere nec ore loquendo velint gustare de cibo illo fetido. Si dimittāt cōiugibus qui habent illud placitum cum magno honore deus scit q̄ta patiūtur in matrimonio: ceteri non cōplaceāt in cibis et potibus ⁊ dormitionibus sine peccato: ⁊ isto modo renouabitur anima ⁊ iuuenescet que erat antiqua: vnde ꝑ exempluz corporalis senectutis cognoscitur antiquitas anime. Signa aūt corporalis senectutis inter cetera est qñ amissꝰ est sensus: ⁊ venit ebetatio sensuum: scz qñ non potest videre vel audire vel habere saporem cibi: ⁊ ita de alijs: ita est de anima que non sentit peccata vnde subtilis est sensus corporis in aliquibꝰ vt sēsus aīe valde obscuratꝰ: vnde si q̄s ambulando offendatur a lapillo statim sentit. Sed si offendatur a rupe inferni q̄ est in anima per iram non sentit: item sentit ventum intrantem per fenestram sed non sentit ventum superbie in anima: item non sentit morbum demonis extrahentis de ecclesia ante officium cōpletum die dominica: itē non sentit puluerē inuidie in anima: ⁊ ita de alijs. Et ideo paulus prime ad Cor.ij. Animalis homo non percipit ea que sunt spūs dei. Stulticia enim est illi et non potest intelligere. Ergo si volumus renouari ⁊ iuuenescere recuperet sensus anime ⁊ hoc in confessione: ⁊ ita reformabitur: ideo Dauid psal.ciij. Emitte spm̄ tuum ⁊ creabūtur: ⁊ renouabis faciē terre. Dicit emitte spm̄ tuū: ad habendū contritionē et confessionez: qm̄ homo de se nō potest leuare se a peccato: q̄uis per se peccet. Sed oportet ꝙ eleuetur a deo: iuxta illud Ozee.xiij. Perditio tua isrl̄ tantummodo ex me auxilium meum dicit: ⁊ creabuntur. Unde sciendū ꝙ scdm doctores theologie quādo quis peccat occidit ad minꝰ.xv. nobiles creaturas. Quarum prima est gratia gratum faciens que prius erat informis iuxta illud Jac.ij. Fides sine opibꝰ mortua ē ⁊c. Secunda fides formata.

Tertia spes q̄ prius dicebat p̄sumptio.

Quarta charitas.

Quinta septez dona spiritus sancti: ⁊ sic sunt vndecim.

Sexta quattuor v̄tutes morales infuse quas infundit in aīa ipse deus: quoniā quattuor virtutes morales acquisite ꝑ exercitiuz non iustificant animam nisi sint infuse a deo: ⁊ ita habemus.xv. nobiles creaturas que occiduntur per peccatum ⁊ adnihilātur ⁊ creantur quando quis penitet. Ergo renouamini ⁊ iuuenescite: vnde istis.xv. creaturis viuificatis faciamus fructum meritoriū quēadmodum arbor ramis viuificatis in vere qui mortui erant in hyeme faciunt flores ⁊ fructus ⁊c. Ita penitēs post hyemem peccati facit in vere gratie diuine flores penitentie et fructus bonorum operum meritoriorū. Nos ergo ita faciamus: vt sic de senio peccato per gratiam renouati veniamus ad gloriam paradisi. Amen.

¶ De trib⁹ testibus quos anima ad iudicium delata pro se vel cōtra se habet.

Distinctio.xj.



Anima delata ad iudicium habet tres testes pro se vel cōtra se.

Primꝰ est conscia propria.

Secundus est angelꝰ bo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nus propius.

Tertius est iudex vniuersalis.

Isti enim perhibent testimonium. Un primo testis est conscientia propria: qm̃ cõscientia cuiuslibet est ad modũ cuiusdaz libri: qm̃ priusq̃ aliquis peccauerit imediate peccatũ scribitur in conscia: et remanet impressum in cõscientia: cuius supposito q̃ transiuit actus. Similiter bona opera remanent impressa: cuius actus trãseat. Cũ em̃ alius eat ad aliud bonum facit: tunc Christus imperat vt scribatur in cõsciẽtia ppetuo di. q̃ meritum p̃sequat in paradiso: pone practicã qñ bona opera q̃cũq̃ sint scribũtur siue salutatio xpi siue deuote audire missaz nunq̃ em̃ deo obliuiscit bonoꝝ operuz. vnde ad Rom. Cuz em̃ gentes que legẽ nõ hñt naturaliter ea que legis sunt faciunt eiusmodi legẽ non habentes ipsi sibi sunt lex q̃ ostẽdunt opus legis scriptuz in cordibus suis ꝛc. ergo bona opera remanent scripta in cõscia. similr mala opera: pone practicã quõ aliq̃s bibit ante missam vel in ea loquitur vel non vult loqui cũ proximo: ꝛ sic de aliis: qm̃ omnia peccata siue parua semp scribũtur in libro conscientie. Un̄ psal. cxxxviij. Imperfectum meuz viderunt oculi tui: ꝛ in libro tuo omnes scribẽtur: dicit em̃ conscientia liber dei: eo q̃ nullus potest in eo legere nisi deus: ꝛ ille cuius est. sapientia. Et notandum q̃ due sunt carte siue folia: in vna carta scribũtur boni literis aureis: in alia vero scribũtur mali nigerrimo incausto: iste autem liber nõ põt aperiri nisi in iudicio. Unde qñ aia exit a a corpore portatur ad iudiciũ coram christo: ꝛ ibi accusatur per demones. Tunc audita accusatione christus precipit q̃ aperiatur liber conscientie: ꝛ ibi legit. Si inueniant bona opera xps increpat demones dicens ite maledicti: quoniam illud qõ dicitis de isto non est veruz: ergo studeamus vt in numero talium inueniamur: ꝛ numeremur: vñ ad Cor. j. Gloria nostra hec est testimonium conscientie q̃ in simplicitate ꝛ sinceritate dei et non in sapientia carnali: sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo. Tria enim requrit a nobis deus. s. simplicitatem non duplicitatem: sed vt bona que facit aliquis faciat tantum respectum: dato q̃ non habeat cor ad vanam gloriam vel ad laudem humanam. ¶ Secundum est integritas: scz integre credere q̃ fidem totam ꝛ non partem. ¶ Tertium est gloria dei scz integre ꝛ perfecte credere non ponere errorem nec dubitationem ꝛ continuare semper in omnibus operibus virtuosis: ꝛ talib⁹ repulsis demonibus ad accusatione loquitur christus Mat. xxv. Euge serue bone ꝛ fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis. s. supra tria tam dicta supra multa te constituã. Per contrarium est de illis qui descendunt ad infernum impenitentes. Tũc enim illo delato ad iudicium aperitur liber in quo non inuenitur aliquod bonum in parte dextra scriptum: sed bene in sinistra incausto nigro scripta sunt mala: tũc visis illis malis Christus tradit eam demonibus: et ecce quando conscientia est testis: vnde ad Roma. ij. Testimonium reddet illis conscientia ipsorum: remedium tamen habemus: vnde pro declaratione. Nota exemplu3 de quodã magno predicatore contra quem balliu3 ciuitatis fecit informationes. Et cuz habuisset depositiones testium scripsit eas in quodã libro quem fortiter clausit: ꝛ signauit vt mitteret euz regi qui haberet exequi iudicium contra illum homicidam proditorem. Cum autem conuocasset eundem homicidam tradidit illi libz̃ clausum ꝛ signatum vt eum deferret regi: cũ autem diu perambulasset in via considerauit intra se q̃ magnus malefactor fuerat: ꝛ timẽs ne illo libro illo eẽt aliquod scriptum contra eum aperuit libz̃: ꝛ videns informatiões contra se fleuit amare considerãs non posse euadere manũ regis: quia potens erat: nec posse fugere ꝓpter q̃ possidebat: qui iuit ad quẽdã amicũ suum fidelem. Cui secrete omnia narrauit: amicus promisit sibi radere depositiones contra ipsum factas: ꝛ scribere pro ipso easdem depositiones si permitteret sibi q̃ a mõ desisteret a pecca-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tis. Cui homicida: ego promitto vobis ꝙ a modo ab omni peccato mihi cauebo: amicus vero rasit depositiões ⁊ clausit librum ⁊ tradidit alteri dicens: vade et porta audacter hunc librum regi. Cũ autem accusatores venissent coram rege ⁊ eum accusassent ille venit ⁊ tradidit librum regi. Tunc accusatores dixerũt regi: capiatur iste eo ꝙ homicida est: et vos domine rex inuenietis informationes in illo libro. Rex vero aperiens librũ inuenit contrarium accusantiũ ⁊ increpauit eos ⁊ alium iustificauit. Ad propositum dum nos peccauimus aspiciamus librũ conscientie nostre: ⁊ visis peccatis lugeamus conterẽdo: eo ꝙ condẽnari habemus coram deo rege: post debemus ire ad amicum. s. confessorẽ qui absoluendo nos a peccatis radit pctã q̃ in anima erant. Joã. ij. Quorum remiseritis pctã remittuntur eis. Et post facere iniunctã penitentiam per confessorem postea cum anima portabitur corã deo vt iudicetur accusabitur per demones: ⁊ Christus precipiet vt liber aperiatur: qui liber dicit̃ grãdis. Esa. viij. Sume tibi librum grandem: ⁊ scribe in eo stilo hominis velociter: dicitur enim cõscientia liber: in quo deus precepit scribere stilo hominis. Ubi notãdũ est ꝙ in antiquo testamento scribebant homines stilo dei q̃ erat valde religiosus: intantum ꝙ nullus poterat propter illam confessionem intrare paradisum. Sed modo scribimus stilo hominis: scz quãdo confitemur sacerdoti: ⁊ iste scelus benignus est: quia eius scripta nos ducit ad paradisum: ⁊ ideo caueamus ne scribamus tantummõ cuz stilo dei: scilicet confitendo tantũmodo peccata nostra deo: quia hec confessio duceret nos ad infernum: sed scribamus stilo hominis scz confitendo peccata nostra homini: et iniũctam per eum penitentiam complendo ⁊c. ¶ Secũdus testis est bonus angelus; vnde doctrina est in theo. ꝙ vnusquisq̃ statim cum nascitur habet vnũ bonũ angelum ad sui custodiã deputatũ: deus enim respiciẽs in hũc mũdum qm̃ omnia videt. psal. xiij. Dñs de celo prospexit super filios hominũ ⁊ videns aliquã mulierem pregnantẽ vocat aliquẽ angelũ eum noiando qm̃ singulos ãgelos noibus suis vocat: ⁊ precepit ei vt custodiat partum illius mulieris. Tũc angelus gaudens eo ꝙ datus est ad custodiã creature rationalis venit ad illũ custodiendũ: ⁊ nunq̃ eum deserit: donec sit in paradiso vel in inferno. Unde glo. sup illud Mat. xviij. Angeli eorũ in celis semp̃ vidẽt faciẽ patris nostri q̃ in celis est. Dicit. Magna est dignitas animaꝝ vt vnaqueq̃ habeat angelũ bonũ ad custodiã sui delegatũ. Et iste angelus est testis in iudicio ⁊ ꝑhibet testimoniũ de visu di. ꝙ vidit opera bona vel mala: ⁊ semper presentat xp̃o bona q̃ agimus in hoc mũdo. Pone practicticam quando quilibet debet cogitare ꝙ facit malũ: ꝙ angelus bonꝰ videt: vñ in psal. ix. Angelis suis deus mandauit de te: vt custodiãt te i omnibꝰ vijs tuis, mõ pone practicam quõ aĩa venit ad iudiciũ ⁊ accusat̃ ꝑ demones: tunc deꝰ petit bono ãgelo vtrũ illd̃ qd̃ dicũt demones sit verũ. Angelꝰ aũt dat testimoniũ ſm opera siue bona siue mala: ⁊ scd̃m illud iudicatur: vñ quomõ iudicatur ſm opera bona deus p̃cipit angelis, vt portent eam ad paradisũ. vñ Job. xxxiij. Si fuerit ꝓ eo angelꝰ loquẽs vnũ de similibus vt annunciet hois equitatem miserebit̃ eius: ⁊ dicet libera eum vt nõ descendat in corruptionem: per cõtrarium est in malis: interrogatur enim angelꝰ ⁊ perhibet testimoniũ cõtra eam di. Si possem excusare hãc animã corã vobis dñe libenter facerem: sed nõ possum: qd̃ fecit quod dicunt demones: tunc liberatur a demonibus terribiliter clamando remediũ habemꝰ in hoc mũdo: vt faciamus istud qd̃ dicit Bernardus. s. Noli p̃nte sctõ ãgelo facere ꝙ me p̃nte facere nõ audes. Et faciamus orationẽ angelo qualibet die mane ⁊ fero dicẽdo. Angele qui meꝰ es custos pietate superna me tibi cõmissum serua defende guberna. ¶ Tertius testis est iesus xp̃s iudex vniuersalis: vnde sciẽdũ ꝙ nullꝰ põt eẽ in eadẽ cã iudex et testis in hoc mũdo:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tamē christꝰ est iudex ⁊ testis. vnde Hiere. xxix. Ego sum iudex ⁊ testis dicit dominꝰ. Quomodo aūt christ iudicet ⁊ testificet declarat Malachias ꝓpheta. iij. ca. dicēs. Ecce accedā ad vos in iudicio ⁊ ero testis velox oībus maleficijs ⁊ adulterijs ⁊ periurijs ⁊ qui calūniant mercecennarij ⁊ qui humiliāt viduas ⁊ pupillos: ⁊ qui opprimunt peregrinū: nec timuerunt me dicit dñs. Dicit accedaz ad vos qm̄ aīa anteq̄z iudicet non vadit ad celū corā christo: qꝛ nō est digna: sed christus accedit ad animā. s. ꝑ manifestā reuelationē ⁊ etiā iudicat hominē de septē pctis in auctoritate supradicta numeratis testimoniū ahibēdo ꝯtra maledictos scz qui diffamāt alios. Displicet em̄ deo illud pctm̄ plus q̄z furtum. quoniā maius peccatū est furtū fame q̄z bonorū ēporalium: ⁊ ideo ponit primū in ordine. Unde Prouer. xxij. Melius est nomē bonum q̄z diuitie multe. ergo si nullus pōt intrare paradisum si fuerit aliquid furatus nisi prius restituat: qm̄ non remittit ꝓeccatū nisi restituatur ablatū: ergo multo magis ille qui furatus fuit famam bonam alicui non poterit intrare paradisum nisi restituat illā. Et hec ꝑverba cōtraria verbis diffamatorijs. ¶ Secundum peccatū est adulteriū ⁊ cōmittit inter vxoratos scz qñ mulier vel vir rūpit fidem. Et est sciendū ꝙ matrimoniū dicitur esse sacramentū ab incarnatiōe citra: qꝛ ante non erat sacramentū: sed tm̄ modo erat in officium nature modo est sacramentū: eo ꝙ est sacre rei signū denotat coniuntionē diuinitatis cum humanitate: matrimonio em̄ cōsummato iam vir ⁊ vxor non sunt duo sed vna caro. vñ Mat. xix. Itaq̄z iam nō sunt duo: sed vna caro: denotat nāq̄z coniūctio maris cum femina: coniunctionē diuinitatis cū humanitate qui nunq̄z separabunt: modo cum quis eorū frangit matrimoniū implicite innuit heresim: eo qꝛ frangēs matrimoniū denotat ꝙ humanitas separabitur a diuinitate qđ est heresis. ¶ Tertium peccatū est periuriū qđ est maius peccatū homicidio: pone practicam quomodo iuratur hodie. ¶ Quartū pctm̄ est retinere mercedē seruitorū cū calūnijs scz cum fallatijs dicēdo illis: vos nō bene fecistis opus meū: vel non fecistis cito: vel nō fecistis sicut ego volebā: vel fecistis mihi fraudē ⁊c. ¶ Quintum peccatum est persequi viduas ⁊ pupillos. Deꝰ em̄ vult ꝙ vidue honorent ꝙ vere vidue sunt: et dic practicā quomodo persequūtur vidue. Sextū peccatum est opprimere peregrinum: debemus em̄ eos custodire in patria tm̄ cum nullum amicū ibi habeant. ¶ Septimū peccatū est non timere deū: sed ipsum blasphemare ipsum laniando iurando per epar per cor ꝑventrem per plagas: ⁊ sic de alijs. Ad sensuz videtur quomodo iuratur hodie: et quomodo ꝓpter predicta veniunt tempestates: fulgura: mortalitates: guerre ⁊c.

De quattuor nominibus que aīa siue bona siue mala iuxta quattuor operatiōes ipsius aīe ab hoc mundo nouiter exeuntis sortitur. Distinctio. xij.

Anima siue bona siue mala iuxta quattuor operationes ipsiꝰ anime nouiter recedētis ab hoc mundo q̄ttuor nomina sortitur.

Primum est exitus corporalis.
Secundum est incessus spiritualis.
Tertium est introitus paternalis.
Quartum est merces meritalis.

¶ Pro p̄mo opere bona aīa vocat filia principis: mala vero vocat filia latronis. Pro scđo bona anima vocatur filia syon: mala vero vocat filia edon. Pro tertio bona aīa vocatur filia iuda: mala autē dicit filia babilō. Pro quarto opere bona anima vocatur filia hierusalē: mala vero dicitur filia belial. Primū ergo opus anime nouiter recedētis ab hoc mundo est exitus corporalis: qꝛ scz dimittit corpus: et si anima sit bona sctā ⁊ penitens condigne non exijt sola: sed statim dum est in articulo mortis subito angelus bonus custos eius qui videt horam mortis propinquā vadit ad christū: qui lz om̄ia sciat tñ placet sibi audire narrari que facimus: dixitq̄z angelus christo. O dñe talis quē mihi cōmisisti vixit in bonis ope

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ Tertius modus ascensionis xp̄i fuit ꝯgregatio copiosa: qꝛ erat ibi v̄go maria ⁊ multe alie sctē mlieres ⁊ apli: vñ d̄r in textu. Igitur q̄ ꝯuenerant qd̄ cōgregati erāt in monte oliueti: ita erūt silr in die iudicij: qꝛ congregabunt̄ oēs de oib⁹ finibus terre postq̄ resuscitati fuerūt in valle Josaphat prope hierl'm. Et ratio est qꝛ vbi xp̄s fuit cōdēnatus iniuste: ibi iudicabit iuste: ⁊ iusti erunt a dextris. Mat. xxv. Cuz venerit filius hominis in sede maiestatis sue cōgregabuntur ante eū oēs gentes: ⁊ separabit eos ab inuicē sicut pastor segregat oues ab hedis ⁊ statuet oues quidē a dextris: hedos autez a sinistris: vbi notandum est q̄ melius erit hoībus si fuerint oues q̄ imperatores ⁊ essent a sinistris. Sciendum est q̄ ouis hz quinq̄ bonas conditiones.

Quia primo est innocens.
Secundo est misericors.
Tertio est patiens.
Quarto est obediens.
Quinto est honesta.

¶ Primo ergo ouis est innocens: eo qd̄ nullū malū facit: non em̄ ꝑcutit cū cornibus: non mordet cū dentibus non ferit cum pede ⁊c. ergo simus ei sil'es vt non ꝑcutiamus cum cornibus nostris: duo enim cornua hz hō scz cornu potentie et cornu scientie. Caueamus ergo ne ꝑcutiamus alios cū istis cornib⁹: qm̄ teste Dauid. p̄s. lxxiiij. Omnia cornua pctōꝝ cōfringā ⁊ exaltabunt̄ cornua iusti. Caueat etiam quilibet vt iuxta conditionē eius non mordeat cum dentibus. s. diffamando vt non rapiat cum vnguib⁹ aliena: vt etiā non recalcitret ꝑ superbiaz et inobedientiā cōtra patrē vel matrez aut maiores ⁊c. ¶ Scd̄o ouis est misericors qꝛ de duabus tunicis quas hz dat nobis vnam. ¶ Tertio est patiens eo qꝛ verberetur non dat verbū: non est em̄ sicut canis vel serpens. ¶ Quarto ouis est obediens qꝛ vnus puer gubernaret centuz non est tñ sic de aīalibus. ¶ Quīto ouis est honesta qꝛ cooperit pudenda: non sic facit capra. Sic nos debemus cooperire pctā non solū nostra ꝑ cōfessionē: sz etiā alioꝝ nullo mō diffamādo. Et tūc de talibus cōditionem ouis habētibus dicet xp̄s illud Jo. x. Cognosco oues meas: et cognoscūt me mee: ⁊ īfra. Oues mee vocē meaz audiūt: ⁊ ego agnosco eas et sequunt̄ me. Et ego vitaz eternam do eis.

¶ Quartus modus ascensionis iesu xp̄i fuit allocutio gratiosa. s. qñ dixit eis ac-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cipietis virtutez supueniētis spūssancti in vos: ⁊ eritis mihi testes in hierl'm ⁊ in omni iudea ⁊ samaria: ⁊ vsq̄ ad vltimū terre. Item qñ dixit eis Mat. vltim̄. Ego vobiscū sum oībus diebus vsq̄ ad consummationē seculi: isto mō veniet qñ dicet saluatis illud Mat. xxv. Uenite bñdicti patris ⁊c. Tunc illi clamabunt dicentes. Gloria tibi dñe ⁊c. Tuncq̄ exurgent a terra ⁊ eleuabunt̄ in aere. vñ. j. ad Rhessa. iiij. dicit apl'us. Nos q̄ viuim⁹ q̄ reliquimur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā xp̄o in aera: ⁊ sic semp̄ cū dño erimus: dicit reliq̄mur: iō q̄ erim⁹ in terra: quia non sumus ita parati sicut alij postea accedim⁹ cū illis in aere. ¶ Quintus modus fuit increpatio rigorosa. vñ euangeliū. Mat. vlti. Recūbentibus vndecim discipulis apparuit illis Jesus: et exprobauit incredulitatez ⁊c. Et nota p̄ te quō increpauit eos isto modo increpabit in die iudicij cū dicet dānatis illd̄ Matt. xxv. Esuriui ⁊ non dedistis mihi man. sitiui ⁊ nō dedistis mihi bibere. ⁊c. Ideo discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo ⁊ angelis eius. O q̄ durū ⁊ irreuocabile. Si enim ipsi dicerent: domine p̄mitte nos ire tecum: non diceret christ⁹: discedite a me. Et si ipsi dicerent domine ex quo nō vis q̄ maneamus tecum: ad minus da nobis benedictionem: non diceret q̄ iā estis maledicti: ⁊ tunc ipsi dicerēt: ad minus p̄mitte nobis morari in aliquo loco vbi nō sit pena: nō diceret ip̄e sz ī ignē. Et si ipsi dicerent ad minus dñe moremur in eo p̄ aliqua tp̄a nō diceret sed in eternū. Et si ipsi dicerēt ad min⁹ habeamus bonū ⁊ piū dñm: nō diceret sed dyabolo ⁊ angelis ei⁹. Tunc illi p̄ nimio dolore ⁊ quasi desperātes: clamātes alta et terribili ⁊ horribili voce dicēt illud quod scribit̄ Hieremie. xx. Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mr̄ mea nō sit bñdicta: maledict⁹ vir qui annūciauit pr̄i meo di. Nat⁹ ē tibi puer masculus ⁊ quasi gaudio letificauit eū: ⁊ infra: quare de vulua egressus sum vt viderē laborē ⁊ dolorē ⁊ ꝯsumerent̄ ī cōfusione dies mei: potes hic notare qñ pr̄ increpabit filiū ⁊ fili⁹ patrē: marit⁹ vxorem: ⁊ p̄ sustinēdis ei⁹ ornamētis ⁊ vanitatibus in hoc mundo fecit fraudes ⁊ extorsiones ⁊c. Tuncq̄ aperietur terra et absorbebit eos: ⁊ tunc iuxta verbū Esa. xxiiij. cap̄. Congregabūtur in congregatione vnius facis in lacum ⁊ claudentur ibi in carcerē heu quātus dolor. ¶ Sextus modus in ascēsione xp̄i fuit retributio gloriosa: retribuit cuilibet cū eo ascēdenti s̄m opa sua loc ūin celis. s. cū angelis ⁊ archāgelis: vñ sctā mr̄ eccl'ia ī festo ascēsiōis sepi⁹ hoc recolēs dicit. Ascendēs xp̄s in altū captiuā duxit captiuitatē: dedit bona hoīb⁹: isto mō faciet ī die iudicij: q̄ iudicio finito ⁊ completo accipiet mr̄em suā p̄ manū: ⁊ angeli ibūt primi cātātes: scti v̄o sequent̄. Et tūc illi intrantes celū ⁊ vidētes eū oculis corporalibus dicēt xp̄o. Dñe tā pulchrū est istud palatiū: loquent̄ em̄ scti cū xp̄o sicut cuz socio. Tunc xp̄s dicet illis: nō cogitabatis pulchritudinē eius. Et potes notare ⁊ cogitare quō palatiū sctissime trinitatꝫ dz eē pulchrū: cū palatiū alicui⁹ regꝫ terre nisi valde pulchrū ī hoc mūdo. Tūc ēt videbūt noīa sua scripta in cathedris celi vbi sedebūt: ipsisq̄ sedētib⁹ xp̄s ponet coronas capitib⁹ eoꝝ: iuxta illud qd̄ scribit̄ Sap̄. v. Justi aūt in p̄petuū ⁊c. ⁊ cogitatio illoꝝ apud altissimū: ideo accipiet regnū decoris ⁊ diadema spei de manu dñi. O quantus honor quantaq̄ gloria erit illis coronari de manu regis regum Jesu christi. Notare etiaz potes quō s̄m opera vniuscuiusq̄ collocabit eos ī choris angeloꝝ: iuxta illud. Mat. xvj. Fili⁹ hominis venturus est in gloria pr̄is sui cum angelis suis: ⁊ tunc reddet vnicuiq̄ s̄m opera sua ⁊ certus glorie ⁊c.

¶ De quinq̄ que in ascēsione christi fuerunt que etiam in assumptione aīe beate ad celū repeeiuntur. Distin. xxvj.



In ascensione christi fuerunt q̄nq̄ que etiam in assumptiōe aīe beate ad celum reperiunt̄. Nā in ascensione christi

Primo fuit societas spiritualis.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Secundo melodia angelicalis.
Tertio tristitia diabolicalis.
Quarto letitia celestialis.
Quinto gloria vniuersalis.

¶ Primo in ascensione xp̃i fuit societas spũalis: vnde cũ xp̃s esset in monte Oliueti: ⁊ virgo Maria cũ alijs mulieribus et ap̃lis: statim sanctus Michael ascendit ad celũ: ⁊ nuntiauit oĩbus angelis ꝙ xp̃s debebat ascẽdere qui statim descenderunt oẽs obuiã dño: post iuit ad paradisum terrestrẽ vbi erant aĩe quas xp̃s a lymbo extraxerat ⁊ nũtiauit eis ascẽsionẽ christi: ⁊ statim venerunt oẽs ad locũ vbi erat xp̃s: ⁊ tunc oẽs insimul ascenderũt ad celũ. Et fuit cõpleta ꝓphetia Jacob di. Geñ. xxxij. In baculo meo trãsiui Jordanẽ istũ: nunc autem cũ duabꝰ turmis regredior. q. d. Jacob pauper cũ baculo transiuit Jordanẽ: modo autẽ associatus pluribus gẽtibus: ita xp̃s transiuit Jordanẽ. Jordanis em̃ fluuius rapidus est: ita xp̃s transiuit Jordanem. s. rabiem Judeorũ cũ baculo. s. cũ cruce: ⁊ in ascẽsione qñ regressus habuit magnam societatez: ergo associatus fuit xp̃s eodẽ modo associatur anima dũ exit a corpore: videns nãqꝫ bonus angelus daiꝰ ad custodiam ꝙ talis hõ est ꝓximus morti statim euolat ad paradisum: et nuntiat xp̃o mortẽ illius. Et bona opera q̃ fecit ⁊ q̃uis xp̃s hoc sciat interrogat tñ angelũ quõ se habuit ille homo in mũdo: et hoc facit ad modũ iudicis. vñ Ps̃. x. dr. Dñs interrogat iustũ ⁊ impium. Tũc auditis bonis operibꝰ illius beata v̄go Maria supplicat filio vt mittat obuiam plures angelos ⁊ filios ⁊ filias ⁊ parẽtes eius si sint in paradiso ⁊ veniũt ad morientẽ: et aĩa statim videt eos ⁊ mirat̃ di. Angelis quõ vos creature tã nobiles venistis obuiã mihi miserrime? Respondẽt illi: aĩa benedicta qꝛ tu meruisti: post hoc loquitur aĩa filijs di. O filij mei: dicũt illi nos venimus vobis obuiã: qꝛ deꝰ vult: et sic ascendit ad celũ cũ illis. vñ Sap̃. v. Ecce quõ cõputati sunt inter filios dei: ⁊ inter sanctos sors illoꝝ est. Sic similitudo est inter ascensionẽ xp̃i ⁊ assumptionem aĩe beate: per contrariũ tñ est in aĩabus dãnatis: puta morientibꝰ in pctõ mortali: sicut in pctõ supbie: auaritie: luxurie ⁊c. Tunc em̃ in exitu aĩe a corpore datꝰ diabolus ad subuersionẽ vadit ad luciferũ ⁊ nũtiat sibi malã vitã eius: ⁊ lucifer tradit ei plures demones qui veniũt obuiã illi miserrime aĩe quã vix extrahũt a corpore: cũ non velit spõte exire sentiens penam sibi paratã tunc ligãt ei cathenã in collo ⁊ ducunt eã secũ cum magnis vlulatibus in inferno: iuxta illud Prouerb. xxij. Uir q̃ a via doctrine errauerit in cetu gigantiũ cõmorabit̃. Illi errant a via doctrine qui nõ agunt penitentiã quam deꝰ docuit in hoc mũdo. Mat. iiij. di. Penitẽtiã agite: appropinquabit em̃ regnũ celorũ: dicunt̃ diaboli gigantes eo ꝙ minor diabolus maior est maxĩa turri mũdi. ¶ Scda silitudo est: qꝛ in ascensione xp̃i fuit melodia angelica: vñ cũ xp̃s inciperet eleuari a terra angeli ⁊ oẽs anime statim inceperũt cantare cũ magna melodia. Magnã enim melodiã causat cantus angelicus. Nota exẽpluz de quodã sancto viro ⁊ deuoto qui contẽplans sub quadã arbore audiuit vnam auẽ dulciter garriẽtẽ in arbore ⁊ in melodia auis contẽplabat̃ melodiã paradisi: intãtum ꝙ stetit ibi ꝑ quattuor annos: ⁊ post venit ad ecclesiã credẽs adhuc esse in eadẽ hora in qua exiuerat ad contẽplanduz: ecce quõ magna est melodia in cãtu angelico. Cãtabũt em̃ angeli in ascẽsu dñi vnde ascẽdit cum sono tube: sicut dñs victor intrat ciuitatẽ qñ venit de victoria: ita xp̃s qui habuerat victoriã: qꝛ fuerat in bello per. xxxiij. annos: vñ Dauid de hmõi letitia in ascẽsiõe dñi habita dicit Ps̃. xlvj. Ascẽdit deus in iubilo ⁊ dñs in voce tube: eodẽ modo cantant angeli in assumptiõe aĩe sancte: eo qꝛ egit penitẽtiã de peccatis. In cuius rei testimoniũ Luce. xv. Gaudiũ est angelis dei super vno pctõre penitentiam agẽte ⁊ portant ipsam in manibꝰ: nõ tantum vnus angelus sed plures: iuxta illud Ps̃. xc. In manibus portabũt te. ⁊ Luce. xvj. Factũ est vt moreret̃ mẽdicus et portaret̃ ab angelis in sinu abrahe. Ecce quõ quiescit silr̃ anima bona cũ xp̃o: sed per contrariũ fit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

de aīa impenitente sicut exēplificari pōt de illis qui detinēt bona aliena ⁊ nolunt reddere: sed malūt ducere statū magnū de alienis q̄ si restituerent. Tunc in fine vite taliū veniunt demones ⁊ rapiūt animā ⁊ faciunt sonos terribiles ac vlulatꝰ dum tenent eā. Et anima silr ita horribiliter clamat ꝙ apparet ꝙ celum et terra frangant: vñ Esa.xiiij. Infernus subtus cōturbatus est: ⁊ in occursu aduētus tui suscitabit tibi gigātes: ⁊ loquit ꝓpheta cuidā dānato.s. Nabuchodonosor: turbātur em̄ demones qñ sciunt dānandū mori per modū solicitationis dicēdo: vadamus vadamus ad animā talis: et silr quādo vnus pulsat alios. ¶ Tertia similitudo est tristitia diabolica. Unde sciēdū ꝙ post descēsum luciferi aliqui demōes ceciderūt in infernū: sed pauci sicut lucifer in cathenati ⁊ alij necessarij ad puniēdum aīas. Aliqui autē remanserūt inter nos vt nos tētent: sed maxima multitudo est in aere ita spissi ⁊ densi sicut athomi in radio solis. Et qr a principio mundi vsq̄ ad ascensionē xp̄i nullus intrauerat paradisum: eo ꝙ demones tenebant insidias in aere custodientes passum et portā ne ascenderēt: sed in die ascēsionis videntes xp̄m cum animabꝰ ascendentē fugerūt clamātes ⁊ pre tristitia dicētes: heu heu et quātis tēporibus custodimꝰ istū passuz ⁊ modo dimittimus illū tam miseri sumꝰ. Et ad hoc propositū videt loqui Dauid Ps̄.lxvij. Exurgat deus ⁊ dissipētur inimici eius: ⁊ fugiāt qui oderunt eum a facie eius: sicut deficit fumꝰ deficiant sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant pctōres a facie dei. Similiter in assumptiōe aīe bone qr postq̄ Christus ascendit cū illis animabꝰ redierunt iterum ad custodiendū viam ⁊ vidētes animā sanctā ascendentē in celum similiter nō tamen equaliter qr nō timent tm̄ sed fugiunt ⁊ dimittūt passum. Et tunc anima increpat demones: primo Leuiathā qui tentat de superbia: secūdo māmonā qui tētat de auaritia: post Asmodeū qui tentat de luxuria: post Beelzebub qui tētat de peccato ire: post Balberich qui tētat de peccato inuidie: post Astaroth q̄ tentat de peccato accidie. Et dicas practice de quolibet: cogitemꝰ ergo quō tristantur demones quādo anima deridet eos ⁊ increpat. vñ Dauid Ps̄.lxiiij. Turbabūtur gentes ⁊ timebunt qui habitāt terminos ⁊ a ⁊c. demones dicuntur gentes qui habitāt terminos: dicit textꝰ ⁊c. vbi nota ꝙ mors cuiuslibet est vesper: qr est finis huius vite. Et dicit textus. matutini qr exit ad matutinū.s. ad vitā eternam. Sed per contrariū est de aīa dānata qm̄ demones videntes ipsam gaudēt non tamē vere sed ad modū inuidi: inuidus em̄ gaudet de dāno proximi sui: posito ꝙ ipse in damno illa patiatur. vnde Eccli.xviij. Si prestes anime tue concupiscētias eius faciet te in gaudiū inimicis tuis. ¶ Quarta similitudo est letitia celestis: vnde dū Christus fuit in porta paradisi pre nimio gaudio āgeli clamauerunt alijs: qui iā reuersi fuerant ⁊ intrauerāt paradisum dicentes illud Ps̄. xxiij. Attollite portas principes ⁊c. vnde sciendū ꝙ duplicatur interrogatio et sic duplicatur respōsio: prima interrogatio est quo ad gloriā humanitatis: secunda interrogatio fit ꝓpter diuinitatē. Quis est iste rex glorie. Respondet dñs virtutum ip̄e est rex glorie: eodem etiā modo angeli in assumptione aīe sancte quādo sunt in porta paradisi gaudēt cum ipsa anima sancta clamat ⁊ pulsat ad portā ⁊ venit ad eam sanctus Petrus ⁊ aperit ei portas: ⁊ tūc anima ⁊ angeli intrāt paradisum: vñ xp̄s loquens nobis: qui ascendemus post ipsum dicit Luce.xiij. Cum intrauerit paterfamilias in domū ⁊ clauserit portas venietis vos et clamabitis dicētes. Dñe dñe aperi nobis: tūc intrat aīa paradisum. Et gaudent angeli ⁊ silr oēs sancti. vnde Luce.xv. Gaudiū est in celo sup vno pctōre penitentiā agēte ⁊c. Sciendū ꝙ iteratur in euāgelio bis gaudiū est in celo. In scdo dr gaudiū est angelis dei: ad denotandū ꝙ tam sancti q̄ angeli letātur: contrariū tm̄ est de dānatis: dū enim dānatus moritur: infernus aperit os suū maximū ⁊ absorbet animā illius miserrimā vbi perenniter torquet et torquebitur ꝑ infinita seculoꝝ secula.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Unde Esa. v. Propterea dilatauit infernus aiam suã: ⁊ aperuit os suũ absq; termino ⁊c. ¶ Quinta similitudo est gloria solēnis. Nam cũ christus inquantũ homo venisset ante cathedrã patris genib⁹ flexis: salutauit eũ deuotissime inquãtum homo: qꝛ inquantũ deus est equalis patri: ⁊ dicit illud Jo. xvij. Pater manifestaui nomen tuũ hoĩbus quos dedisti mihi mundo: tui erãt ⁊ mihi eos dedisti: ⁊ infra. Rogo pro eis q̄s dedisti mihi: qꝛ tui sunt ⁊ mea oĩa tua sunt: pater vero respõdit filio di. illud Luc. xv. Tu fili mecum semper es: ⁊ omnia mea tua sunt. Tu es filius me⁹ dilectus in quo mihi bene cõplacui. Et Jesus postea vertit se ad spm̄ sanctũ et salutauit eum di. illud Esa. lxj. Spirit⁹ dñi super me: eo ꝙ vnxit me ad annuntiandũ mãsuetis misit me: vt mederer cõtritos corde ⁊c. Spũssanctus respondit filio benignissime di. illud Ps̄. xliiij. Speciosus forma pre filijs hoĩm: diffusa est gr̄a in labijs tuis: ꝓpterea ⁊c. Post hoc pater ⁊ spũssanctus acceperũt filiũ ⁊ collocauerunt in dextera pr̄is: vbi regnat in secula seculoꝝ. Angeli autẽ videntes honorẽ sibi impẽsum per patrẽ ⁊ spiritũ sanctum venerũt coram pedibus suis: ⁊ salutauerũt eũ di. illud Apoc. vij. Benedictio ⁊ claritas ⁊ sapiẽtia ⁊ gratiarum actio: honor virtus ⁊ fortitudo deo nostro in secula seculorũ. Christus vero respõdit angelis multũ gratiose dicens. Uos estis administratorij spũs in ministeriũ fidei missi. ad Heb. j. Beatus autẽ Joannes baptista cũ alijs sanctis qui cũ christo ascenderant ꝓstrati ad pedes ei⁹ salutauerunt eũ dicẽtes illud Apoca. v. Dignus es dñe accipere virtutẽ ⁊ diuinitatẽ ⁊ sapientiã ⁊ fortitudinẽ ⁊ honorẽ ⁊ gloriam ⁊ benedictionem ⁊ regnare in sempiternũ. Quibus xp̄s benigne respõdit: vos estis genus electũ regale sacerdotiũ gens sancta populus acq̄sitionis. j. Pet. ij. O quantus honor fuit ille: cogitet cui datũ est talia mente cõcipere similiter nõ tamen equaliter aĩa sancta portatur ad celũ: et dum transit per choros angelorũ veniunt ad fenestras alie aĩe ⁊ angeli: ⁊ videntes animã salutant dicentes. O anima sancta benedicta es tu: et in prima hierarchia cantãt sibi vnã pulchram cantilenã dicentes. Felix dies felix hora felix tẽpus felix mora in qua vitam cõpleuisti. Consequenter venit ante cathedrã Christi ⁊ ponit se genib⁹ flexis et Christus salutat ipsam: ⁊ extẽdit ei pedes: anima aũt videns signa vulnerum qm̄ non sunt vulnera sed tantũmodo signa ⁊ semper erũt: ⁊ sunt admodũ stelle et vulnus lateris est ad modũ medie lune: dicit ergo christo aĩa. O dñe ego non eram digna habere tantũ honorẽ: sed ex vestra misericordia infinita illum mihi contulisti ⁊ osculatur signa vulnerũ: deinde virgo Maria etiam salutat eam: ⁊ ipsa ipsam alternatiue: beata autem virgo Maria extendit ei manus et anima osculatur eas. Tunc christus accipit coronam in manibus suis: et ponit sup caput anime. O quãtus honor: quãtꝫ gloria: quantum premiũ: quanta exultatio est tunc in anima illa: vnde Sap̄. v. Accipiẽt regnum decoris et diadema spei de manu dñi: ecõtrario enim eueniet damnatis quãdo enim anima intrat infernũ tunc fiũt ibi rugitus magni ⁊ terribiles. Et sciendũ ꝙ sunt in inferno chori: et s̄m maiorẽ descensum maiorẽ tolerat penã: et ideo cũ intrat primũ chorum ibi vult morari eo ꝙ sentit si amplius descendat habebit maiorem penam: demones aũt dicunt illi. O maledicta anima nõ remanebis ibi: sed amplius intrabis: ⁊ descẽdunt ⁊ cogunt ipsam cum magnis verberibus ⁊ impulsionibus intrare: illa vero terribiliter ⁊ horribiliter clamat quasi desperando: melius enim esset talib⁹ ꝙ nunq̄ nati fuissent neq; creati. vñ Christus loquens de Juda sciens illũ esse dãnãdum. dicit Mat. xxvj. Bonum erat ei si natus nõ fuisset homo ille. Caueam⁹ ergo ne simus de numero illorum: ꝫ dũ tempus habemus operemur bonuꝫ. ad Gala. vj. Ut si possimus fugiamus et vitemus interminabiles penas: ⁊ gloriam obtineamus eternam amen.

¶ De ascensione qua Christus ascẽdit: vt sua presentia angelos ⁊ ouem perditam letificaret. Distinctio. xxvij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Ascendit Christus vt angelos de sua presentia z ouem perditā letificaret. vñ ait Mat. xv. Cōgratulamini mihi quia inueni ouem quā perdideram. Cum quāto putas apparatu z iubilo superna curia adunata exiuit obuiam ei: quibus canticis spūalibus laudes cecinit triūphanti: forsitasse tam pauci venere ad discipulos consolādos: et tam pauci sunt locuti cum plurima consolatione cor desolatorū indigeret ne tam festiuis solēnis deberet. vnde cū Bernardus de decē diebus post ascēsionē tractaret ait. Videri potest velut detētum a singularibus ordinibus angelorū per dies singulos saluatorē ad patrē die decimo peruenisset: z induens ordines singulos solēnibus cum processionibus et triūphalibus canticis occurrens cum vellent eos transire dicebāt q apud homines tantā fecerat moram: apud eos vero nē declinare vellet vnde z cogebant eū debētes. Mane nobiscū dñe: qm̄ aduesperascit: z inclinata est iam dies: itaq; diebus nouē detentus: decimo autem super oēs choros angelorū euectus sine vlla mora promisso spiritū in filios adoptionis infudit. Affectuosa expositio deuotioni plusq; rationi deseruiens &c.

¶ De septem gradibus ascēdendi in celum ꝑm septem circūstantias quas seruauit xp̄s in sua ascēsione iuxta illa que fecit in die ascensionis sue. Dist. xxviij.

Ascendēdi in celum sunt septez gradus ꝑm septem circumstantias quas xp̄s seruauit in sua ascēsione iuxta illa que fecit i die ascensionis sue. primū em̄ quod dē illa die fecit: ꝑm qō dicit beat⁹ Marcus fuit q recūbentib⁹ vndecim discipp. il. Jesus: z expro. &c. Dicit text⁹ q cepit increpare discipulos et aplos qz nō crediderant suā resurrectionē. Et est ista practica. Angeli viderūt eum resurgere a monumēto z beata virgo Maria et alie Marie: et aliqui discipuli viderūt ipsum resuscitatum tamen apostoli credere nolebant: ponamus ergo in practica in die ascensionis dicebat eis Jesus. O duri et tardi corde ad credendum in his q̄ dixerunt angeli &c. Sed quare increpauit eos cum post debuisset eos consolari? Dicitur q ad demonstrandū nobis q primus gradus scale celi est cōtritio cordis: vera em̄ cordis contritio non est nisi increpare seipsum: vt si quis religiosus in mensa huius mundi comedēdo: bibendo non obseruādo tamen spiritualia sue religiōis nec seruādo cerimonias sui ordinis dicit. O miser o quantū tēpus amisi &c. Ecce quō incipit increpatio. Iste talis recūbit in mensa: ergo opz si vult ascēdere in celū q aperiat illi Jesus per gratiā qz cōtritio nō est sine grā et sic de sacerdotib⁹ z laicis quoz multi stant in mēsa supbie vanitatis: in mēsa auaritie z cupiditatis: in mēsa luxurie et carnalitatis &c. Et cum xp̄s apparet talibus per contritionē tūc est primus gradus ascēdendi ad celū. Et ideo Jesus cepit facere z docere: z tunc pōt dicere peccator illud Job. x. Tedet aiam meā vsq; noli me condēnare: z ecce ꝑm⁹ gradus scale. Et ideo corrigamus z emēdemus corda nostra p verā cordis cōtritionem al's nō esset cōtritto sz attritio. Scōs gradus capit de illa circūstātia quā xp̄s pcepit facere z docere: vñ dicit beat⁹ Luc. c. vlt. Duxit eos foras in bethaniā. Et q̄re duxit eos ibi cū non ascēderit in celum de Bethania nec fuerunt ibi discipuli: ō: q ad denotādū gradus ꝑnie q̄ est cōfessio: qm̄ tādiu creatura stat q nō confitet stat intra semetipsam abscōsa qz apparet humilis z est supba: apparet plena operib⁹ mie z est auara &c. ergo exite foras p confessionē: q̄re dicit Bethaniā: qz Jesus dixit leprosis: ite z ostēdite vos sacerdotibus: z factū est: dū irēt mūdati sunt. Bethania sic pōt iterp̄tari hebraice beth. i. domus: tania. i. obediētia afflictiōis domus dei. Ecce cōfessio: qz q̄ stat in camera stat secret⁹ z nō demōstrat se omnib⁹ nisi camerarijs: talis enim confessio dei esset secreta et sacramētalis nisi aliquis veniret ad dominum papam. Et diceret

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in publico pctm̄ suum non esset cōfessio: nec ꝓpter illud posset absolui nisi confiteret sacramētaliter in secreto.i.in domo et hoc est ꝑ obediētiā: vñ Jac.v. Cōfitemini alterutrū peccata vestra: nō dicit sacerdotibus: quare ergo vultis nos flere ⁊ sacerdotes scire pctā nr̄a: dico ꝙ ante incarnationem iesu xp̄i nullus hō poterat absolui etiā de vno pctō veniali: sed nūc ex quo xp̄s iesus factus est hō Mat.ij. Quis em̄ pōt dimittere pctā nisi solus deus: sed diuinitas ⁊ humanitas fuerūt vnite. Et veniēs iesus ver⁹ de⁹ et ver⁹ hō voluit dare posse solis p̄sbr̄is: ⁊ nullis alijs absoluēdi a pctis: vñ Jo.ij. Quoꝝ remiseritis pctā remittūtur eis: ⁊ sic ꝑ cōfessonē exit de domo in bethaniā ⁊ non debet esse publica: sꝫ secreta: secūdus gradus. Terti⁹ grad⁹ de alia ecce circūstantia ascēsionis: cū em̄ fuerūt foris eleuatis manib⁹ benedixit eis in vltimo. Quare benedixit? erat ne necessaria benedictio? dico ꝙ sic. Et correctio vite cum sacerdos imponit manū sup caput dicēdo vos habetis cōtritionē de peccatis signanter de superbia dicet sic: vos facietis sic istā orationē genibus flexis humiliter distincte. Et ista est bn̄dictio ⁊ medicina contra supbiā: sed si fuerit ꝑsona luxuriosa debet sibi dare ꝙ portet cilicium in penitētia vel stamina vel camisiam aspersam vel ꝙ flagellet se aut ieiunet vt faciebāt scti: ⁊ iesus videns ꝙ creatura tacit iusticiaꝫ de semetip̄a ꝑcit sibi: vñ pōt dicere anima sic faciens illd̄ psal.cxviij. Feci iudiciū ⁊ iusticiā de me iuxta meaꝫ fragilitatem: ⁊ sic dicetis. Et ista pnia vocat̄ bn̄dictio: quare? qꝛ magna benedictio esset si vnus esset dānatus ad mortē ⁊ cōmitteret̄ sibi ꝙ ieiunaret semel in pane: ⁊ aqua certe talis bn̄dictio est quā dant cōfessor in absolutione: vñ Esa.lxv. Qui benedict⁹ est super terrā benedicet̄ in deo amē: quare dicit eleuatis manibus. Nota ꝙ sacerdos q̄ d̄at istaꝫ benedictionē debet tenere manus.i.opera sua eleuata.s.ꝙ sint s̄m precepta dei opera sp̄ualia vt alter possit capere doctrinam in operibus confessoris. Et culpa non redarguat ipsum: confessor ergo debet eleuare manus in operibus spiritualibus: ⁊ tunc poterit dicere cum Dauid p̄s.cxl. Eleuatio manuū mearū sacrificiuꝫ vespertinū: istud erat magis acceptum in veteri lege q̄ꝫ matutinū. Et ecce terti⁹ g̃d⁹ ascendendi in celum. Quartus est alia circūstantia ascēsionis xp̄i quia duxit eos ad montē oliueti: vñ Actuum primo d̄r ꝙ de illo loco ascendit iesus quare: quia sanctiora loca erant ad demonstrandū quartū gradum penitētie: quiquidē est opus restitutionis de iniurijs ⁊ diffamationibus: et rebus male acquisitis: mons oliueti habet duo.s.asperitatē in ascendēdo: et dulcorem in abundantia dei misericordie. ad ꝓpositum: vñ cum depredator vl̄ vsurarius habet ascendere ad faciendū restitutionem laborat: ⁊ sudat sicut qui ascendit in montē: ⁊ ecce asperitatē. Vñ in lombardia erat quidā magnus dn̄s qui occupauerat mltas ciuitates villas et castra ecclesie: ⁊ imperij ⁊ alia ⁊ dixit illi deus ꝙ ꝓpter illa peccata ipse in breui debebat mori: ⁊ dānari: ⁊ ipse fecit cōgregari plures magistros in theologia ⁊ quesiuit ab eis vtrū talis sn̄ia per deū facta posset reuocari. Et dixerūt ꝙ sic: et bene quia iesus in vita hoīs semper dat sn̄iam cū cōditione.s. nisi emendauerit se: quia si emēdat se de pctis deus reuocat sn̄iam datā: vnde Exo.xxxiij. Si dixero impio morieris: ⁊ egerit penitētiaꝫ a pctō suo feceritq̄ iudiciū: ⁊ iusticiaꝫ ⁊ pignus restituerit: nec fecerit q̄cq̄ iniustum vita viuet: ⁊ nō morie t̄: ergo semꝑ intelligit̄ conditionaliter: ⁊ sic dixerunt ei ꝙ faceret penitētiā: dixit ipse: ī quo? dixerunt ipsi in tribus: primo vt ꝯtritionē habeatis: scd̄o cōfiteamini: tertio satisfaciatis quibus tenemini: dixit ille cōtritionem habeo sed tamen non erat cōtritio: sed attritio: ⁊ cōfitebor libenter: sed non satisfacere restituendo illa que abstuli nec fecit ⁊ sic mortu⁹ est. Ecce quō est mons in ascendendo: et ideo dicitur Matthei.j. Super hoc plangam et vlulabo vadam discalciatus et nudus: sed finaliter est oleum mīe cuꝫ fit restitutio. vnde Ecclesia.ix. Oleum de capite meo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nunq̃ deficiat: quoniã non remittitur peccatũ nisi restituatur ablatũ. Et ecce quartus gradus scale. Quint⁹ gradus est reformatio fame: vñ iesus dixit discipulis suis Actuũ.j. Eritꝫ mihi testes in hierusalẽ: ⁊ i omni iudea: samaria: ⁊ vsq̃ ad vlt. terre: ⁊ iudei ꝓditores diffamauerũt iesum dicẽdo: nõ est hic hõ a deo ⁊c. hõ peccator ⁊c. Et ideo dixit iesus quãuis iudei diffamauerint me tamen vos eritis mihi testes. Et ideo qui vult ascẽdere in celum oportet ꝙ restituat famaꝫ illi cui abstulit: vnde ita est necessaria restitutio fame sicut alterius furti ⁊ amplius: quia maius furtuꝫ est de fama q̃ de pecunijs: vnde salomõ Prouerb.xxij. Melius est nomen bonũ q̃ diuitie multe. super argentum em̃ ⁊ aurum gratia bona: ergo si magis valet fama bona q̃ magne diuitie ꝑ cõsequens maius furtum cõmittitur in fama q̃ in pecunijs: ergo si volumus ascendere paradisum necesse est restituere famam ⁊c. ⁊ hic q̃ntus gradus. Sextus gradus est remissio iniuriarũ: vñ Act.j. Precepit eis ab hierosolimis ne discederẽt: sed expectarent promissionem patris quam audistis inquit ꝑ os meum: hierl'm.i. pacifica; per quã intellegit̃ iniuriaꝝ remissio: oportet enim si volumus ascendere in celum ꝙ pacificemus nos cuꝫ inimicis. Sũt autem duo modi remissiõis vnus est necessarius alter est volũtarius. Voluntari⁹ est si quis furatus est tibi.x. florenos si vis parcere sibi bñ potes facere: sed nõ est necessariũ. Ad idẽ si quis occidit patrẽ tuũ zelo iusticie potes ip̃m accusare: si vis ꝑcere bñ potes. Et ista remissio ẽ volũtaria: ⁊ nõ necessaria: sed remissio necessaria ẽ ꝙ nõ parces mala volũtate in corde tuo ꝯ aliquẽ: ⁊ si facis ꝙ parcas nõ nocet illd̃ odium nisi tibi soli ⁊ nulli alteri: immo est venenũ cõtra animam tuã: vñ Joã.j. Omnis qui odit fratreꝫ suũ homicida est. ⁊ si parcis tu stas in hierusalem.i. in pacifica. Accipe ergo consilium apl'i ad Roma.xij. Cũ omnibus hominibus pacem habentes non vosmetipsos defendentes kr̃mi: sed date locum ire: scriptuꝫ est enim. Mihi vindictam: ⁊ ego retribuam dicit dñs: dicit vindictaꝫ.s. reseruari in magno iudicio ⁊ tunc ego retribuam: ⁊ tunc erimus: in sexto gradu scale ad ascẽdendũ. Septimus gradus ascẽdẽdi in celũ est eucharistie sacramentum ⁊ quõ extrahit̃: alio mõ Actuũ.j. capl'o vbi d̃r: et conuescẽs. dicit beatus Gregori⁹. Comedit ⁊ ascẽdit ⁊c. Comestũ est ista litteralis: sed videamus q̃d sig̃t istud est cõio altaris: et cum quis habuerit cõtritionem in corde ⁊ fuerit cõfessus ⁊ emendauerit vitã suam ⁊ restituerit vsuras: rapinas: ⁊ iniurias: ⁊ restituerit famam et pepercerit inimicis secure ⁊ sine aliqua dubitatione poterit recipere istud sacr̃m. Et tunc venit illa cõio ⁊ quilibet debet recipere gratanter exemplo iesu christi qui comedit: ⁊ ascẽdit: ratio theologalis Joã.iij. Nemo ascendit in celuꝫ nisi qui de celo descendit. Quis est qui de celo descẽdit q̃s est qui ascẽdit? filius virginis: ergo q̃d faciem⁹ nos q̃ nõ descẽdim⁹? dico ꝙ nemo ascẽdit in celũ ꝟtute ꝓpria sꝫ ꝟtute dei sicut nubes est de mane in terra: ⁊ nõ põt ascendere de se: sed venit sol ⁊ ponit in ea calorem suum ⁊ sic eleuat eam sursum: sic etiã iesus sol iusticie xp̃s de⁹ noster: qñ intrat in nos ⁊ calefacit nos eleuando ad celum ⁊ qd̃ comedit habet iesus de mea receptione dico ꝙ nullum sed est magnus honor sicut qñ q̃s magnus dñs aut princeps habuit de suis inimicis victoriam dicitur viuat viuat rex ⁊c. vnde p̃cepit iesus facere scꝫ ascensionem ⁊c. quõ ascendemus per penitẽtiam quia ipse ascendit per potẽtiã: nos vero per penitentiam ⁊c.

¶ De septem gradibus ascendendi in celum. Distinctio.xxix.



Scendẽdi ad celum septem sunt grad⁹: quorũ Prim⁹ ẽ articl'oꝝ credẽtia. Secund⁹ est diuinoruꝫ reuerentia.

Tertius est proximorum beniuolẽtia.
Quartus est membrorum regentia.
Quintus est agendorum diligentia.
Sextus est dicendorum prudentia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Septimus est interiorum custodia.
¶ Primus ergo gradus ascendendi ad celum est articulorum credentia: vnde q̄s pōt habere omnes virtutes ⁊ tamen nisi firmiter credat omnes articulos fidei nō pōt ascēdere ad celū: ita etiaꝫ dicit athanasiꝰ hec ē fides catholica quā nisi ⁊c. Et ideo teneamus firmiter fideꝫ et ita tenebimus pedem supra primum gradum: idcirco sciatur Credo in deuꝫ minor qui dicat̄ ꝑm consiliuꝫ Hieronymi mane ⁊ sero: ita firmabit̄ cor in fide catholica. Nota exemplū de candela: et lanterna ⁊c. lanterna est fides vt patet psal. xvij. Quoniā tu illuminas lucernā meā deꝰ meꝰ illumina tenebras meas. Dicat̄ ergo et respirabit al's suffocabit̄ q̄tūcūq; fuerit magnꝰ clericus anteq̄ moriatur. p̄s. cxv. Credidi ꝓpter qd̄ locutus sum. Ego auteꝫ humiliatus sum nimis. qd̄ credebat corde loquebat̄ ore: cum humilitate ergo dicat̄: qm̄ quicūq; dicit modo p̄dicto ꝙ sit peccator faciet bonū finem: vñ paulus ad Roma. x. Si cōfitearis in ore tuo dñm iesum: ⁊ in corde credideris: qm̄ dñs excitauit illuꝫ ex mortuis saluus eris: corde enim credit̄ ad iusticiam: ore autem confessio fit ad salutē. Scd̄s gradus est impendere reuerētiā his que pertinēt ad dñm: vñ in hoc mūdo impendit̄ reuerentia illis de quibus habemus credentiā ꝙ sint magni: vnde breuiter ꝑm credentiā dignitatum cuilibet impendit̄ reuerentia: ita etiam debemus facere xp̄o qui oēs dignitates habet qꝛ est papa ⁊ rex et miles ⁊c. ergo impenditur ei reuerētia. Vñ nota exemplū de ceco Jo. ix. Quo sanato dixit ei iesꝰ credis in filiū dei: ille rñdit. Quis est filius dei: dixit iesus tu vidisti eū. Et q̄ loquit̄ tecū ipse est at ille dixit: credo dñe: ⁊ ꝓcidens ad pedes eiꝰ impendens reuerentiam adorauit. Ecce quomodo reuerentia secuta credentia: ergo impendatur in his que sūt dei scilicet ecclesie non comedendo in ea aliqua de causa non tripudiando non sonando nnsica instrumēta nisi eēt in missa noui sacerdotis: sed hodie fit contrarium: nō enim sunt similes Dauid qui cum timore introibat templū: vnde dicebat. Introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Similiter impendat̄ honor: ⁊ reuerentia cruci dū itur ꝑ vias: ⁊ etiā imaginibus cogitando quid representant: non aūt adorare picturā illā: sed tantū modo illud qd̄ figurāt: ⁊ maxime impēdat̄ honor altari xp̄i nō ip̄ꝫ osculando: sed ⁊ tanta fit deuotio si osculet̄ in terra in qua sacerdos tenuit pedes: quia tangere nisi a sacerdotibꝰ pctm̄ est magnū. Et iste est tertiꝰ gradꝰ p̄me Pet. iiij. In omnibus honorificetur deus per iesum christū cū gloria ⁊ imperiū ⁊ virtus in secula seculoꝝ impēdat̄ honor diuinꝰ ⁊ erimus in scd̄o gradu. ¶ Tertius aūt gradus est ꝓximoꝝ beniuolētia. Quis autem sit ꝓximus declarauit xp̄s Jo. x. scilicet Qui fecit misericordiā in illum: vnde omnis creatura cui possumus ꝓficere dicitur proximus: ergo tam iudei q̄ sarraceni sūt nostri proximi cum possumus eis proficere rogando deum pro eis vt cōuertant̄: mortui sil'r sunt nr̄i ꝓximi: quia possumus eis ꝓficere ⁊ ipsi nobis: sil'r sancti qui nobis proficiūt: et nos ipsis dādo gaudium accidentale: gaudent em̄ qñ vident qd̄ facimꝰ aliqd̄ bonū: vñ Luc. xv. Dico vobis ꝙ gaudiū est in celis angelis dei ⁊c. ergo multo magis qñ non solum vnus sed multi agunt penitētiā: sil'r quia ꝓficiūt nobis custodiendo a demōibus: ipsi etiā gaudent qñ vident nos bene agere: vñ dico volo ⁊c. vt s̄. Sil'r anime purgatorij: qꝛ ꝓficicimus eis alleuiādo penā. Et ipsi ꝯñter extracti a purgatorio orant ꝓ nobis. Sed illi dicūtur non ꝓximi qui sūt condēnati in inferno siue sint patres siue matres fratres vl' sorores ⁊c. Nec nō etiam angeli mali: qꝛ non possunt ꝓficere nobis nec nos ipsis: ⁊ est tertius gradus. habeamus ergo beniuolētiā proximalem cū angelis dei rogādo ꝙ possimus ire cum ipsis. Similiter cum animabus purgatorij soluendo legata. Similiter debemus habere bonam voluntatem siue beniuolentiam patri ⁊ matri al's maxima dānatio sequitur tales. Et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nota exēplū qđ accidit in regno aragonie de quodam homine inuēto mortuo cum nesciretur qui fecisset ceperūt vnuz qui non fecerat qui timore tormentorū confessus est se fecisse homicidiū: ⁊ condēnatus est ad mortē. Qui cum transiret per ciuitatē dicebat. O deus qr nūq̄ feci istud. Cūq̄ venisset ad furcā clamauit voce magna. O de⁹ iudex iuste quia bñ memor nūc suspēdi ī ista furca. Tūc admirantibus omnibus qui aderāt dixit ꝙ nō fecerat illud peccatū ꝓpter qđ iudicatus fuerat suspēdi. Sed dū erat iuuenis mater sua lauabat pānos ꝓpe illā furcā. Cui ipse dixit iniuriā illa gen flexo orauit vt suspenderet in illa furca: et ita fuit. Caueamus ergo vt maxime patri ⁊ matri: ⁊ silr oībus ꝓximis impēdam⁹ reuerētiā: vñ p̄me Joā. iiij. Si q̄s dixerit qm̄ ego diligo dñm ⁊ fratrez ei⁹ odit mēdax ē: ⁊ iste ē terti⁹ g̃d⁹. ¶ Quartus grad⁹ est mēbroꝝ regentia: vñ sicut vn⁹ bon⁹ rex aut dñs regit suos vassallos ita nos debemus regere regimē nostrū. s. corp⁹ in quo sunt multi vassalli: et habitatores. s. sensus corpis ⁊ virtutes anime: debem⁹ ergo bene regere: p̄mo oc̄los nō respiciēdo vanitates nō respiciēdo aliquomō ꝯiūctionē carnalē aīaliū brutoꝝ: sz stati cōuertere oculos ad aliā partem: vñ Dauid p̄s. cxviij. Auerte oculos tuos ne videāt vanitates; silr respiciēdo pulchrā mulierē statim verte oculos ad aliā partem qr statim cor inclinat ad aliud q̄ ad faciē: silr mulier vidēdo virū aliū q̄ maritū. Sed debem⁹ ꝟtere oculos ad celū. Et maxie in nocte cogitando pulchritudinem in timore ⁊ post respicere pulchritudinē terre similiter respicere libros ⁊ plorare respicere ⁊ miseriā ꝓximorum: similiter bene regere aures non audiēdo diffamatiōes alteri⁹. nec vanas blasphemias sz audire missas sermones ⁊ bona ꝟba. Similiter bene regere odoratum: vnde si odoratur rosa vel viola non debemus delectari. Sed cogitare ꝙ magn⁹ odor debet esse in corpore virginis marie ⁊ aliorum sanctorū. Cum tant⁹ odor sit in illo flore paruo. Similiter odorando fetorē sui corporis non negligere. i. contēnere proximum suum pauperem propter fetorem suum sed cōpati: silr bene regere gustum: scilicet non comedere delicata non comedere vltra modum: quia animalia nobis prebent exemplum que bene regunt se nos tamē minime. Et ideo sunt tot infirmitates in corporibus nostris vt titubatio siue tremor mēbroruz vel lepra et sic de alijs. Similiter bene regere manus scz non furando aliq̄d et maxime de ecclesia non rapere decimas oblationes mortuorum: ⁊ legata non retinere sed reddere inuenta ⁊c. Similiter bene regere pedes non eundo ad sortilegos aliqua de causa sed ire ad ecclesiam ⁊ auditū sermones. Similiter bene regere totum corpus non viuere delicate: quoniam si viuamus delicate in hoc mundo aspere viuemus in alio ⁊c. Sed si bene regimus vassallos poterimus vocari reges: vnde si bene mēbra regis dign⁹ es noie regis. Et propter istam rationem dicebat paulus ad Romanos. vj. Non ergo regnet peccatum in vestro corpore mortali vt obediatis concupiscentijs eius: sed neq̄ exhibeatis mēbra vestra arma iniquitatis peccato sz exhibeatis vos deo tanq̄ ex mortuis viuentes et membra vestra arma iusticie deo: peccatum em̄ vobis nō dominabitur ergo caueamus. Et ideo dicit beat⁹ Gregorius seruire deo regnare est: et iste est quart⁹ grad⁹. ¶ Quintus gradus est agendorum diligentia scilicet in bonis spiritualibus: vnde sacerdotes in nocte ⁊ in die debent orare: primo in nocte: ⁊ ratio est quia in nocte christus fuit captus ⁊ ligatus ne nos ligemur a diabolo in corpore inferni. Et quia illa ligatio xp̄i fuit facta ī nocte: iō debent dici natutine al's non representabunt qđ figurāt aues tamen naturaliter dñm laudāt ī nocte: vñ Daniel. iij. Bñdicite volucres celi dño: sacerdotes aūt minimā diligentiam hñt nisi faciāt modo predicto: silr in die. Quia in p̄ma voluit accusari corā herode ne accusarentur a demonib⁹ in iudicio ⁊c. Si autem non faciāt negligenter agunt opus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

diuinũ: contra quos loquitur Hiere. propheta Hiere. xlviij. Maledictus qui facit opus dñi fraudulẽter. Similiter layci debẽt esse diligẽtes ꝛc. Primo faciendo signũ crucis qđ est signũ dei. Sed multi faciunt signũ diaboli: faciãt ergo sicut decet. E ita cõfortat nos scriptura sacra. ij. Paralip. ix. di. Cõfortamini ꝛ agite diligenter: et erit dñs vobiscũ ꝛc. Sextꝰ gradus est dicẽdorũ prudẽtia: vnde anteq̃ loquamur debemus premeditari ꝛ examinare verba in corde: qꝛ multotiẽs propter imprudentiã loquẽdi multi dãnantur. Primo sumẽdo nomẽ dei in falsis iuramentis qđ nõ debet fieri etiã ꝓ seruãdo patrẽ a suspẽdio. Sed hodie emẽdo ꝛ vendẽdo fit falsum iuramentũ: ergo caueamus ne aliquo modo iuremꝰ qm̃ frequentia iurãdi inducit ad periuriũ. Aliqui blasphemãt ꝛc. In talibꝰ autẽ est indiscretio cõtra dñm. Similiter fit prudẽtia ne loquamur cõtra proximũ eũ diffamando. Qui em̃ seruabit se cõtra ꝓximũ ne loquat̃ erit i sexto gradu. Et ecce quõ dicit scriptura ad Collossen. iiij. Sermo vester semꝑ in gratia sale sit cõditus vt sciatis quõ oporteat vos vnicuiq̃ respõdere salitũ est vbi dicit conditũ sale. Ubi sciẽdũ ꝙ ille qui cõmedit aliq̃d sumẽdo bolum a scissorio nunq̃ immediate portat ad os sed salit siue salsat̃ vt magis sit sapidũ. Ita debemꝰ post cogitationẽ salsare in discretiõe. Et ideo dicit Paulus ad Ephes. iiij. Oĩs sermo malus ex ore vestro nõ procedat: sed si quis bonus est ad edificationẽ fidei vt det gratiã audiẽtibus. ¶ Septimus gradus est interiorum custodia ꝛ iste est maior: vnde in cogitationibus demonũ multa mala ꝛ peccata dimittit: sed debemꝰ nos custodire ne nos impingat taliter vt cadamus in malis. Sꝫ si tentet đ pctõ supbie cogitet humilitatẽ christi. Si de auaritia paupꝫtatem ꝛc. vt dicit scriptura Prouerb. iiij. Cum custodia serua cor tuũ: qꝛ ex ip̃o vita procedit. Et nota exemplũ de quodaꝫ heremita valde deuoto q̃ cothidie orabat dñꝫ vt placeret sibi ꝙ ip̃e viueret s̃m voluntatẽ suã. Cum autẽ diu orasset apparuit ei vnus diabolus in figura boni angeli: qꝛ multis modis malus angelus trãsfigurat se in angelũ bonũ. ij. ad Corin. iiij. Angelus sathane se transformat in angeluꝫ lucis. Qui dixit. O heremita deus mandat tibi ꝙ si possis esse dñs solis ꝛ dimie lune et quarte ꝑtis Rome tu eris saluus: alias dãnaberis. Quo dicto euanuit: heremita vero fuit quasi desperatus cogitãs ꝙ illud qđ dixerat ei erat sibi impossibile: tunc apparuit ei angelus bonus cõfortãs eũ: exponẽs ꝛ declarans ei quomodo intelligebant̃ dicta a diabolo. Dimidiũ lune esse litterã c. ꝛ solem rotũdum esse o. et quartã partẽ Rome esse r. ex quibꝰ iunctis resultat hec dictio cor. Tũc cognouit heremita ꝛ dixit ꝙ custodiret cor ꝛ esset dñs eiꝰ ne i eo intrarent vana: et iste est septimꝰ gradus. Et ideo dicit deus cuilibet nostruꝫ illud Prouerbio. xxiij. Prebe fili mi cor tuum mihi ꝛ oculi tui vias meas custodiant. Et isti sunt septem gradus scale ꝑ quos ascẽditur ad celũ. Ad qđ nos ꝛc.

¶ De ascẽsionis christi ratione que tripliciter ostenditur. Distin. xxx.



Scensionis christi ratio ostẽdetur tripl̃r: scꝫ Primo ratione sciẽtiali. Scđo practica hystoriali Tertio vtilitate finali.

¶ Prio ergo ascẽsio christi ostẽdetur ratione sciẽtiali. Unde sciendum est ꝙ res multũ dilecta attrahit ad se diligentez in quolibet loco sit: vñ sicut calor attrahit vapores in mane: ita cor amãtis attrahit amatũ. Juxta illud qđ dicit christus Mat. v. et Luc. xij. Ubi est thesaurꝰ tuꝰ ibi est cor tuũ. Certũ est ꝙ apl̃i ꝛ discipuli ita ardẽter diligebãt christum ꝙ in oĩbus suis non eleuabãt oculos ad celum sed ad christũ vbicũq̃ esset et quocunq̃ iret vertebant cor ꝛ oculos: et ideo ille ardens amor christi multum impediebat eos ne verterẽt cor ad celestia: sed tm̃ ad christum. Et ideo voluit christus ascendere in celũ vt oculi eoruꝫ eleuarẽtur ad celũ. Unde Jo. vj. di. Uado ad eum qui misit me ꝛ nemo ex vobis interrogat me quo vadis sed qꝛ hec locu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tus sum vobis tristitia impleuit cor vestrum: sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadã: si em̃ nõ abiero paraclit⁹ nõ veniet ad vos. Dicit nemo interrogat me qr bene sciebãt cũ viderent. q. d. ꝙ expediens erat ꝙ ascenderet ad celũ: ⁊ si nõ ascenderet nõ haberẽt spm̃ sanctũ. Et rõ erat qr tantũ erant inclinati ad amorẽ xp̃i ꝙ nõ cognoscerent eum: ⁊ in eis vix potuisset imprimi. vnde Beda loquens apl'is inquit. Expedit vobis vt forma serui vestri subtrahat̃ aspectibus quaten⁹ amor diuinitatis imprimatur fortius in vobis. Ita etiã fuit expediens nobis sicut apl'is: qr si xp̃s esset modo in hierl'm nos nõ curarem⁹ de celo: sed quilibet desideraret ire in hierl'm vt videret eũ ibi. Ideo ascendit vt haberemus cor. vnde Apl's. Si cõsurrexistis cum xp̃o q̃ sursum sunt querite: non que sup terrã. ad Coll'. iij. Modo arguat̃ per locũ a minori si illud qd̃ minus videtur inesse inest: et illud qd̃ magis: tũc arguo sic. Amor quẽ habebant apl'i erga xp̃m filiũ dei impediebat eos ne haberẽt cor ad celũ: ⁊ impediebat dilectionẽ dei: ergo magis impedit amor quẽ nos habemus in creaturis hũanis ne habeamus amorez cũ deo. Et ideo pater ⁊ mater nõ debent diligere filiũ plus q̃ deũ: qr tunc deus amoueret ipsum eis ꝑ mortem. vñ Mat. xvij. Qui amat patrem et matrem plusq̃ me nõ est me dign⁹: ⁊ qui amat filium ⁊ filiã sup me nõ erit mecũ in gl'ia. Pone practicã cõtra illos qui ponũt cor in amore alicuius: specialiter de aliquo deuoto religioso quẽ aliqua deuota mulier eliget in cõfessorez: ⁊ tunc generatur inter eos amor qui impedit ne cor eius eleuetur ad celũ: igit̃ iuxta consiliũ Dauid p̃s. ij. Disrũpamus vincula eorũ ⁊c. Unde quẽadmodũ alique vestes eũtes per aliqd̃ iter inueniũt veprem qui retinet eos ⁊ sic remanent ibidem. Ita est de celestibus ponentib⁹ amorem in creaturis: vnde ad Gala. v. Currebatis bene ⁊ quis vos impediuit: vtinã abscindãtur qui vos cõturbant. Et ideo heremite bene faciunt qui nullam cõuersationẽ volunt habere cum viris nec cũ mulierib⁹; qr multũ nocet frequens visio vel visitatio mulieris. Unde btũs Grego. ad rusticum monachũ: Mulierem quã bene conuersari videris dilige mente: nõ corporali frequentia. ¶ Scd̃o christi ascensio ostendet̃ practica historiali. Unde sciendum ꝙ post resurrectionẽ xp̃s noluit manere in terra nisi per. xl. dies vt cõsolaretur matrẽ suã mariã virginẽ ⁊ alias marias ⁊ apl'os: aliqñ apparendo vni: aliqñ alteri: sed hodie cũ essent vndecim discipuli in domo ⁊ comederẽt in mensa: xp̃s introuit ianuis clausis: ⁊ ipsi gauisi sunt viso dño. Et dixerũt sibi si vellet comedere cũ ipsis: vnde Act. j. Cõuescens precepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarent ꝓmissionem patris. Et fuit vera comestio in quattuor. Primo sumebat vere cibũ. Scd̃o frãgebat cũ dentibus. Tertio ingerebat in ventre ⁊ ponebat in stomacho. Quarto qr corp⁹ suũ qd̃ glorificatũ erat nõ digerebat: sed digerebat̃ ad modũ liquoris existentis in radio solis qui liquefacit. Et tunc dixit eis ꝙ erat ascensurus ad patrem. Illiṽo hoc audito cõtristati sunt dicẽtes. O dñe ⁊ nos miseri q̃d faciem⁹ amodo: ⁊ flebãt. Ipse ṽo respondit ꝙ mitteret spm̃ sanctũ qui semꝑ maneret cũ ipsis: qr ipse nõ poterat ãpli⁹ manere cũ ipsis. Et dixit eis ꝙ adhuc viderent eũ semel in ascẽsione: et ꝙ irent ad matrẽ suã virginem mariã ⁊ magdalenã ⁊ q̃ erãt alibi prudentes et dicerent eis istã. Tunc nunciantib⁹ illis virgini marie illud qd̃ dixerat eis iesus: surrexit statim virgo maria ⁊ alij q̃ erãt in numero. cxxiiij. ⁊ venerũt ad montem oliueti ⁊ ibi steterũt vsq̃ ad horã nonã. Tunc venit iesus ⁊ primo salutauit matrem suã ⁊ deinde alios. Et postea fecit sermonem incipiẽs quõ fuerat incarnatus: predicauerat: elucidauerat sacram scripturam. Pone practicam quõ dixit ꝙ predicauerat virtutes cõtra vitia: puta humilitatem cõtra superbiam ⁊c. Item quomõ passus fuerat: ⁊ consequenter dixit. Modo cõsummaui opus ad qd̃ missus erã. Tunc virgo maria flebat: q̃uis multũ gauderet: xp̃s consolabatur eam di. Uos mater mea deberetis gaudere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vnde et vos ascendetis mõ mecũ: sz opz ꝙ aliq̄s remaneat post me q̄ sustineat fidẽ. Et dn̄a mea mr̄ ꝯfundetis errores: ⁊ ideo cantat de eo eccl̄ia. Gaude ꝟgo maria cunctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo. Oẽs qõnes dubitabiles post xp̄i ascensionẽ virgo maria elucidabat. Postea cõquerebat̄ maria magdalena di. ꝙ ꝓpter ip̄m vendiderat oia bona sua: cui xp̄s dixit. Uos magdalena manebitis in hoc mundo vt instruatis alias mulieres: qꝛ ita bene oportet saluare mulieres sicut viros: item ego semper vobiscũ sum. vñ Mat. vlti. Ecce ego vobiscũ sum oibus diebꝰ vsq̄ ad cõsummationẽ seculi. s. in sacr̄o altaris. Quando em̄ istud sacr̄m deficiet erit ꝯsummatio scl̄i. Post hoc discipuli ⁊ spãliter Petrus pro oibꝰ dixit. Dn̄e si placet vobis nos volumus ascendere vobiscũ. Rn̄dit xp̄s. Nõ facietis mõ: sed in fine vite vestre ego veniã ad vos ⁊ ducã vos mecũ. Sed ite in mundũ vniuersum predicate euangeliũ omni creature. Mat. vlt. Exẽplum em̄ dedit alijs predicatoribus. s. ꝙ irent ꝑ vniuersum mundũ: ⁊ nõ manere diu in vno loco: sed semper ambulare in p̄dicatiõe. Uñ notandũ est ꝙ quãto melius est epulũ tãto maiori motiõe ĩdiget in olla ne cremet̄: ita etiã est de religiosis qui tanto meliores sunt aliis: tanto magis moueri debent: ita ꝙ nõ debent habere societatẽ cũ aliquibꝰ neq̄ cũ mulieribus: qꝛ societas generat amorem. Secũdo dixit eis vt predicarent euãgelium: nõ Uergiliũ nec Ouidiũ nec poetas: sicut fit hodie ꝑ magistros in theologia: ⁊ erubescũt predicare euangeliũ. Tertio dixit ꝙ predicarent om̄i creature: sed nõ tm̄ in magnis ciuitatibus vbi est magna multitudo ppl̄i: sed etiam in paruis locis. Deide dixit discipl̄is Act. j. Uos eritis mihi testes in om̄i iudea et hierl̄m ⁊ samaria ⁊ vsq̄ ad vltimũ terre. Et cũ hec dixisset videntibꝰ illis ⁊ virgine maria eleuatꝰ est di. illi fili mi et apl̄i petiuerũt benedictionez. Et tunc s̄m qd̄ dixit Luc. vlt. Benedixit eis: postea venit nubes ⁊ suscepit eum ab oculis eoꝝ. Ipse tñ nõ indigebat nube qꝛ bene poterat per se ascendere. Tunc discipuli oẽs flebant propter hoc qꝛ magister eoꝝ separabat̄ ab eis qꝛ timebant iudeos: gaudebant tñ propter honorem iesu xp̄i qꝛ exaltabatur in gloria. ¶ Tertio ascẽdit propter vtilitatẽ finalem: que cum multe sint de vna tñ loquit̄ Jo. xiiij. c. quãdo xp̄s discipulis suis dixit. Non turbetur cor vestrũ in domo patris mei mansiones multe sunt: vado parare vobis locum. Et si abiero ⁊ parauero vobis locũ iterũ veniam ⁊ accipiam vos ad meip̄m vt vbi ego sum ⁊ vos scitis. Multe mansiones sunt in celo specialiter tres scz firmamentũ qd̄ continet in se spheras planetarũ. Secunda mansio est celum cristallinum qd̄ ph̄i vocant primũ mobile. Tertia mansio est celum empireum vbi sunt angeli ⁊c. Et sunt nouem chori: scz archangeli angeli ⁊ sic de alijs. Uñ preparauit locum eis per realem possessionem. Primo in choro angelorũ ordinauit ⁊ ostendit cathedras illis animabus quas extraxerat de limbo: scz aĩabus illoꝝ qui egerãt veram penitentiã in hoc mundo. Postea in secundo choro posuit deuotos. In tertio scz principatꝰ posuit illos qui habuerãt fraternalem dilectionem. In quarto choro: scilz in ptãtibus posuit illos q̄ fuerant patiẽtes. In quinto scz in virtutibus posuit illos qui habuerant cõcordiã fraternalem. In sexto scz dn̄ationibus posuit illos qui habuerant benedictionem sup̄ alios. In septimo scz in throno posuit illos qui tenuerant vitam apostolicã. In octauo scilz in cherubin posuit illos qui habuerant feruentem amorem cum deo. Post hec ascẽdit ad patris dexteram: ⁊ sic preparauit nobis oibus loca in celo per realem distributionez scz s̄m opera que fecimus. Maxima humilitas fuit qꝛ dn̄s preparauit seruo hospitium: benedixit nobis Matthei. xxij. Thauri mei ⁊ altilia mea sunt occisa ⁊ oia parata sunt: venite ad nuptias. Paremꝰ ergo nos ⁊ ornemꝰ pulchris vestibꝰ. s. virtutibꝰ: vtputa capiamus humilitatẽ cõtra sup̄biã: largitatẽ cõtra auaritiã ⁊ sic de alijs: vt sic in tã solemni cõuiuio discũbere valeamus ⁊c.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vero pulsantibus ad ostiũ: dixit. amẽ dico vobis nescio vos: ⁊ tñ fuerãt inuitate. Qui inuitat̃ ad cõuiuiũ aliqd̃ meli⁹ ornari debet nõ em̃ deficit p̃destinatio: sed predestinat⁹ deficit predestinationi: vñ Gregori⁹ i p̃mo libro dialogoꝝ cap̃. viij. Dicit ip̃a perẽnis p̃destinatio: ita est ab omnipotẽti deo disposita vt ad hoc electi ex labore ꝑueniãt quatenus postulãdo mereantur accipe quod eis op̃s de⁹ ante secula disposuit donare. sil'r i libro p̃scie siue reprobationis nõ soluz scribit̃ termin⁹: sed via ad illũ scribit̃: ita talis dãnabit̃ ꝑ pctm̃ supbie: talis ꝑ pctm̃ luxurie ⁊c. Faciam⁹ ergo bona opera: ⁊ nõ deficiem⁹ predestinatiõi: ⁊ saluabimur. nõ enim deficiet p̃destinatio: sz nos sibi. ¶ Scdo ꝙ ꝓcedat ex stultitia vbi sciendum ꝙ equaliter habet deus gr̃am de omnib⁹: ergo scit de q̃bus prãdebimur de q̃b⁹ induemur: si scimus infirmi vtrũ sanabimur: ergo nõ oportet parare prãdium neq̃ vestes neq̃ querere medicũ. O quãta stultitia: nõ em̃ oportet reges bellare nolẽtes congregare gentes armorũ vna em̃ scia est in deo non plures scie. ¶ Tertio dicit̃ ꝙ est error maxim⁹ quia destruit totã fidẽ et scripturã: non enim opportuisset xp̃z incarnari pati ⁊c. breuiter ista rõ omnia destruit: ⁊ adnihilat: quare tenemus cõsiliũ dicentis scd̃e Pet̃. j. Charissimi satagite: vt per bona opera creturã vestrã vocationẽ ⁊ electionem faciatis: etenim patiẽtes nõ peccabitis: sic em̃ abũdanter ministrabit̃ vobis introit⁹ in eternum regnum dñi nostri ⁊ saluatoris iesu christi. ¶ Scd̃m ꝙ deus bene fecit est opus generalis gubernationis: vñ sciendũ ꝙ de⁹ generaliter gubernat ⁊ regit creata: qm̃ sicut aliquis hõ discret⁹ bene regit omnia que sunt in sua ptãte: ita sil'r de⁹ ⁊ meli⁹: regit enim celũ in motibus: ⁊ influentijs ⁊ facit lunã diminuere ⁊ crescere sil'r regit elementa. Ubi notãduz ꝙ si sunt in vna corea tripudiãtes tenẽtes se per manus primus ⁊ vltimus non tangẽt alios nisi ꝑ vnam manũ: si aũt faciãt coreã rotundam omnes tenebunt se per ambas manus: ita est de elemẽtis: ⁊ quodlibet elementũ habet duas qualitates: ⁊ cũ vtraq̃ istarũ se tangũt: vnde ignis calidus ⁊ siccus caliditate tangit aerẽ: ⁊ cũ siccitate terram: aer humidus ⁊ calidus: ⁊ cuz humiditate tãgit aquã ⁊c. sil'r aliqñ est turbulẽt⁹: aliqñ clar⁹ aliqñ pluuiosus: ⁊ ita de alijs. ⁊ breuit̃ oia regit ꝑz ꝙ sue sapiẽtie placet: vñ ad hoc ꝓpositũ loquit̃ Dauid p̃s. ciij. Quaz magnificata sunt opa tua dñe oia i sapia fecisti repleta est terra possessiõe tua. Sz diceret aliquis omnis bonus rector bene regẽs terram suam eijcit mala ab illa si sint al's non diceretur bonus rector: quare ergo non eijcit mala omnia a mũdo ⁊ dimittit tm̃ bona? dicitur ꝙ nõ pertinet deo proijcere liberũ arbitrium al's destrueret naturam humanã: ꝓhibet deus tantũ creaturas dãdo consilium ne malum faciãt si autem remoueret liberum arbitrium destrueret: vñ Dionysi⁹. Nõ est diuine prouidẽtie creaturas destruere sed conseruare. Et ideo dicit scriptura Eccl'. xv. Deus ab initio constituit hominem. Et reliquit eum in manu cõsilij sui adiecit mandata ⁊ precepta sua. Et si volueris mandata conseruare conseruabit te: et imperpetuum fidem placitã facere apposuit tibi aquam ⁊ ignem ad qd̃ volueris porrige manum tuam: ante hominẽ vita ⁊ mors bonum ⁊ malum quod placuerit ei dabitur illi preceptum est negatiuum: vnde magis obligantur ad precepta q̃ ad mandata: mandata enim in natiuitate possunt frangi sicut sanctificare festa in aliquo casu non est celebrãdũ puta in illa die fugere inimicos vel causa infirmitatis ire ad missam ⁊c. Cõtra p̃ceptum nulla natiuitate debet q̃s cõmitti: ptz ergo ꝙ homo põt facere bonum ⁊ malũ: et qd̃ voluerit dabit̃ illi: si volunt saluari saluabuntur: si autẽ dãnari damnabuntur: multi tamẽ si petatur ab eis quod volunt mentiẽtur in responsione rñdent ꝙ volũt saluari: ⁊ mẽtientur: quia tenent iter inferni puta superbiã auaritiã ⁊ luxuriã. Et ita de alijs hec enim est via infernalis: et ita habet quod vult ⁊c. deus tamen vellet ꝙ oẽs saluarentur siue sint iudei siue sarra-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ent. ꝓo oibus eñ ſoluit ꝓciũ redemptionis. vnde.j. ad Thim.ij. Hoc enim bonũ eſt ⁊ acceptũ coꝝ ſaluatore noſtro deo: qui omnes hoies vult ſaluos fieri: et ad agnitionẽ veritatis venire: et ſubdit rationẽ: vnus eſt eñ deus mediator dei ⁊ hominũ homo ieſus chriſtus q̃ dedit ſemetipſum in redẽptione ꝓ oibus. Sed diceret aliq̃s: deꝰ ſcit ſi ego ero dãnatꝰ? dicit q̃ ſic: cur ergo me creauit? dicatur q̃ illa de cã vt ſalueris: ſi tñ non vis nõ ſaluaberis. Creauit eñ te ſua iſinita te bonitate ⁊ creãdo dedit tibi ſuã imaginem ſiue ſimilitudinẽ: hoc eſt alia in qua eſt memoria de ꝓteritis: intelligentia de preſentibꝰ: ⁊ volũtas de futuris. Adhuc vltra dedit tibi bona tã tẽꝑoralia q̃ ſpiritualia: puta baptiſmũ: euchariſtiã ⁊ cetera ſacramẽta: et breuiter bñ oĩa fecit ſi nos nõ mutemus in malũ ⁊c. ¶ Tertius q̃ deus bene fecit eſt opus humane redẽptionis: vbi erũt declarationes. Prima reſpiciet clementiã diuinã: vnde dicunt quidaꝫ pĥi. Fruſtra fit per plura q̃ põt fieri per paucioza: ergo cũ deꝰ potuiſſet nos redimere ſine morte fruſtra mortuꝰ eſt: o quãta ſtultitia. Ubi notandũ q̃ differẽtia eſt inter deũ ⁊ hominẽ: q̃m qualitates quas poſſunt hoies ſiue iuſtitias virtus ſiue aliquid aliud ſunt accidentia q̃ poſſunt adeſſe vel abeſſe: ſed oẽs virtutes que ſunt in deo ſunt ibi eſſentiales ⁊ nõ ꝑñt mutari. Tunc ergo ꝓpt̃ q̃ iuſtitia dei eſt ſua eſſentia: vñ ſicut deus nõ põt dimittere diuinitatẽ: ita nec iuſtitiaꝫ nec miam: q̃ tũc negaret ſe eſſe deũ. vñ Apoſtolus.ij. ad Thim.ij. Deus fidelis permanet ſeipz negare nõ põt: vnde iuſtitia dei ⁊ mia idem ſunt. Et ideo dicit Dauid ꝑs. c. Miſericordiã ⁊ iudiciũ cãtabo tibi dñe. Ecce quõ aſſociat virtutes: nõ enim facit ſicut aliqui hoies qui aliq̃s vtũtur ſumma mia ⁊ nõ iuſtitia: aliq̃s ecõuerſo. Sed deus in redẽptione noſtra vſus eſt nõ ſolũ iuſtitia vel mia: ſed vſus eſt ſumma mia ⁊ ſumma iuſtitia. Summa enim iuſtitia fuit cũ ꝓtio deberet dari ⁊ nos nõ poſſemus ſoluere ꝓtiũ quõ chriſtus ſoluit ꝓ nobis. Sed mia fuit q̃ ipſe qui erat ſine pcõ nõ ꝓ ſe ſed ꝓo nobis ſoluit ꝓtiũ: ergo bñ dicit fruſta fit ⁊c. verũ eſt dum rñ eque bñ fiat. Et ideo per penitentiam ſolã nõ poterat bene fieri. Et tõ ꝓportionaliter deus voluit nos redimere ſicut peccaueramus. vñ Adã primo electus eſt de paradiſo q̃ eſt ita altus q̃ dicit Beda q̃ tãgit celũ lune a quo deſcendit Adã. Et tõ hac de cauſa filius deiꝰ voluit deſcẽdere de paradiſo. Scõo ſicut ꝓ mulierẽ primo venit noſtra dãnatio: ita per mulierẽ voluit nos redimere carnez aſſumendo: põt tñ aliter fieri: q̃ poterat carnẽ ſuã ſumere a viro ſimiliter: ſicut ꝓ pctm venit tribulatio ⁊ labor. Ita chriſtꝰ voluit pati tribulationes ⁊ labores in hoc mũdo. Siꝫ per peccatũ venerat ignoratia: ideo chriſtus voluit dare doctrinam euangelicã. Et ꝓ ta obliuionẽ voluit dare medicinã ſacramentoꝝ: ſicut poſt peccatum penitentiã. Siꝫ ſicut per peccatũ Ade ligatꝰ fuit homo a diabolo. Ita voluit ligari chriſtus a iudeis: ſiꝫ flagellari. Similiter ſicut hõ eſt inter quattuor elemẽta q̃ ibi cõteritur: ita chriſtus voluit coram quattuor iudicibus condẽnari. Et ecce quomodo nihil facit ſuperfluũ. Itẽ perdiderat homo cozonã paradiſi: ideo chriſtꝰ aſpere voluit cozonari vt hõ illã reaſſumeret voluit crucifigi ne nos crucifigeremur in inferno. Similiter q̃ condẽnatus homo ne poſſet ſentire aliquid ſpirituale ad gloriã prinẽs in q̃nq̃ ſenſibus iõ voluit pati q̃nq̃ vulnera. Itẽ q̃ demones illudebãt hoibus: ideo voluit chriſtus illudi: et breuiter ita ordinata fuit noſtra redẽptio q̃ nihil fuit ſuperfluum neq̃ diminutũ ⁊c.

¶ De nouem modis ſeu conditionibus bene viuendi. Diſtinctio. xxxvj.



Tene viuẽdi ſunt nouem modi ſiue ꝓditiones. Primꝰ eſt afflictio pnialis. Secũdus eſt deuotio ſpiritualis.

Tertius eſt miſericordia fraternalis. Quartus eſt patientia virtualis. Quintus eſt concordia fraternalis. Sextus eſt preſidentia humanalis. Septimus eſt vita ſiue paupertas ſpũ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Octauus est sapientia diuinalis.
Nonus est charitas supernalis.
¶ Primus ergo modus bene viuēdi est afflictio penitētialis.s.portare in corpore suo aliquā pniam siue afflictionē: sicut ieiunare aut portare cilicium ⁊ sic de alijs. Aliqui ignorantes dicūt.q̄d ꝓdest deo afflictio corpis. O ignorans: multū valet qñ ꝓ honore dei fit. Si rex i regno suo haberet aliquod castrū rebelle ⁊ sibi inobediens:⁊ aliq̄s miles pro honore regis debellaret illud castrū ⁊ faceret ip̄m obedire regi:esset honor regi et vtilitas magna militi. Moraliter rex noster iesus xp̄s hz plura castra rebellia sibi:scilz corpa nostra: qm̄ oim q̄ deus vult: vult contrariū:nā deus vult hūilitatē ⁊ corpꝰ superbiā.deus vult largitatē ⁊ miam:corpus vult auaritiā ⁊ sic de alijs virtutibꝰ et vitijs:testis ad hoc Apl'us ad Ro.vij. di.Condelector legi dei ſm interiorē hominē: video em̄ aliā legem in membris meis repugnantē legi mētis mee. Et qñ homo facit pniam dando afflictionē corpori debellat castrū ⁊ facit obedire deo. Ad qd̄ hortat̄ Apl's ad Ro.xij.di. Obsecro vos fratres ꝑ miam dei vt exhibeatis corpa vestra hostiā viuentē sanctam deo placentē. Quare dicit viuentē? ratio qr pnia nō valet nisi in ista vita: lz in inferno sit magna pnia tñ nihil valet: sanctā deo placentem. Pnia est sctā qñ fit in exēplū ꝓximi ⁊ in gl'ia dei:qr qñ aliq̄s facit pniam secrete gentes nō edificāt nec habent exemplum: sed qñ fit publice est exemplū ꝓximis ⁊ gl'ia dei. Mat.v. Sic luceat lux vr̄a corā hoībꝰ vt videant opa vestra bona ⁊ glorificent patrē vestruz q̄ in celis est. Est aūt alia auctoritas q̄ videtur dicere ꝯtrariū Mat.v.Attēdite ne iustitiā vestrā faciatis corā hoībus vt videamini ab eis.Sed tñ nō ꝯtradicūt: qr prima dicit videant opa vestra bona: et inde capiant exemplū.Et alia dicit vt videamini:hoc est vt gloriā ⁊ laudē queratis ab hoībus rōne taliū operū: qr sic nō haberetis mercedē a deo. Et talis persona que facit pniam quando morit̄ angelus eius bonus incōtinenti ascendit ad celum denuncians deo:lz deus sciat oia: vnde Dauid p̄s.x.Dñs interrogat iustū et impiū:interrogat ergo deus angeluz: quid vis. O dñe talis homo vel mulier fecit talem pniam ⁊ iam morit̄:⁊ tunc deꝰ mittit multos angelos qui portāt aiam ⁊ collocant eaz in choro angeloꝝ ſm qd̄ meruit:⁊ ibi inuenit cathedrā sibi paratam ⁊ nomē suū scriptū Luc.x.Gaudete et exultate qr noia vestra scripta sunt in celis.Si quis cogitaret ista dulciter ⁊ libenter sustineret pniaz ⁊ corpis afflictionem vt posset esse in illa celesti gl'ia. Lu. xv. Dico vobis ꝙ gaudiū est in celis ⁊c. fac argumentuz si gaudium est angelis sup vno pctōre pniam agente: quātoma ius gaudiū est illis sup pctōre pniam ꝑficiente et vsq̄ ad mundi productiue.
¶ Scd̄s modus bene viuendi est deuotio spūalis ⁊ est melior primo quāto aia est melior corpe: sic oro est melior pnia corpali. Joā.v. Spūs qui viuificat caro nō ꝓdest quicq̄. Quando homo accipit pniam ⁊ accipit deuotionem spūalem et orat deuote ꝑcutiendo pectus hz deuotionem ardentē audiendi quotidie missas pensando in sacrificio altaris: habet dulcedinem in audiendo sermones: ⁊ in qualibet hebdomada confitet̄:⁊ in his q̄ dei sunt habet reuerentiā:sicut nō ridere i eccl'ia nec bibere nec comedere nec carmina cantare nec ludere in cimiterio nec facere aliquid inhonestum: immo dum transis ꝑ cimiteriū debes facere signum crucis ⁊ absoluere mortuos. Item deuotio spūalis est dicere diuinuz officiū deuote. Et pone practicam quō religiosi et presbyteri debent dicere horas canonicas hora debita ſm representationē dominice passionis:videlz matutinas media nocte: quia in illa hora iesus fuit captus et incarceratus: vnde Dauid psal. cxj. Jocūdus homo qui miseret̄ ⁊ comodat ⁊c. Et apl's.j.ad Thimo.iiij. Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicū vtilis est: pietas aūt ad oia valet. Et quando talis persona misericors moritur aia eius deportatur ad chorū principatuū transeūdo per primā plateam ⁊ secundam. Matthei.v. Beati misericordes quoniaz ipsi miam

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cõsequent. ¶ Quartus modus bene viuendi in hoc mũdo est patientia virtualis q̃ est maxima virtus. s. hr̃e patientiã in aduersis. Plures sunt misericordes: sed si ipsi ꝑderent oĩa bona sua desperarent. Pone exemplũ de Job q̃ habuit septem filios: tres filias: septẽ milia ouiũ: et quinquaginta paria boũ: quingentos asinos: ⁊ tria milia camellorũ: ⁊ in die ꝑdidit oĩa: vt ptz Job. j. Et tñ oĩbus ꝑditis dixit. Dñs dedit dñs abstulit ⁊c. Itez habuit tantã infirmitatez ꝙ oẽs carnes eius erant putrefacte ⁊ fuit positꝰ in fimo: tñ semꝑ laudabat deũ. Sz sunt multi qui dũ amittunt vnũ puerũ vel vnum aĩal aut aliquã rem: vel habent aliquaz tribulationem nesciũt habere patientiã: immo irascunt ꝯtra deũ. Multũ deo placet patientia: ⁊ ideo tales ꝑseuerãtes in patientia qñ aĩa exit a corpore portatur ab angelis in choro ptãtum. Et ad patiẽtiam habendã exhortatur nos Apl's ad Hebr. x. di. Patiẽtia nobis necessaria est vt volũtatem dei facientes repromissionem reportetis. ¶ Quintus modus bene viuendi est cõcordia fraternalis: qꝛ in aduersitatibꝰ nullus põt resistere cũ dentur a deo: sed in aduersitatibꝰ datis a ꝓximo habere cõcordiã cum eo ⁊ nõ vindicare se cũ tamen posset: est maxima virtus. Act. viij. Hec virtus dei que vocat̃ magna: ⁊ aĩa talis post mortem deportatur in choro virtutũ que sunt ãgeli: ideo pensate in hoc. Uñ ad Ro. xij. Si fieri potest qđ ex nobis est cũ oĩbus pacem habete non vos defendentes kr̃ĩ: sed date locũ ire: qꝛ scriptũ est. Mihi vindictã et ego retribuã dixit dñs. ¶ Sextꝰ modus est presidentia hũanalis quando q̃s habet presidentiã siue dñationem tꝑalem siue spũalem: sicut reges: principes: dñi tꝑales vel eorũ rectores: ⁊ prelati ecclesiastici: sicut sunt cardinales: archiepi: epi: abbates: priores: curati: vel eorũ loca tenentes: si tales habeant presidentiam iusto titulo ⁊ nõ per fraudem nec tyrannidem: ⁊ ꝙ bene se regant et populũ eis cõmissum perseuerando in pace: defendendo ab iniuriantibꝰ: ⁊ faciendo iustitiam tam pauperi q̃ diuiti: nõ declinando stateram iustitie fauore vel amore: timore vel odio. Et de redditibus suis faciant elemosinas viuendo parce: et nõ exponendo in vanitatibꝰ neq̃ superfluis. Ad idem prelati: epi: abbates: ⁊ sic de alijs. Si habent prelationem bono titulo ⁊ nõ per symoniã nec prece nec precio: sed ordinatione diuina ⁊ habent curam de aĩabꝰ sibi cõmissis plusq̃ de redditibus: ⁊ vigilant sup gregem sibi commissuz: ⁊ elegerũt bonos vicarios ad portanduz onus regiminis animarũ: tales nõ solum saluant seipsos sed plures animas. Ideo modus viuendi est excellentior oĩbꝰ alijs supradictis: qꝛ si q̃s agat pniam aut habet deuotionẽ aut orationem vel mĩam vel cũ ꝓximo concordiã: tm̃ proficit sibijpsi: sed tales qui in presidentia sunt cõstituti ⁊ bene in illa se habent proficiunt sibijpsis ⁊ alijs. Et ideo tales quando moriunt̃ portant̃ ad ordinem dñationũ. Sed pauci sunt q̃ intrãt illo choro: ideo quãdo est vnꝰ bonus cũ magno gaudio recipit̃ cum honore ibi ab angelis ⁊ v̄gine maria qm̃ pauci sunt qui bene se habeant in dñationibꝰ tam spiritualibus q̃ tꝑalibus ⁊ sapientes tales in regimine siue ptãte cõstitutos: dicit Sap̃. vj. Si delectamini in sedibus et sceptris: o reges ppl'i diligite sapiẽtiam vt in ꝑpetuũ regnetis. ¶ Septimus modus bene viuendi est vita apl'ica ⁊ paupertas. Mat. xix. Ecce nos relinquimus oĩa ⁊ secuti sumus te. Paupertas apl'ica est nõ velle habere d. narios nec iocalia nec redditus nec dignitates nec prelationes nec amicitiã parẽtũ nec alicuius creature. Sic dicit Apl's ad Thimo. vj. Habentes vestimenta quibus tegamur his cõtenti simus. Et hec paupertas est melior alijs Mat. xvj. Amen dico vobis qꝛ vos qui reliquistis oĩa et secuti estis me sedebitis super sedes iudi. Nõ dixit super thronos. Luce. xxj. Caueant ergo religiosi quomõ seruabunt istam paupertatem. ¶ Octauus modus bene viuendi est charitas supnalis que est oĩm maior. Charitas ꝓprie est amor dei: qñ scilz quis ardet in amore dei ⁊ liquefacit se incõtinenti fundens lachrymas ⁊ in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

flammat alios frigidos ad faciendū bona opera: ⁊ tales sunt ardentes in amore dei q̄ labor ⁊ penitētia nihil sunt eis. Et desiderāt exire de vita p̄senti si deo placeret: vñ si deus diceret eis: vos manebitis in mundo p̄ annū: dicerent. o domine quare nō ponitis nos modo in paradiso: ita q̄ tales multū desiderant mori pro amore x̄pi. Et ideo Ap̄s. j. ad Corin. xiij. Maior horū est charitas. Talis aīa recipitur in ordine seraphin ⁊ accipit coronam de manu dñi. Sap̄. v. Justi autē in perpetuū viuent. Et infra. Ideo accipiūt regnū decoris et diadema spei de manu dñi. Et q̄ melior est charitas dicit Ap̄s ad Colł. iij. Super oia autez hec charitatez habentes q̄ est vinculum p̄fectionis. Et ita ordinātur aīe iustorū in paradiso cū angelis: ita q̄ angeli nō sunt superiores nec inferiores: sed de angelis ⁊ aiabus iustis fit quasi vnū ouile: quorū x̄p̄s est pastor. ¶ Nonus modus bene viuendi est sapientia diuinalis q̄n p̄sona obliuiscatur mundū ⁊ totam se ponit in cōtemplatione ⁊ studio diuino: et habet scientiā ⁊ claram intelligentiam ⁊ illuminat nescientes: tales quando moriuntur deportantur in ordine cherubin qui dicunt illuminati scientia. Dañ. iij. Qui docti fuerunt fulgebūt: ⁊ qui ad iusticiam eruditū multos erunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Amen.

¶ De quattuor bonis que a christo recepimus. Distinctio. xxxvij.

Sona quattuor recepimus a christo: scilicet Primo naturalia bona. Secundo bona temporalia. Tertio bona spiritualia. Quarto bona celestia.

¶ Primo recepimus a x̄po bona naturalia. Et illa sunt q̄ naturaliter sunt hominis: vt corpus ⁊ aīa ⁊ membra. Item aia ⁊ oia que in aia sunt vt intellectus q̄ vocatur ratio: memoria ⁊c. ⁊ de istis tantum habet parū sicut magn⁹: tam p̄sbyter simplex q̄ papa. Et nō est aliq̄s q̄ plus in hoc mundo portauerit q̄ alius de istis bonis naturalib⁹. Sed vnde habent filij x̄pi hec bona? Dico q̄ a christo et deo: hoc p̄z in scriptura cui debet credi ⁊ adhiberi fides: q̄ dato q̄ nō sundet in scriptura nō debet credi: sed hoc dictū fundat in scriptura cum ōr. Deus creauit hoiem ⁊ p̄m imaginē suā fecit illum: et iterū conuertit illum in ipsam ⁊ p̄m se vestiuit illum virtute. Dicit creauit hominem. i. corpus de terra: ⁊ ideo si corp⁹ multeris esset de auro vel alia re precio fabene deberet teneri ornate: sed factū est de vltimo ⁊ vilissimo elemento. Item dicit p̄m imaginem suā fecit illū. i. aiam et illa ornate debet teneri: ⁊ dicit: et iterum cōuertit illum in ipsam. s. corpus in terrā: q̄ finis corporis est reduci in terram. Et finaliter dicit. Et p̄m se vestiuit illum virtute: q̄ virtutes ⁊ gratie q̄ sunt in aia: oia ista dat x̄p̄s. Item Job. x. Manus tue fecerunt me: ⁊ plasmauerūt me totū in circuitu. Dicit manus tue ⁊c. q̄ in vtero matris deus fecit hominē propria manu: ⁊ figurat corpus. Item dixit scz tam corpus q̄ aiam: vnde masculus post. xl. dies habet figurā hois: et in instanti deus creat ibi aiam infundendo: q̄ dicit Aug. q̄ aīa infundendo creatur: in creando infundit: sed femina p. lxxx. dies formatur. Et ratio distātie tpis est: q̄ maior difficultas est ad faciendū eaz bonā ⁊ bene q̄ hominem: ⁊ ideo ibi stat plus q̄ in masculo. Nam facit eam pulchram: ⁊ tamen ipsa non contentatur: q̄ ponit colores in facie et cornua in capite: ⁊ caudam in dorso: ⁊ tunc totaliter cōtrariatur operibus dei: sed vult imitari diabolum quia habet hec omnia q̄ facit ipsam: tamen deberet contentari de hoc quod fecit deus: qui plus in duplo stat in eius formatione q̄ in formatione masculi. Et ideo masculi cōmuniter nō sunt ita pulchri sicut femine. Et hec oia sunt bona naturalia que deus dat: scilz tam corpus q̄ aiaz. Et ideo ne obliuioni demus: et ne sim⁹ ingrati male istis bonis vrendo dicit nobis ipse christus Luce vj. Fili recordare q̄ recepisti bona. Et sub nole filij filia intelligitur: q̄ vt dicūt grāmatici masculinum genus concipit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

femininũ. Et quare vult ꝙ recordemur: dico ꝙ ꝓpter duo. Primo ergo vt teneãt hec bona naturalia honore ⁊ mundicia s. corpus. O quãtũ dz mulier seruare corpus munde: attẽto ꝙ deus fecerit illud ꝓ certo dz seruare mundius q̃ faceret reliquias btẽ virginis Marie aut alteri⁹ sancti. Nam custodires sane care ⁊ mũde reliquias si quas xp̃s fecisset: ergo cũ deus fecerit corpus hoĩs dz care custodiri rõne p̃dicta: qꝛ custodiret bene reliquias virginis Marie: ergo corp⁹ tuum siue vir siue mulier. Sed cõtrariũ fit qm̃ ribalde ⁊ meretrices faciũt maius vituperiũ deo ⁊ virgini Marie q̃ si ponerẽt ymaginẽ fusteam virginis: aut christi in ignẽ vel in latrinam: ⁊ quid diceretur de illo q̃ hoc faceret moriatur ⁊c. Ita dz dici de muliere que ponit corpus suũ in fecẽ luxurie moriat̃: ⁊ non intelligit̃ de actu inter ꝯiuges: qꝛ ibi nõ cadit peccatũ nisi in casu: sed in casu extra matrimoniũ: ergo dicit xp̃us: fili recordare: serues care bona naturalia: nã hec mundicia ducit ad paradisum: ⁊ seruat aĩaz ne vadat ad infernũ. Et q̃d accidit de illis qui nolũt se corrigere: sed in fece luxurie volunt iugiter morari: certe illud qd̃ legit̃ in libro qui scala celi vocatur: vbi recitat̃ de quodam rege q̃ habebat viridariũ: in q̃ erant arbores: oĩa gña fructuũ portãtes q̃ dicebat intra se cui dabo hoc viridariũ ad custodiendũ nõ mulieribus: qꝛ vt capre comederent fructus: nec scutiferis: qꝛ facerẽt encẽnia ⁊c. Sed dabo ceco ⁊ claudo qui nõ poterunt comedere: qꝛ cecus non videbit colligere. Et claudus nõ poterit arbores ascendere ⁊ ita fecit: venit tp̃us fructuũ. Et dicebat claudus. O q̃ boni fructus si possemus hr̃e. Et q̃d est hoc: dicebat cecus. O frater dicebat claud⁹ q̃ boni fruct⁹: sunt habeas dicebat cecus nõ possum qꝛ claudus sum: dicebat claudus: sed tu qui habes pedes ascende: nõ possum qꝛ cecus sum ⁊ nõ video: sed expecta ⁊ ibo ad te ⁊ tu ascẽdes sup̃ me. Et portabo te ⁊ tu vides ⁊ poteris colligere fructus. Et factum fuit ita: ⁊ sic oẽs fructus comederunt: venit tandẽ rex spaciatum tẽpore fructuũ ⁊ vidit arbores fructibus spoliatas: ⁊ dixit rex custodibus: Quis fecit hoc? nõn ego dixit cecus: nec ego dixit claudus. Ducti sunt ambo ad torturam ⁊ claudus ꝯfessus est quia ip̃e comederat partẽ suam sed cecus erat in cã: qꝛ portabat eum: ad idẽ cecus excusabat se asserens ꝙ claudus qui videbat fecerat hoc fieri q̃ colligebat fruct⁹ ⁊ nõ ipse: finaliter rex fecit ipsos departicari ⁊ corpora eoꝝ resecari ⁊ poni ad patibulũ qd̃ bene meruerant: ⁊ facio iudicem conscientiã tuã qd̃ tu diceres in hoc casu: sic xp̃s ita faciet de ducẽtibus in alã vitam: qui tradidit hoc viridariũ ad custodienduz. Uñ moraliter loquendo hoc viridariũ est virtutes aĩe sensus corporales: ⁊ oĩa bona aĩe. nã deus vt dictũ est in vtero matris formauit corpus qd̃ est barreria aĩe ⁊ plãtauit ibi arbores. s. brachia: pedes: ⁊ quotquot mẽbra sunt in corpore tot sunt in aĩa sed sp̃ualia: ⁊ facit homines ⁊ mulieres ⁊ non tradidit eis viridarium: sed ceco ⁊ claudo: cecus est corpus qꝛ nihil videt nisi ꝑ gratiã: claudus est aĩa q̃ est in corpore incarcerata: qꝛ nõ potest ire nisi corpus vadat: ⁊ si anima velit ire ad ecclesiam corpus contradicit dicendo: non ibis ⁊ sic aĩa est clauda: et iõ cum puella crescit vel puer incipit portare fructum: ⁊ in. xv. anno incipit maturare: ⁊ dicit claudus. O tam pulcher est ille vel illa: cecus. s. corpus non videt: sz vellet bene facere pctm̃: ⁊ portat clauduz. s. aĩam: ⁊ sic viridariũ dei destruunt maculando se in peccatis: ⁊ hoc vides ad experientiam qm̃ nullus se corrigit ⁊ emendat. Et iõ veniet rex ⁊ dicet. Qui destruxit viridariuz: non ego dicet aĩa nec ego dicet corpus: ⁊ tunc ambo ducent̃ ad tormentum. Et tunc rex. s. Jesus xp̃s lacerabit eos. s. corpus ad terram ⁊ animaz in infernum: ⁊ in fine totũ simul dabit diabolo. Et idcirco debemus care custodire propter supradicta. Secundo dedit deus ista bona naturalia homini vt diligat eum: nam vides per experientiaz ꝙ si medicus aliquis restitueret tibi visuz perditum semper diligeres eum: quanto magis debes diligere deum qui dedit tibi visum corpus ⁊ animã: ergo dili

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

gas eum. Si quis diceret alicui mulieri vende mihi vnum oculum: statim respõderet non faciam pro mille florenis: tu eris regina si des mihi duos oculos: nõ facerem pro toto mundo: ⁊ tamen mulieres hodie pro nihilo dant oculos: ⁊ non solum oculos sed totum corpus: et hec omnia dantur diabolo ⁊ non deo. Et q̃d tibi videtur: certe si mulieres cognoscerent se ⁊ considerarent ⁊ ponderarẽt bona nature que deus dedit illis non committerent illa peccata qꝛ diligerent dñz: ⁊ tñ pro clamyde ꝓ annulo pro grosso ꝓ denario dant corpus: vnde Aug. in libro meditationũ. O q̃tũ debeo diligere dominum deum meum qui me fecit cũ nõ eram: non lapidem: non arborem ⁊c. Secundo dedit nobis deus bona temporalia: ⁊ illa que veniunt ⁊ recedunt in tempore: nam nudus egreditur homo de vẽtre matris ⁊ omnia bona tẽporalia acq̃rit post natiuitatem suam. Et ideo omnia bona p̃ter corpus ⁊ aĩam sunt tẽporalia: ⁊ quid hꝫ papa in papatu precise vsum: rex in regno vsum: mulier in ornamentis vsum ⁊c. qꝛ sunt nudi egressi regredientur ad terram bona: oĩa ⁊ relinquent: sed bona vel mala portant secuꝫ. Et de hoc habeť auctoritas Actuũ. xvij. Numeꝝ dieruꝫ ⁊ tempus dedit illi: ⁊ dedit potestatem eoꝝ q̃ sunt super terram: deus post corpus aĩam dedit numerum dieꝝ. s. tu viues. x. annis: tu quattuor: tu xl. ⁊c. Et ideo dedit numeꝝ dieꝝ: dicit et tempus: qd̃ lꝫ dedit nobis tempus. septimum tñ diem retinuit ꝓ se in qua sanctificauit omnia: vnde tibi dedit sex dies ⁊ retinuit vnum: ecce q̃ liberalis est: qꝛ potes operari oĩbus diebus sed in septimo requiescas ab omni opere seruili et stes in deuotione: ⁊ ores ⁊ facias bona opera: ⁊ ideo caueas ne facias ꝯtractus nec opera alia seruilia. Quapropter dicit Exo. xx. Memẽto vt diem sabbati sanctifices: sabbatum interp̃tatur requies: ⁊ in resurrectione dñi q̃ fuit dñica: ⁊ nota ꝙ nõ dicit in aliquo p̃cepto memẽto nisi in isto: ⁊ nõ põt excusari papa qm̃ peccaret si operareť in ista die nec rex nec ceteri ⁊c. nec mercatores ⁊c. macellarij etiaꝫ non excasantur: nec sartores nec semellatores: qꝛ tales impediũt seipsos ⁊ alios ne vadant ad ecclesiam: ⁊ idcirco grauiter peccant. Et de isto qꝛ non colitur nec veneratur vt decet dies dominica: dominus est valde iratus. vnde ad hoc potest induci exẽplum fumiliare de quodaꝫ rege qui cum sex militibus erat ⁊ comedebat gallinã in disco. Et vni dedit alã dextram: alteri sinistram: alteri coxã vnam ⁊ alteri aliam: alijs duobus dedit totuꝫ corpus: p̃ter collum cuꝫ capite qd̃ ꝓ se retinuit ⁊ fuerunt omnes contenti. Cunq; rex vellet comedere caput venit vnꝰ illorum ⁊ dedit canibus: ⁊ remouit regi caput galline ⁊c. dicit aũt rex. Quid est hoc dedi vobis totam gallinaꝫ preter caput ⁊ vos remouistis mihi caput. Quid facitis: non cognoscitis quid vobis feci. Et finaliter fecit omnes decapitari ⁊ corpus diuidi in q̃ttuor partibus: qꝛ bñ meruerant. Moraliter loquẽdo gallina est tota hebdomada: ala dextra est dies lune: ala sinistra est dies martis ⁊c. Caput est dies dominica quod retinuit ꝓ se. Et quid facimus? nos remouemꝰ sibi caput ⁊ damus canibus. s. venando: piscando: ludendo: coreando: ad lupanar eũdo: dũ per totam septimanam mulieres stant humiles: in die dñica portãt excessus varios ⁊ vanitates. Similiter ribaldi vadunt ad lupanar: laboratores ad tabernam: vbi iurant: irascuntur: inebriantur ⁊ exponunt quicquid lucrantur in septimana: in malis vsibus: breuiter in oĩbus statibus rũpitur dies dñica: in ludo etiã taxilloꝝ: alearuꝫ ⁊c. Deus dedit sex dies ad vaccandum temporalibus ⁊ diem dominicum retinuit pro se: quem si non serues deꝰ faciet de te sicut fecit rex de militibus. s. ꝙ lacerabit te dando corpus ⁊ aĩam demonibus. Item dicit ꝙ dedit tẽpus ⁊ potestatem supra terram: de tẽpore qd̃ honores eum in die dominico: ⁊ de bonis a deo tibi collatis quod offeras ei ⁊ eroges pauperibus honorando deum qꝛ tu das gallinis ⁊ porcis ⁊c. vnde Prouerbiorum. iij. Honora dominuꝫ de tua substantia ⁊ de primitijs frugum tuarũ ⁊ implebuntur horrea tua saturitaie ⁊ vi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

no torcularia redundabunt: ⁊ cum quis habet tunicas vel caligas in abundantia det vnam pauperi: quia etiam tinee vastant eas: ideo debem⁹ dare deo ⁊ pauperibus: ideo dicit honora dominum tuum de tua substantia ⁊c. Similiter de vino ⁊ non respicias vtrum sit bassum vel altum: quia pauperi omne bonum est bonum: idem de pane quia dicit Christus. Frãge esurienti panẽ tuũ. ⁊ dixit de tua substantia ad significãduz quod debes facere de tuis bonis ꝓprijs bene acquisitis: quia vsurarius nõ potest dare nec debet de bonis acquisitis ꝑ vsuram: de proprijs tamen bene potest ⁊ debet. Item quilibet tenetur offerre sacerdoti parrochiali ex debito ecclesie: et cum ita sit misericorditer dari presbytero debet. Quidam enim dicunt: o vn⁹ denarius non est bonus ad honorandum deũ: da ergo si habes plus: tamẽ ab illo paruo non debes illa friuola excusatione ductus retrahi quin offeras. Sed tamen mulieres bene dant decẽ florenos pro vna corona quam portant in capite vel pro vnguento quo se vngunt in facie: ⁊ de alijs excessib⁹: sicut de zonis deargentatis vel deaureatis: de caputijs rotundis ⁊ frepatis ⁊ alijs in quib⁹ diabolus honoratur ⁊ non deus. Item domini in mensa qui inuitant scutiferos ⁊ alios qui sciunt dicere truffas: ⁊ tñ pauperi non dabunt alam galline. Non sic faciebat sanctus Ludouicus rex quondam Francie qui quotidie ponebat i mẽsa sua duodecim pauperes quibus dabat ad prandendum: debemus ergo honorare dominum de bonis temporalib⁹ que recepim⁹ ab eo. ¶ Tertio dedit nobis deus bona spiritualia que vocantur bona gratie. s. septem sacramenta. Primo baptismum: nam iudeus damnatur ⁊ christianus saluatur qđ est magna gratia. Item sacramentũ matrimonij ⁊ hec bona spũalia. s. sacramẽta veniunt a fontibus xp̃i. s. a latere: pedibus ⁊ manib⁹: fluxerunt nãq; a latere xp̃i in cruce mortui: ⁊ hoc dicit Dauid p̃s. cxliiij. Aperis tu manum tuam ⁊ imples omne animal benedictione: dixit omne animal: scz corpus ⁊ animam partem rationalem ⁊ sensitiuaz: ⁊ de istis bonis a xp̃o collatis qđ vult habere: certe gratias reddi in hunc modum. Agimus tibi gratias omnipotens deus pro vniuersis beneficijs tuis qui viuis ⁊ regnas de⁹. ꝑ oĩa secula seculoꝝ: đr beneficijs. s. septez sacr̃is: ⁊ hoc dz dicere sacerdos in fine misse: ⁊ quilibet xp̃ianus ⁊ post finez prãdij. ¶ Quarto dedit nobis deus bona celestia: ⁊ ista sunt bona superiora. s. bona ⁊ gaudia q̃ hz virgo Maria ⁊ sancti: ⁊ hanc gloriam dabit proprie nobis christianis: de quibus christus dixit Matthei. v. Gaudete ⁊ exultate: qꝛ nomina vestra scripta sunt in celis ⁊c.

¶ De quadruplici casu hominis: Distinctio. xxxviij.



Cadit hõ quadrupliciter

Primo de modica tẽtatiõe.
Scđo humana affectione.
Tertio delectabili conuersatione.
Quarto vsuali indeuotione.

¶ Primo ergo cadit quis de modica tentatione: vñ sciendũ ꝙ tanta est vis demonis ꝙ naturali fortitudĩe: fortior est mille hoĩbus armoꝝ: qm̃ vnum montẽ magnum subuerteret. Et iõ dicit scriptura iij. Reg. xix. Spũs fortis ⁊ grandis subuertens mõtes ⁊ ꝯterens petras: erat ne Aarõ fortis: interp̃tatur em̃ ita. s. mons fortis vel mons fortitudinis: quẽ tamẽ subuertit demõ: vt ptz Exo. xxxij. Similiter sansonẽ: vt pz Judich. xvj. Silr̃ Dauid: vt ptz. ij. Reg. xi. Uñ in die qua peccauit locutus fuerat sibi deus: multi cadũt de modica tentatione: ⁊ iõ Dauid post casuz dicit p̃s. cxvij. Impulsus euersus sũ vt caderẽ ⁊ dñs suscepit me: fortitudo mea ⁊ laus mea dñs factus est michi in salutẽ. Ille repellit̃ qui non aduertens nec precauens ab alio a retro pellitur. Item etiam Dauid. Impulsus est sz dominus fuit ei adiutor: qꝛ non per se leuatus est: ex quo illi montes caui magni ita fortes ⁊ alti ceciderunt. quomodo stabimus nos qui nihil sumus in eoruz re

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

spectu. Et ideo iuxta illud apostoli ad Corin.x. Qui se existimat stare videat ne cadat. Sed remedium habemus sicut ille qui ad magnum flatum venti nō potest per se stare sed rapit se cum duobus brachijs ad stipitem fortem: ita faciam⁹ nos ⁊ rapiamus nos cum stipite impermutabili. s. christo: ⁊ cum hoc duob⁹ brachijs hoc est duabus orationibus mane ⁊ sero: ⁊ ita dixit ipsemet christus Matt. xxvij. Ubi dixit discipulis suis ꝙ demon volebat eos facere cadere a fide: sicut patet Luce.xxij. Symon ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticuz. Et ideo dixit eis Mat.xxvj. Uigilate ⁊ orate ne intretis in tentationem. Sed quomodo alligamur primo in nocte dicitur qđ dicimus matutinas cogitando ꝙ illa hora christus fuit captus: ⁊ sic euitabit tētationem nocturnam: similiter in prima meditando: cogitando ꝙ fuit ⁊c. Et hoc cum duobus brachijs: primo qđ dicat verba distincte: secundo quod aduertat ad illa: ⁊ ita conseruabit vnam a peccato mortali: qui enim dixit distincte nō aduertendo rapit se cum vno brachio: ⁊ ita non potest stare nisi addat aliud brachium: scilicet habere intellectum ad ea que dicit. Similiter layci rapiant se cuz duobus brachijs: scilicet orando mane ⁊ sero: ⁊ facto primitus signo crucis: prout debet: ⁊ illud signum dedit christ⁹ Mat. xxvj. Uigilate scilicet intellectu eleuato ⁊ oretis ore vt non intretis in tentationem: ⁊ sic breuiter perdurabimus in statu gratie. vnde Dauid qui nūq̄ post peccatum cecidit: dicebat p̄s.lxv. Benedictus deus qui non amouit orationem suam ⁊ misericordiam suam a me: super quo verbo dicit glo. Augusti. non ergo amoueatur a te oratio tua ⁊ nunq̄ amouebitur a te misericordia diuina. Et tūc impleuit illud verbum christi qui se existimat bñ stare videat ne cadat ⁊c. Quomodo cadimus humana affectione: scz qñ capimus amorem in aliquā mulierē eam retinendo in corde ⁊ oculis respiciēdo. vnde si videatur aliqua pulchra mulier statim euertitur cor hominis: ⁊ ideo periculosum est eas respicere. vnde Ecclesia.xxiij. Melior est iniquitas viri q̄ mulieri. Unde faciens dicit glos. super hoc. Periculose tibi ministrat cuius vultum diligenter attendis: ⁊ ita capiendo amorem cum muliere cadim⁹ absq̄ hoc qđ diabolus nos impellat: certū enīz est quod si aliquis tēdat pariter ⁊ percutiat lapidem fortiter cum pede cadet absq̄ hoc quod impellatur: ⁊ quanto velocius vadit tanto grauior est casus. Ita etiam absq̄ hoc quod diabolus impellat spiritualem hominem inueniat in itinere ad paradisum aliquam creaturā erga quā fingat amorem statim reuertitur: ⁊ quāto maciatur que figit totum cor suum in deo: subuertatur totum figit in creatura: ergo si vitentur mulieres quantuncunq̄ sancte. Unde Hieronymus ad rusticum monachum. Mulierem quaz bene conuersantem videris mente dilige ⁊ non corporali frequentia. Ubi nota exēplum quod factum est in partibus vbi erat quidam comes habens vnam pulchram filiam et deuotam que vouit virginitatem. Cum autem senesceret pater voluit eam maritare: illa vero elongabat quantum poterat. Fuit autem vnus comes qui voluit eam in vxorem: ip̄a vero vidēs quod non poterat resistere quadam nocte exuit vestes muliebres: ⁊ induit vestes viriles: ⁊ deturpata facie crinibus ac trussis accessit Romam: vbi cōfitebatur quolibet die dominico: ⁊ communicabat et cogitauit quomodo faceret vt maneret incognita. Erat autem tunc Rome quidam deuotus qui faciebat miracula: qui finaliter audiuit eam de confessione cum lachrymis multis tēporibus postmodum fraternitate cōtracta inceperunt ludere cum pugnis: ad quod finaliter impregnauit eam: ip̄a vero videns quod grauiter peccauerat: cogitans quod non poterat esse pregnans sine peccato dixit intra se quod non erat digna viuere: et finaliter desperans suspendit se. Sacerdos etiam cogitans ꝙ peccare secerat: ita sanctam personā parata chorda etiam se suspendit: ⁊ fuit cōpleta prophetia Hieremie.xlvj. Fortis impegit in fortē: ⁊ ambo pariter ceci-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

derunt: ⁊ ita periculosa est cõuersatio cũ mulierib⁹: ⁊ ideo consiliũ do ꝙ vna mulier nõ confiteatur per vnũ annũ vni sacerdoti vel plurib⁹. Unde dicit scriptura Eccli. xxxiiij. In viam ruine nõ eas ⁊ nõ offendas in lapidẽ non tradas te vie laboriose ne ponas anime tue scandalum iter ruine siue laboris est: viuere in amicitia creature q̃ tunc intellectus mirabiliter laborat cogitãdo ⁊ lingua loquẽdo similiter in tẽpore quia amittitur diẽ ne offendas. s. non rues. Caueamus ergo ⁊ videamus ne cadamus. ¶ Tertio cadimus delectabili conuersatione sicut illi qui viuũt in delicijs: in epulationib⁹: in vestibus cũ camisijs delicatis: tales non possunt diu stare quin cadãt: vnde dicit cõmuniter ꝙ ambulans per iter lubricũ et lutosum absq̃ hoc ꝙ impinguatur cadet. Ita cadũt illi qui incedũt per viã lutosam. s. comedẽdo quantũ pñt de carnibus ⁊ cibis delicatis ⁊ bibendo vina fortia omni hora: et etiam tripudiando et cantãdo: breuiter tales non possunt diu viuere in gratia quin cadant. vnde dicit beatus Bernardus ꝙ maius miraculũ est viuere deliciose ⁊ deuote q̃ resuscitare mortuos: et ratio est. vbi nota ꝙ beat⁹ Thomas ponit istã questionẽ simul de superfluitate cibi. ¶ Pro cuius intelligẽtia sciendũ est ꝙ in stomacho qñ digerit cibus fiunt due partes. s. pura ⁊ impura: impura tendit ad posteriora ⁊ si sit materia liq̃da fit vrina si ꝟo sit grossa tẽdit ad egestũ: de pura ꝟo materia facit natura duas partes: vna est ad nutrimẽtũ: alia tẽdit ad partes pudẽdas: vnde generat semen: et ideo semen est de superfluitate cibi: ⁊ ideo cõedũt escas ⁊ cibaria grossa que mittunt ad posteriora: ⁊ illud quod nutrit modicũ est sicut sunt caules porri et ita de alijs: sz de alijs escis quasi fit totum ad nutrimentũ ⁊ modicum tẽdit ad posteriora sicut sunt carnes hedulorũ ⁊ pullorum ⁊c. vnde in talibus complet lamentatio Hieremie. Threñ. iiij. Lubricauerant vestigia nostra in itinere platearum nostrarũ appropinquauit finis noster: completi sunt dies nostri: quia venit finis noster: non in amplitudine platearum. i. in amplitudinibus: vñ in greco platea idem est ꝙ amplitudo: et ideo liber fuit scriptus in greco: et ita capitur in legenda beate Marie quãdo dicitur Eccli. xxiiij. Quasi plãtan⁹ exaltata sum iuxta aquas in plateis. i. in amplitudinibus q̃ plãtanus crescit in amplitudine quoniã non eleuatur in altũ: sed in amplum: ⁊ ideo errant illi qui punctuant in plateis sicut cynamomũ ⁊c. quia in plateis iungitur cum lo plantanus: ergo caueamus ne ambulemus in amplitudine vite sed in strictate: quoniam appropinquaret finis noster. s. mors. hoc ergo remedium Paulus dat nobis dicẽs ad Rom. xiij. Curã carnis ne feceris in desiderijs sed bene in necessarijs. ¶ Quarto cadimus in vsuali deuotione multi: neq̃ comedũt superbe: neq̃ conuersantur ⁊c. sed amittunt deuotionem. Unde quando aliquis consueuit vigilare ⁊ nõ vigilat: orare ⁊ nõ orat: breuiter talis nõ poterit diu durare quin cadat. Et de talibus loquitur dñs Joã. xviij. Quomodo dixit abierunt retrorsum ⁊ ceciderũt: abierunt retrorsum a deuotione: et ceciderunt in peccatũ. Et illud maxime tangit religiosos qui dimittunt vota et cerimonias que sicut stipes firmant vota essentialia: vnde sicut stipes tenẽt ostiũ inclinans ita cerimonie vota essentialia quoniam homo inclinatur naturaliter ad peccatũ. vnde Geñ. viij. Sensus ⁊ cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua: ergo seruẽtur cerimonie. Quod remediuz ergo dicitur ꝙ habeamus illud quod dedit helgeus infirmo. iiij. Regũ. iiij. Accinge lumbos tuos: ⁊ tolle baculum meũ in manu tua et vade. Sed capiamus allegoriã ita ꝙ Christus dicat nobis ⁊c. sicut infirmus quando incipit conualescere non potest bene ambulare sine baculo: ita nec religiosus sine baculo cerimoniarũ seu sustentamento vel apodiamento earum. Ideo dicit. tolle baculum ⁊c. Unde cerimonie fuerunt seruate in Christo: poterat enim redimere totum mundũ cauendo mortẽ simpliciter sine cerimonijs sed voluit aliquas obseruare: quoniam pri

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mo voluit q̄ caperetur ⁊ proderet á Juda ⁊ iudicaretur coram quattuor iudicibus ⁊ iudicaretur pro stulto ⁊ non duceretur statim ad mortem: post condemnationem sed verberaretur ⁊ nō duceretur sicut alij ad mortem qui ducūtur eques sed voluit ire pedes. Similiter alijs dimittitur indumentum Christo nullum: sed totus nudus fuit positꝰ in cruce: similiter q̄ potareť felle ⁊ aceto ⁊c. Et ita voluit Christus dimittere aliquā cerimoniā: immo vltimā quā dixerat deus pater voluit dimittere. ſ. quādo dixit sitio. Et postq̄ potatꝰ fuit dixit de cerimonijs cōsummatum est. Et ita dicit religiosis per hunc modū. O religiose tolle baculum meū. i. crucē penitentie ⁊ vade: ergo taceamus nobis ne cadamꝰ aliquo modo dictorū quattuor modorū sed firmiter perseuerantes in gr̄a: vt perueniamꝰ ad gloriā paradiſi. Ad quā ſtantes ⁊c.

¶ De casu animarum que in diuersis locis cadunt ſm q̄ in diuersis statibꝰ moriuntur. Distinctio.xxxix.

CAdunt anime in diuersis locis ſm q̄ diuersi mode siue in diuersis statibus moriuntur. Cadūt nanq̄ aliq̄ne

Secus viam qui moriuntur in peccato originali: iſte in lymbo.

Supra petram qui moriuntur in peccato mortali: iſte in inferno.

Inter ſpinas qui moriuntur in peccato veniali: iſte in purgatorio.

In terram bonam qui moriūtur in gratia diuina: iſte in paradiſo.

¶ Quidā enim moriūtur in peccato originali. Et eſt peccatuz originale macula quā ſumit aia quādo infundit creando in corpore organizato q̄ſi aia rōnalis de ſe eſt pulcherrima ſed nos non poſſumꝰ ipſam videre q̄ ſpūs eſt: ⁊ talis nō baptizata nō poteſt intrare regnū dei. iuxta illud Jo. iij. Amē dico vobis niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſancto nō poteſt intrare in regnū dei. Sed tales anime cū moriunt ſine baptiſmo vadūt ad lymbū ⁊ cū aliquis taliū inoritur poteſt dici cecidit ſecus viā. Vbi ſciendū q̄ deus ordinauit vnā viam eūdi ad paradiſum que dr̄ innocentia baptiſmalis: ⁊ per iſtā viā vadūt paruuli baptizati. de qua via dicit Eſa. xxxv. c. Hec erit vobis directa via ita vt ſtulti non errent per eā. Et iſtā nō poteſt aliquis habere ſine baptiſmo: ideo paruuli nō baptizati nō vadūt per illā: et ideo bene pōt dici de ipſis: cecidit ſecus viā. i. iuxta vel ꝓpe quia nō reſtat niſi vnus paſſus ad intrandū illā viā ſcz innocētiā ⁊ quid reſtat dr̄ q̄ baptiſmus: et de iſto modo cadēdi loquit Amos prōpheta. c. v. di. Audite verbū hoc qđ ego leuo ſup vos planctū dicit dom⁹ Iſrael cecidit et non adijciet vt reſurgat virgo proiecta eſt in terrā ſuā: ⁊ nō eſt qui ſuſcitet eā. Nota q̄ dr̄ audite: o dom⁹ Iſrael vnū verbū quod ⁊ vobis plāctus. Nota q̄ dr̄ plāctus ad oſtendendū q̄ dz plāgi creatura moriēs ſine baptiſmo: quia nō intrabit gloriā: dolor eſſi eſt quādo generatur infans ꝓ cūdo ad infernū: de illis ergo dolendū eſt et flēdū: ſed de paruulis morientibꝰ poſt baptiſmū nō eſt dolendū ſed gaudēdū ⁊ debet fieri magnū feſtū cum tales pueri baptizati moriunt magis q̄ſ in nuptijs: non baptizati autē plāgēdi ſunt: ideo dicit ſcriptura. Leuo ſup vos planctū ⁊ dr̄ cecidit ꝙgo Iſrael: vocat aiam illius paruuli ꝙginē q: ille dr̄ virgo qui non facit luxuriā: nec corde nec opere cū non fecerit aliq̄ peccatum actuale: ideo q̄ſ nō ſit baptizata dicit ꝙgo: ꝙgines eſſi tales ſunt. vñ Thren. j. Virgines ſyon ⁊c. Sed dicit ꝓpheta cecidit ⁊ nō adijciet vt reſurgat: q: talis nō baptizatus nūq̄ reſuſcitabit vt habeat gratiā tamē bene reſuſcitabit ſumendo corpus cū quo iudicabit in die iudicij et reſuſcitabit ille paruulus vn⁹ magnus in etate. xxx. annoz̄: q: oēs ſiue iuuenes ſiue ſenes erunt in etate x̄pi. Juxta dictū Pauli ad Ephe. iij. Occurremus oēs in vnitate fidei ⁊ agnitiōis filij dei in virū perfectū in menſurā etatis plenitudinis x̄pi: Sed querit cū talis nō baptizatus reſuſcitet in corpore ⁊ aia: quare dicit ꝓpheta non adijciet vt reſurgat. Reſpondet q̄ non reſurgent ſpūaliter. ſ. vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

habeāt gloriā. Sed querit quare veniēt ad iudicandū: respōsio iam patet: qr vt iudicent in corpore ⁊ anima. Sed sanctꝰ Thomas sup. iiij. sen. dicit ꝙ veniēt ad iudiciū vt accusent ⁊ excusent patrem et matrē. Et ideo caueāt mulieres vt nō sit defectus in ipsis de morte paruulorum qm̄ tūc paruulus cognoscet matrē suā. Et si ipsa sit causa mortis clamabit ad deuz di. O dñe deus faciatis iustitiā de ista prodita matre mea q̄ fecit me mori sine baptismo. Caueāt ergo vt cum sentiūt se pregnātes custodiāt se caute ⁊ caueant ne equitēt sicut viri: item ne tripudient. Itē caueant ille que nō sunt maritate ne ꝓ cooperiendo peccatū occidant paruulos in ventre: tales ergo parent se ad reddendū rationē de illis in die iudicij: apparet ergo ꝙ talis paruulus resurget: qr oēs tam parui q̄ magni resurgēt iuxta illud. j. ad Coꝝ. xv. Ecce mysteriū dico vobis oēs quidē resurgemus. Sed dicit ꝓpheta Amos. Proiecta est in terram suā. s. in corde terre. s. in lymbo paruulorum ⁊ addit nō est qui suscitet eam: qm̄ talis paruulus nō potest iuuari aliquo bono qd̄ fiat in hoc mūdo. Et ideo plangēs ꝓpheta super illos dicebat. Audite verbū dñi ⁊c. ¶ Scdo dico ꝙ aliqui moriūtur cum peccato mortali: ⁊ tales q̄ sic moriūtur sunt illi qui cum cognoscāt malam vitam nolūt deserere nec exire a peccato sed in eo perseuerant per finalē impenitētiam: ⁊ tales cadūt supra petrā duram qui nunq̄ mollit: vbi sciēdum ꝙ nullus dānatur pro aliquo peccato nisi habeat finalē impenitētiam. Et ideo nō valet cōsequentia: talis fecit pctm̄ mortale: ergo dānatus est. Sed ista bene valet: talis mortuus est sine penitētia peccati mortalis: ergo dānatus est propter finalē impenitentiā: ⁊ de isto casu scribit Mat. xxj. Qui ceciderit super lapidē istū confringet super quē vere ceciderit conteret eā. Ubi sciēdum ꝙ quādo aliquod vitiū cadit super aliquem magnū lapidem frāgitur: sed remanent adhuc partes alique grosse. Sed quādo lapis magnus cadit supra vitrum cōterit illud et mollitur in minutis partibꝰ: ita etiā ille qui cadit super lapidē. s. finalē impenitētiam frangitur. s. in morte: ⁊ fiunt de illo tres partes: vna datur parētibꝰ. s. bona: alia datur vermibus. s. caro: alia dat̄ demonibus. s. aīa: sed dicit super quem lapis cecidit ⁊c. scilz finalis impenitentia. Impenitētia cōteretur. i. cōminuetur in minutis frustis in iudicio finali qm̄ diuitie minuētur. In infinitis doloribꝰ quia quelibet pars erit doloribꝰ ⁊ penis repleta: ideo de talibꝰ dicit Joā. Apoca. xviij. Cecidit cecidit babylon magna: et facta est habitatio demoniorū: ⁊ sequit̄ infra. Exite ergo popule meꝰ de illa: ⁊ ne participes sitis delictorū eius: ⁊ de plagis eiꝰ nō accipiatis. dicit bis cecidit. Primo dicit cecidit quādo perdit grāz dei. Secundo dicit cecidit quādo habet finalē impenitētiā: dicit facta est habitatio demoniorū. s. persona peccatrix in inferno: dicit babylon qr peccator d̄r babylō quod interpretat̄ cōfusio: qr qui manet in peccato mortali manet in cōfusione sed bonus christianus tenet ordinē in vita sua scz qua hora vigilabit ⁊ q̄ hora dormiet: et qua hora orabit: ⁊ qua hora comedet. Sed peccator nō tenet aliquē ordinem sed comedit horis indebitis: ⁊ aliquādo orat: aliquādo nō: ideo manet in cōfusione ⁊ nō in ordine: ideo d̄r babylon. i. confusio. Et ideo potest cognosci bene religiosus quādo tenet ordinē: primo in horis dicēdis: horis debitis ⁊ quō tenet ordinē in celebrādo ⁊ in alijs. Itē potest cognosci bonus capellanꝰ quādo tenet ordinē in honestate seruāda ⁊ missa dicenda. s. ex deuotione nō pro denarijs: et ita de alijs. Item etiā cognoscit̄ bonus laicus quādo tenet ordinē in vita. Et ideo datur ordo qm̄ vt ait apl̄s ad Rom̄. xiij. Que a deo sunt: ordiata sunt: dat̄ ꝯ ordo diei. s. orare mane ⁊ vespere. Itē ordo septimane audire missam integram quolibet die dñico cum conditionibꝰ requisitis ⁊c. Itē ordo mēsis. s. cōfiteri quolibet mense. Itē ordo anni quolibet anno bis vel ter sumere eucharistiam. Et isto mō poterit vnusquisq̄ exire a babylone. i. cōfusione: ad qd̄ inuitat̄ per Jo. cum dixit. Exite ergo popule meus de illa. ¶ Dico

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ Dico primo ꝙ ꝑ sanctã crucẽ habemꝰ defensionem vniuersalem cõtra demones inimicos nostros qui vadũt ꝑ mundum tentando religiosos ne teneant regulam: sacerdotes ne sint casti nec deuoti ⁊ vt dent malũ exemplũ ducendo malam vitã: vos maritati ne teneatis matrimoniũ custodiendo fidem quã ꝓmisistis vnus alteri: vir scꝫ vxori ⁊ vxor viro: ideo xp̃s dedit nobis signũ crucis quo nos defendimus contra inimicos nr̃os demones: ad instar hoĩs qui ponit arma regis in domo sua vt sit sub saluagardia ne inimici sint ausi tangere immo potius fugere. Inimici nostri. s. demones dum tentant nos volunt nobis nocere ad pctm̃ ꝑducendo: sed nos debemus nos ponere sub saluagardia iesu xp̃i regis regũ signando nos signo sancte crucis: vñ eccl'ia cãtat. Per signũ crucis de inimicis nr̃is libera nos deꝰ noster. Et ꝙ ita debeamꝰ facere oñdit in historia exultationis sctẽ crucis: in qua dr̃ ꝙ Eraclius imꝑator in oĩbꝰ prelijs signabat se ⁊ totũ exercituꝫ signo crucis: ⁊ iõ habebat ꝑ signũ crucis cõtinue victoriã. Et est ad hoc vnũ bonũ exemplũ qđ recitat Greg. dicẽs ꝙ quidã iudeus veniẽs tarde romã nõ potuit ingredi ciuitatem ⁊ timuit valde quia erat nox: ⁊ intrauit quoddã templũ idoloꝝ: et dũ fuit infra timuit valde de demonibꝰ: dixit aũt intra se. Ego audiui ꝙ crux xp̃ianoꝝ habꝫ virtutẽ cõtra demones: o miser q̃d faciã ego si demones veniant. Ipse aũt quasi ꝯsulens sibijpsi fecit quasi centũ cruces de paleis quas reperit in tẽplo illo: ⁊ posuit vnã crucẽ in capite: vnã in humero dextro aliã in sinistro: ⁊ sic breuiter ĩpleuit se totũ de illis crucibꝰ palearũ. Quo facto posuit se ad dormiendũ in vno angulo tẽpli. Cũq; posuisset se ad dormiendũ venit vnus magnꝰ diabolus cũ magna multitudine sequẽtiũ ⁊ dixit. Quis est iste ribaldus q̃ ingressus est templũ nostrũ: cito cito capiatis eũ. Iudeus ꝟo hec audiẽs ⁊ videẽs tot demones timuit valde. Ex p̃cepto aũt illiꝰ magni diaboli alij diaboli accesserũt ad iudeũ vt ducerent eũ. Et dũ fuerũt ꝓpe voluerũt eũ capere ⁊ nõ potuerunt. Tunc ille magnus demon existẽs in vna magna cathedra dixit. O ribaldi ducatis eum mihi. Illi ꝟo demones inceperũt clamare fortissime. Uas vas quidẽ vacuum: sed signatum. Et hoc quidem dixerunt qꝛ totus erat signatus crucibus: et erat vacuus gratia dei ⁊ fide vera: sed qꝛ habebat illas cruces quas fecerat de paleis demones nõ fuerũt ausi tangere eum sed clamando ⁊ rugiendo recesserunt omnes: et iudeũ sine damno dimiserunt. Si ergo crux tantã virtutem habuit in iudeo infideli: quanto maiorẽ habet in nobis xp̃ianis credẽtibꝰ in iesuꝫ xp̃m. Quapropter quolibet mane dũ de lecto surgitis anteq̃ aliq̃d faciatis signetis vos ⁊ muniatis signo crucis in oĩbus actionibus vestris: signetis vos anteq̃ comedatis faciatis signũ crucis ne diabolus intret corpus vestrũ. Exẽplũ de moniali q̃ cõedit lactucã absq; hoc ꝙ fecisset signum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

crucis. Itē qñ vultis laborare: seminare: fodere: vel quodcūq; aliud opus facere faciatis primo signū sancte crucis: et sic ponetis vos sub saluagardia regis oīm Jesu xp̄i: dū debito modo faciatis signū crucis: habemus ergo a sancta cruce defensionem gñalem: ideo cantat ecclesia deuote optando: ꝓtege dñe plebē tuam per signum sancte crucis ab omnib⁹ insidijs inimicoꝝ oīm: nota qđ dicit vniuersaliter oīm: qm̄ si faciatis defendet vos ab omnibus insidijs ⁊ periculis: de isto signo dicit propheta Esa. xcix. cap̄. Ecce ego leuabo ad gentem manum meam: ⁊ exaltabo ad populos signū meum: ideo bibendo: comedendo: dormiendo: laborando: transeundo passus periculosos ⁊ pericula signetis vos: ⁊ vos mulieres doceatis filios vestros ⁊ filias vt sciant facere signū crucis debite: ⁊ oretis om̄s vt mater nostra sctā ecclesia orat dicēs. Salue crux sancta: salue mundi gaudiū vera spes nostra dic totū hymnum: ⁊ sic ptz primū. ¶ Dico scđo ꝙ ꝑ sanctaz crucē habemus coniunctionē angelicalem siue angelicā. Unde ab initio mūdi vsq; ad adā: ⁊ ab adam vsq; ad passionez xp̄i fuerunt continue guerre inter deum et hoīem: hoīe incipiēte ꝑ pctm̄ mortale et deo hoīem inuadente armis tribulationum ⁊c. Erat etiam continue guerra inter hoīem ⁊ angelos: ⁊ sic eoꝝ gētes etiā habebant guerram. Et quia nos eram⁹ de gente adam: ideo faciebam⁹ guerraz contra deuz ꝑ peccata ⁊ gentis sue. s. angeli habebant guerram nobiscū: et per sanctaz crucē pacificati sumus angeli. s. ⁊ hoīes. Et in signū huius voluit Xp̄us brachijs extensis crucifigi: quasi dans dextram angelis ⁊ sinistrā hominib⁹: sicut faciūt mediatores partes discordes pacificādo: ideo de ista pace dicit Apo. ad Phil. ij. Ipse est pax nostra q̄ vtraq; fecit vnū. s. naturaz angelicā ⁊ humanā: scz per crucez vobis qui longe fuistis. s. hoībus ⁊ vobis qui prope: scilz angelis: ⁊ illud aliqualiter potest trahi ab hystoria exaltationis sancte crucis: vbi ꝙ qñ imperator voluit ingredi hierusalē: angelus apparuit cū cruce stans supra portale: quasi diceret nos angeli qui eram⁹ inimici: ⁊ ego venio ex dei voluntate et oīm angeloꝝ nunciando ꝙ facti sumus amici ꝑ crucez. Et ideo imperator ⁊ alij genuflectentes humiliauerunt se angelo: ⁊ facta est pax. Moraliter om̄s debetis habere magnam reuerentiā ad sanctam crucem: non solum vos signando: sed etiam ꝑ viam vel vbicunq; inuentatis adorando. non lignum vel lapidem sed xp̄m qui fuit in ea crucifixus: ratio si frater vester vel amicus esset suspensus in aliquo patibulo nonne videndo fleretis: dicendo. O hic fuit suspensus pater meus vel amicus: vtiq; sic: ita christ⁹ pater noster creator ⁊ frater indutus carne nostre mortalitatis fuit suspensus in ligno crucis: ne nos essemus suspensi in furca inferni. Et si aliquis diceret: o quare fletis? respondetis ꝙ hic fuit suspensus pro me dñs noster Jesus xp̄s. Et hic est completa ꝓphetia Esa. xviij. dicētis. Habitatores orbis qui moramini i terra cum eleuatum fuerit signum in montibus: videbitis ⁊ clangorem tube audietis: dicit eleuatuz in montibus: quoniā cōiter crux ponitur in altum ⁊ clangorez ⁊c. s. in die veneris sancta qñ fuit dictuz crucifige crucifige eum: ⁊ ita apparet secūdū. ¶ Tertio dico ꝙ ꝑ sanctam crucez habemus conuersionem penitentialez: nihil em̄ est nec erit in hoc mūdo: qđ tm̄ debeat mouere cor hoīs ad pniam sicut cogitare crucem xp̄i: nā si deberet fieri ꝓcessio in aliquo loco ⁊ rex discalciaret se: nonne omnes milites discalciarent se? vtiq;: cum ergo rex noster Jesus xp̄s fuit ita male tractatus: tāta mala passus q̄s est de nobis qui non debeat facere penitentiam: ex quo rex noster tantam fecit ⁊ tam crudelem? Et si rex fecit eam pro milite ⁊ eius salute cum pro se non indigeret: tanto magis miles debet facere pro seipso: si xp̄s fecit tantam penitentiā pro nobis: quanto maiorē debem⁹ facere ꝓ nobisipsis: ideo ipse xp̄s dicit Luc. ix. Si q̄s vult post me venire abneget semetipsum: ⁊ tollat crucem suam ⁊ sequatur me: dicit crucem suam: scilicet sui status si est religiosus facere ea que vouit: facer

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dos ea que debet: si laycus ꝛc. Et ecce crux a cruciando. o si christus fecit tantā penitentiam ꝛ nunq̄ fecit aliquod peccatum: iuxta illud. j. Petri. ij. Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius: quanto magis nos qui fecimꝰ ꝛ facimus tot peccata debemꝰ facere penitentiam. Nota quomodo quilibet status habet crucem a cruciando vel a cruciatu dictam: nam religiosus debet accipere crucem sue religionis dicēdo: o miser tot anni sunt ꝙ ego sum religiosus ꝛ non seruaui regulam nec cerimonias ꝛc. Item sacerdos debet dicere: ego fui cōcubinariꝰ: dedi malum exemplū intrando tabernas: ludendo taxillos: non habeo breuiarium: tenui ꝛ portaui arma: quid faciam: o miser certe agam pniam. Idem de vobis secularibus de malis q̄ facitis vt de vsura vel rapina: vel blasphemia ꝛc. O miser ego sum damnatus nisi faciam pniam: o deus ille qui nūq̄ fecit pctm̄ Jesus xp̄s fecit pniam: et ego qui feci infinita peccata non facio: o miser volo deinceps ordinare vitam meaz: o ista ribalda caro fecit pctm̄ ꝛ ip̄a faciet pniam: ꝛ portabit crucem pnie dicendo. O caro misera tu fecisti me peccare: tu lues: ꝛ portabimus pniaz: ꝛ istud potest trahi ab hystoria exaltatiōis sctē crucꝭ. Ubi dr ꝙ qn̄ imperator vidit portā clausam desuperq̄ angelum fecit quattuor. Qm̄ primo fleuit: scdo de equo descēdit: tertio se nudauit: quarto crucē xp̄i recepit: ita ꝛ nos primo debemus flere ꝑ cōtritionē. Johel. ij. In fletu ꝛ planctu scindite corda vestra. Secundo debemꝰ descendere de equo superbie: in quo peccator equitat nolens se humiliare: descendat ergo voluntarie de equo habēdo ꝓpositum non redeundi. Tertio denudemus nos ꝑ oris confessionem ostendendo omnes plagas ꝛ defectus clare non palliate: qꝛ confessio nihil aliud est q̄ expoliare se: ideo ꝓpheta Micheas dixit super hoc. Plangam ꝛ vlulabo: vadam spoliatus ꝛ nudus. Quarto debemꝰ recipere crucem. s. pniam per confessionez impositam ꝛ iniunctam ꝛ ipsam complere. ad Gala. v. De sic facientibus dr carnem suam crucifixerunt cū vitijs ꝛ cōcupiscentijs. ¶ Quarto dico ꝙ per sanctaz crucem habemus apertionez celestialē: qꝛ virtute sancte crucis porta paradisi aperta est credētibus ꝛ obedientibꝰ mādatis ꝛ p̄ceptis Jesu xp̄i: qm̄ a die q̄ adaz peccauit porta paradisi fuit clausa: ꝛ nullus quātūcūq̄ sanctus potuit intrare: vt ptz de Noe q̄ seruiuit deo nongētis annis ꝛ plus: cuius aīa qn̄ exiuit corpꝰ respiciens versus celū dicebat: o misera q̄ ibo: videbat em̄ ꝙ porta paradisi ꝛ sibi ꝛ alijs erat clausa: ita ꝙ aīe abrahe: ysaac ꝛ Jacob Hieremie ꝛ alioꝝ sanctoruz patrum nō poterant intrare paradisuz: nec aīa etiā sancti Jo. baptiste q̄ fuit ita sanctus ꝙ xp̄s ꝑhibet ei testimoniū: dicens Mat. ij. Inter natos mulieꝝ nō surrexit maior Jo. bap. Itē mater sancte Marie virginis Anna: ꝛ illud attestat̄ eximius ꝓpharum Dauid p̄s. lxxxviij. dic. Quis est hō q̄ viuet ꝛ nō videbit mortē: ꝛ eruet aīam suā de manu inferni: quasi diceret nullus. Sed ecce ꝯsolationē ex quo xp̄s portauit crucē supra dorsum suū: ꝛ in ea fuit crucifixus ꝛ mortuus: porta paradisi fuit apta: intm̄ ꝙ aīe pueroꝝ innocentiū dū fuerunt baptizati statim volāt ad paradisum: ꝛ intrāt: idē de magnis si volunt facere pniam condignā: qm̄ statim intrant paradisum: quotquot abhinc recedunt. Unde Rabanus de laude crucis dixit ad illud ꝓpositū crux xp̄i clauis est paradisi: de ista clane loquit̄ Dauid qn̄ dicit p̄s. xxxiij. Attollite port. prin. ve. ꝛc. Quis est iste rex glorie. Iteꝝ attollite ꝛc. Quia virtus crucis dupl̄r aperuit paradisum seu duobus modis. Un̄ sciēdū ꝙ in corde terre sunt quattuor hospitia s. infernus: purgatoriū: limbus pueroꝝ: ꝛ limbus patrū q̄ vocatur sinus abrahe ꝛ ibi erant aīe sanctoꝝ patrum ante xp̄i passionē: mō aūt nō sunt ibi sed in gl̄ia: ꝛ ibi descēdit aīa xp̄i: ꝛ tunc angeli dixerūt Attollite portas ꝛc. sanctoꝝ patrū: qꝛ ianua fuit apta: ꝛ ille locus fuit tūc paradisus: quia paradisus non est aliud q̄ visio diuina. vn̄ de isto dicit xp̄us latroni. Hodie mecū eris in paradiso. s. in limbo patrū: vbi latro vidit diuinā essentiam.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Scdo xp̄s aperuit portaz in die ascēsionis: ⁊ tūc āgeli q̄ comitabant̄ eū dixerūt aliis angelis. Attollite por. ⁊c. ⁊ dicūtur porte eternales ꝓpter magnā durationē: qꝛ fuerūt clause ꝑ q̄nq; milia annoꝝ: ⁊ hec aptio notat̄ in exaltatiōe sctē crucis: vbi dr̄ q̄ imꝑatori veniēti ⁊ crucē cū humilitate reuerēter portanti porta hierl̄z aperuit se in quo signat̄ q̄ humilibus ⁊ penitentib⁹ porta paradisi est apta ꝟtute sctē crucis: iō habem⁹ hic doctrinā q̄ qñ ho est ꝓpinquus morti debet hr̄e crucē añ eū tanq̄ clauē q̄ apit celū. Jō bonū signū est qñ portat signū crucis ꝑ humilitatē ⁊ pniam: qꝛ significat q̄ ꝟtute crucis intrat ꝑadisū: iō habeatis eā in reuerētia: vt dicat q̄libet illd̄ qd̄ dicebat Paulus ad Gal. v. Mihi absit gl̄iari nisi i cruce dñi no. ie. xp̄i. ¶ Quinto dico q̄ ꝑ sanctā crucē habemus deuotionē spūalem: qꝛ post xp̄m ⁊ beatā ꝟginē Mariā in nulla alia re debem⁹ hr̄e tantā deuotionē sicut in cruce dñi nr̄i iesu xp̄i: ⁊ hoc oñdit̄ in exaltatiōe sctē crucis: qm̄ qñ crux fuit in hierl̄m: tātus odor: tanta fragrantia fuit in hierl̄m ex cruce dñi: qd̄ videbat̄ q̄ oīa aromata mūdi essent ibidē: in quo figurat̄ odor deuotiōis ⁊ or̄onis ꝑ vniuersum mūdū ad crucē xp̄i: iō cantat eccl̄ia ⁊ scribit̄ Canticoꝝ. j. cap̄. Cū esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorez suum. nardus. s. crux: nardus em̄ est herba parua ⁊ odorifera: ⁊ significat crucē q̄ paru⁹ loc⁹ fuit xp̄o: ⁊ adeo paru⁹ qd̄ non habuit vbi caput suū reclinaret. Luc. ix. Dedit odorē suū. s. in celo ⁊ in terra: ideo debem⁹ hr̄e crucē in oī ope nr̄o in principio añq̄ incipiam⁹; quapropter sacerdotes ⁊ eccl̄iastici qñ volūt incipe officiū signāt se signo crucis: idē i aqua bñdicta: idē in ꝯsecratiōe corpis xp̄i: idē post missam in bñdictiōe. Faciam⁹ ergo debite signū crucis ⁊ habeam⁹ deuotionē in illa ⁊ sic accipiem⁹ de illo bono odore: ⁊ ideo dicebat Pau. ad Ephes. v. Imitatores dei estote sicut filij charissimi: ⁊ ambulate in dilectione sicut ⁊ xp̄s dilexit nos et tradidit semetip̄m ꝓ nobis oblationez: ⁊ hostiā deo i odorē suauitatis. ¶ Sexto ꝑ crucē sanctā habemus curationē corporalē: crux em̄ non solū est vtilis aīab⁹ sed etiā corporibus q̄ clare ostendit̄ in hystoria exaltatiōis sctē crucis: qm̄ duz sctā crux fuit in ciuitate virtute ei⁹ infirmi sunt sanati: leprosi mūdati: ceci illuminati: ⁊ mortui suscitati. Et idcirco iuxta dictū apl̄i ad Phil. ij. In noīe Jesu oē genu flectat̄ celestiū terrestriū ⁊ infernorū. Ecce emplastrū curatiuū ⁊ sanatiuū qñ vos habetis in quocunq; mēbro malū vel passionē ponatis nomē Jesus ponēdo ⁊ faciēdo crucē: ⁊ dico vobis q̄ si sanatio dz esse ad salutē aīe indubitanter habebitis sanitatē: qꝛ exaltauit illū. s. titulū crucis: ⁊ dedit illi nomē ⁊c. Sed notate q̄ oīs medicina dz hr̄e duo: scz q̄ sit calida: ⁊ qd̄ ponat̄ dulciter: calida. s. cuz deuotiōe feruenti: scdo q̄ dulciter ⁊ non festināter nec aspere ponatur. Jsta medicina est iesus q̄ vz cōtra oēs morbos. Si mlier velit hr̄e ꝓlē ⁊c. non dz ire ad diuinos ⁊ sortilegos: multe sunt p̄gnantes q̄ portāt partū ⁊ ꝓlē ꝓ inferno. Jdē qñ habetis dolorē partus: o diceretis videt̄ q̄ nescitis infantare: qꝛ dū sumus in dolore partus nō possumus nos iuuare: idē potestis facere aīabus iuxta illud qd̄ dicit Dauid p̄s. v. Homines ⁊ iumēta saluabis domine ⁊c.

¶ De quinq; modis quibus debem⁹ leuiter currere. Distinctio. l.



Currere debemus leuiter q̄nq; modis q̄ declarant̄ in illa auctoritate apl̄i. ad Hebre. xij. Deponentes oē pondus et circūstans nos pctm̄ per patientiā curramus. Ad ꝓpositū nobis certamen aspicientes in auctorē fidei et consummatorē Jesum qui ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucē cōfusiōe cōtēpta atq; in dextera sedis dei sedet: in qua auctoritate ponuntur q̄nq; modi currendi. ¶ Prim⁹ est vt deponam⁹ oē pōdus. s. oē pctm̄ mortale qm̄ qñ quis hz onus siue pōdus supra se non pōt currere: ita neq; ille qui hz pctm̄ mortale pōt: qꝛ maximū pondus est: vñ minimum pctm̄ mortale ponderat plusq̄ maior mons toti⁹ mun

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

di. Et rō est: qr vnus sanctus hō portaret in manu maiorē montez mundi: tñ non posset portare minimū pctm̄ mortale qn statim descēderet de celo: qd declarat in angelo lucifero: q cū esset excellētior oīz ⁊ posset portare totū mūdū: qd etiā nūc faceret ꝑm fortitudinē naturalē ꝑm sanctū Tho. sz deꝰ nō ꝑmittit: postq̄ tñ habuit scelū nō potuit sustinere sed statim corruit ꝓpter pōdus pcti mortalis: ergo clarꝝ est ꝙ pctm̄ est pōdus siue onus: ⁊ iō Dauid postq̄ peccauit ꝑ adulteriuz cognoscēs se oneratū onere pcti mortalis. dicit ps. xxxvij. Iniq̄tates mee supgresse sunt caput meū: ⁊ sicut onus ⁊c. Si ergo volumus currere deponamꝰ onus pcti: sz quō: dr ꝙ tribꝰ modis ꝑm tres modos peccādi. Nā primo peccamꝰ corde meditando ꝙ debemꝰ deponere ꝑ ꝯtritionez. Scdo peccamꝰ ore qd debemꝰ deponere ꝑ cōfessionē. Tertio peccamꝰ ope qd debemꝰ deponere ꝑ satisfactionē ⁊ dimissionē: qr illd dimittere debemꝰ: ⁊ maxīe illa pctā q̄ sunt grauiora. s. illa q̄ offendunt immediate deū: sicut iurare falsū ⁊ blasphemare ⁊ negare deū: ⁊ ista peccata sūt magis grauia in iudicio diuino q̄ homicidia. Itē debemus vitare pctā q̄ tāgūt matrē nostrā sanctā ecclesiā: sicut est sacrilegiū. s. furando de ecclesia vel i ecclesia. Uñ grauiꝰ est furtū vnius cādele ab ecclesia q̄ aliūde mille scuta. Itē ne retineatis iura ecclesiastica. Itē debemꝰ honorare patrē ⁊ matrē: qr quotidie dr i celo illud verbū. Maledictꝰ hō qui nō honorat patrē ⁊ matrē: ⁊ rñdent oīs sancti Amen: qr illud p̄cepit deus Leui. Deuterono. xxvij. Ut facerēt illud in terra ꝓmissionis in figura celi. Itē deponamus pctā ꝯtra ꝓximū sicut furtū. Dicūt tñ q̄dā ꝙ furtū fructuū nō est pctm̄ mortale. Sed caueāt qr ꝓpter tale furtū fuit clausum celū ꝑ. v. milia annoꝝ. Et nullus intrauit quousq̄ fuit facta restitutio ꝑ aliū fructū. s. xp̄m q̄ dr fructꝰ: iuxta illud qd dicit Elizabeth btē ꝟgini Marie. Luc. j. Bñdictus fru. vē. tui. Et de hoc ꝓphice fuerat locutꝰ Salomō in cāticts dicens in ꝑsona virginis gl'iose. Sicut malus inter ligna siluaꝝ: sic dilectꝰ meus inter filios. Cāti. ij. Unde dicūt quedā hystorie grece ꝙ crux xp̄i fuit ꝓ maiori ꝑte de arbore illa de qua fuit fructꝰ quē comedit Adā. Et iō cū xp̄s fuisset crucifixꝰ potuit dicere pr̄i illud p̄s. lxviij. Que nō rapui tunc exsoluebā: restituit em̄ pomū: scz se metip̄z eidē arbori a qua sumptū fuerat. Caueamꝰ ergo ne cōmittamꝰ furtū fructuū: qr vsq̄ quo fuerit facta restitutio ⁊ satisfactio non intrabimus paradisum. Studeamꝰ g̊ vt ꝯteramur corde ꝯfiteamur ore: ⁊ satisfaciamus ope: ⁊ tunc curremus leuiter: ⁊ poterit dicere q̄libet qui talr fecerit illd qd dicit Dauid p̄s. lviij. Neq̄ iniq̄tas mea neq̄ pctm̄ meū dñe sine iniq̄tate cucurri ⁊ direxi: dicit ter neq̄ ꝓpter illa tria gña pctōꝝ q̄bꝰ nō ipediētibus currit ⁊ dirigit iter suū ad ꝑadisū.

¶ Scdo si volumus expedite currere ad regnū celoꝝ debemus deponere circunstās pctm̄ qd notat i auctoritate allegata i q̄ dr ⁊ circūstās nos pctm̄ supple deponamꝰ qd dz poni in oībꝰ: vñ ꝑ circunstās pctm̄ intelligit ea q̄ sunt occasio peccādi: vñ sicut aliq̄s currēs cū inuenit hic inde vepres q̄ ip̄m rapiūt statim oportet ꝙ remaneat in loco ⁊ ipedit a cursu: ita illa q̄ dant occasionē peccādi impediunt a cursu ad ꝑadisum: idcirco illi q̄ currūt ad patriā celestē sicut religiosi ⁊ illi qui agunt pnīam caueāt ne fabulent cū mulieribus quātūcūq̄ sanctis: qr illa circūstantia est circūstans pctm̄: q̄uis non sit pctm̄: tñ inde seq̄tur pctm̄: iō deponat et sequatur ꝯsiliū Dauid p̄s. ij. Disrumpamus vincula eoꝝ: ⁊ ꝓijcia. a no. iu. ip̄oꝝ. statim em̄ dimittunt cerimonie religionis ⁊ opa pnīalia: sepe ieiuniū: sepe silentiū: sepe stamina: ⁊ sic finalr ꝓceditur ad pctm̄. Quapropter deponāt statim amicitiā taliū mulierū quātūcūq̄ sctāꝝ que impediūt cursuz ad ꝑadisū ꝑ bona opa. Et iō talibꝰ loquēs apl's Paulꝰ quasi increpatiue: dicit ad Gal. v. Currebatꝫ bñ ⁊ q̄s vos impediuit: ⁊ subdit inferius: veniant abscindantur que vos conturbāt. Et beatus Hieronymus talibus consulens: dicit in epistola ad rusticum monachū. Mulierē quē bene ꝯuersantē viderꝫ mente dilige ⁊ non corporali presentia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ Tertio debem⁹ currere per patientiã qr dr in auctoritate per patientiã curramus. Ubi sciẽdũ ꝙ alicubi fit illud qđ in certa die ponunt̃ certi termini ⁊ eligunt̃ aliqui cursores pedib⁹ nudis currentes quoꝝ prim⁹ attingẽs ad terminũ habet aliqđ certũ iocale ꝙ si velit lucrari oportet ꝙ habeat patientiã qr inuenit in itinere lapides ⁊ spinas: in itinere offendẽtes pedes suos: ita etiã est in cursu spũali qm̃ talis per viam eũdi ad paradisum currẽs oportet ꝙ habeat patientiã inuenit em̃ lapides ⁊ spinas offendẽtes: et iõ si velit attingere ad premiũ ⁊ iocale opz ꝙ habeat patientiã: vnde spine sunt detractiones altorũ sicut fit in religiosis et sacerdotib⁹: ⁊ simil'r in laicis: qm̃ illi qui currũt iuxta suã deuotionẽ ⁊ bonam cõuersationẽ statim deridẽtur ab alijs per detractionẽ: ⁊ ita oportet ꝙ trãseãt inter illos per patiẽtiã. Et ideo apl's Paulus monẽs illos qui beneviuũt inter alios ⁊ deridẽtur ab illis vt nõ desistãt: propter hoc dicit ad Heb. xij. Recogitate em̃ eũ qui talem sustinuit a pctõrib⁹ aduersus semetip̃m cõtradictionẽ vt nõ fatigemini animis vestris deficiẽtes: nõdum em̃ vsq; a sanguine restitistis aduersus peccatũ repugnantes ⁊c. dicit recogitate eũ scz xp̃m qui ⁊c. Ideo patiẽter capiamus cũ detrahit̃ nobis ⁊ recordemur illi⁹ verbi Jesu xp̃i dicẽtis Matth. v. Beati estis cũ maledixerint vobis hoĩes ⁊ persecuti vos fuerint ⁊ dixerint om̃e malũ aduersum vos: mentiẽtes propter me: gaudete ⁊ exultate: qm̃ merces vestra multa est in celis. Habeamus ergo patiẽtiam qm̃ dixit Paulus ad Heb. x. Patiẽtia vobis necessaria est vt voluntatẽ dei facientes repromissionẽ reportetis. ¶ Quarto debemus currere aspiciẽtes in christũ: vñ sicut vn⁹ animaduertit aliũ in bello: ita xp̃s animaduertit nos ad currẽdum ad patriã qui currit fortissime: iuxta dictuz Dauid Ps. xviij. Exultauit vt gigas ad currendã viã a summo celo egressio ei⁹: ⁊ occursus ei⁹ vsq; ad summũ eius. Magnus est passus a celo in terrã in ventre virginis. Itẽ magn⁹ a vẽtre in presepiũ. Itẽ a presepe in Hierusalẽ in tẽplo. Itez a Hierusalẽ in Nazareth. Itez magn⁹ a Nazareth in Egyptũ. Magn⁹ cũ redijt magn⁹ cũ baptizatus fuit: magn⁹ a Jordane in desertũ vt ieiunaret: ali⁹ a ieiunio ad predicationem in Capharnaũ et alijs ciuitatib⁹. Itẽ alius ad Hierusalẽ: et a Hierusalẽ in crucẽ: ⁊ a cruce in sepulchrũ: aĩa in lymbo: a sepulchro in resurrectione. Itẽ in ascẽsione: ⁊ finaliter vsq; ascendit in celũ. Cũ ergo cucurrebat ita fortiter curram⁹ nos cito post eũ: qr nemo est qui se abscondat ab ei⁹ calore vel debeat se abscõdere si vult ipsum sequi: curramus ergo oẽs ⁊ dicamus sibi: illud Cant. ij. Trahe me post te: curremus in odore vnguentoꝝ tuoruz: dicit in odorẽ qm̃ sicut canes venatici sequunt̃ animal sentiẽdo odorẽ ⁊ etiã sequunt̃ magistrũ eoꝝ quẽ cognoscũt per viã quã tẽdit: ita nos debem⁹ currere post xp̃m ambulando per viã qua ipse ambulauit. s. per viã humilitatis: largitatis: castitatis ⁊c. Sz dixit trahe qr de se nullus sciret: nec posset ipsum sequi nisi ipse traheret a pctõ: dicit in odorẽ vnguẽtorum id est bonarũ virtutũ. ¶ Quinto debemus currere qr sedet in dextera dei patris ꝓ mercede largiẽda. Unde quẽadmodũ aliquis p̃nceps sedẽs tenet aliquod iocale in manu sua qđ promittit illis qui veniẽt ad ip̃m ⁊ illi currũt ad eũ vt illud iocale habeãt ita xp̃s existẽs in dextera patris tenet coronã glorie in manu ⁊ clamat nobis dicẽdo illud Mat. xj. Uenite ad me om̃es qui laboratis ⁊ onerati estis: et ego reficiã vos. Ideo nos oẽs debem⁹ currere ꝑ bona opera vt habeam⁹ illã coronã immarcessibilẽ: qm̃ milites libẽter currunt ad certamina vt habeant coronã lauri ⁊ vt laudent̃: faciam⁹ ergo ⁊ nos sil'r vt habeamus coronã gl'ie. Et ad sic faciẽdum hortatur nos Paulus apl's .j. ad Coꝝ. ix. di. Nescitis qm̃ hi q̃ in stadio currunt oẽs quidẽ currũt: sed vn⁹ accipit brauiũ: sic currite vt cõprehendatis: oĩs em̃ qui in agone cõtendit ab oĩbus se abstinet: ⁊ illi q̃dã vt corruptibilẽ coronã accipiant nos aũt incorruptã dicit vnus: dicit glo. vnus scz perseuerans: solus ergo ꝑseuerãs in bonis operib⁹ assumit brauiũ gl'

rie: perseueram⁹ ergo taliter et curram⁹ post xp̄m leuiter: vt tādem possum⁹ post ipsum ad suā gloriam peruenire ꝛc.

¶ De his que deo: ꝓximo: ꝛ nobis debemus. Distinctio.lj.



Debemus deo proximo: et nobis tria.
Primo deo honorem principalem.
Secundo proximo honorem fraternalem.
Tertio nobis rigorem virtualem.

¶ Dico primo ꝙ debem⁹ deo honorem principalē: ꝛ hoc declarat̄ ſm septē gradus personarū quib⁹ debem⁹ impēdere honorē. Prim⁹ est filioꝝ ad parētes: filij em̄ tenent̄ impēdere honorē pr̄i ꝛ matri. Secūdus est discipuli ad magistrū. Tertius vxorū ad maritū. Quartus ppl̄i ad prelatū. Quint⁹ vassalli ad dn̄m. Sext⁹ iuuenis ad antiquū. Septim⁹ oīm generaliter ad virtuosum. Primus ergo gradus est filij ad patrē: vn̄ Deut̄. xxvij. scribit̄. Maledictus qui nō honorat patrē ꝛ matrem: oīs ppl̄s dicat amē. Iste honor principal̄r debet̄ deo qui est pr̄ noster eo ꝙ nos creauit ꝛ genuit a pr̄e nr̄o carnali et in matricē mr̄is: qđ cōsiderās Job di. in.x.c. Manus tue dn̄e fecerūt me: ꝛ plasmauerūt me ꝛc. vsq; spiritū meū: et ideo postq̄ de⁹ est pr̄ noster debem⁹ ip̄m sup oīa honorare: tn̄ non facim⁹: et ideo ipse cōquerēdo dicit ꝑ os ꝓphete Malachie j.c. Filius honorat patrē: ꝛ seruus timet dn̄m suū. Si ergo pr̄ ego sum: vbi est honor me⁹? Si dn̄s ego sum: vbi est timor me⁹? dixit dn̄s exercituū. Scđs gradus est discipuli ad magistrū: istū honorem debem⁹ deo q̄ est magister noster et doctor: qđ ip̄e testat̄ Esa.xlvij. Ego dn̄s docens vtilia: satis em̄ possent magistri nostri docere exteri⁹ nisi de⁹ doceret iteri⁹. vn̄ Aug. In celo cathedrā tenet q̄ corda nr̄a docet. Et ideo nisi de⁹ interi⁹ doceat vana est doctrina: vnde in vanū laborat lingua p̄dicatoris exteri⁹ nisi interi⁹ fuerit gr̄a saluatoꝝ: bon⁹ (inq̄t) doctor fuit ꝛ est xp̄s qui docuit nos tot ꝛ tāta sicut trinitatē: incarnationem: eucharistie sacramentū: ꝛ ita de alijs q̄ nunq̄ Aristoteles nec Plato potuerūt nec sciuerūt docere: et ideo possum⁹ sibi dicere illđ Mat.xxj. Magr̄ scim⁹ qꝛ verax es: ꝛ viā dei in veritate doces: ergo si magister dz honorari a discipulo: ꝓ certo hac de causa p̄cipue debet̄ honor deo. Terti⁹ gradus est vxoris ad maritū. Vn̄ non dz ponere vxor in corde suo ꝙ velit dn̄ari marito, sz dz illi esse subiecta in oīb⁹ nisi in his que tenēt contra deū: ꝛ de hoc est auctoritas clara Hester.j. vbi dr̄. Cūcte vxores tā maiorū q̄ minorū deferant maritis suis honorē placuit consiliū regi ꝛ principib⁹: ꝛ misit epl̄as ad vniuersas ꝓuincias regni sui: vt quecūq; gens legere ꝛ audire poterat diuersis linguis ꝛ lr̄is esse viros ꝛ principes in domibus suis: iste honor principaliter debet̄ deo ꝛ a nobis: qꝛ est maritus noster eo ꝙ gignit in aīab⁹ nr̄is cōceptū bonū: vn̄ dū audit̄ verbū dei statim gignit̄ in aīa bonū ꝓpositū fugiēdi peccatū ꝛ sic aīa efficit̄ pregnās ꝛ suscipit cū gaudio semē. s. v̄bū dei: iuxta illud Luc. viij. Semē est v̄bū dei: sz in partu est dolor: qm̄ qn̄ aliq̄s vsurari⁹ audit sermonē ꝓponit ꝙ restituet vsuras ꝛ tunc cōcipit bonū propositū dimittēdi pctm̄: ꝛ sic aīa est pregnās. Sed qn̄ vult parere. s. qn̄ accipit pecunias de cumulo ꝛ minuit ip̄as tūc est dolor in restituendo ꝛ vix cū dolore parit. Itē si q̄s habeat cōcubinā in sermone cōcipit dimittere illā: sed in dimittēdo est dolor: ꝛ ita de alijs: appet ḡ quō de⁹ est vir noster: ꝛ ideo ipsemet dixit nobis Hiere.iij. Cōuertimini ad me reuertētes filij dicit dn̄s: quia ego vir vester ꝛ assumam vos. Si ḡ honor debet̄ viro ab vxore: multo forti⁹ a nobis debet̄ honor deo. Quart⁹ gradus est ppl̄i ad prelatū suū: vn̄ oīs ppl̄s tenet̄ honorare p̄latos nō solū maiores vt papā vel ep̄os sz etiā sacerdotes ꝛ alios in dignitate constitutos: testatur hoc apl̄s.j. ad Thimo.v. dicens. Qui bn̄ presunt presbyteri duplici honore habeāt̄ digni. Et iste honor p̄ncipaliter debet̄ dn̄o nostro Jesu xp̄o qui suminus papa ꝛ prelat⁹ est: et hic est qui baptizat et absoluit: ergo pōtifex est: ad Heb.ix. Christus assistens pōtifex futu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rorū bonoꝝ. Quintꝰ gradus est vassalli ad dn̄m: vassalli em̄ tenent̄ honorare regē suū ⁊ principē: ⁊ dn̄m tēporalē: et ideo dicebat apl̄s. j. ad Thimo. vj. Quicunq; sunt sub iugo seruitutis dn̄os suos om̄i honore dignos arbitrent̄: iste aūt honor principaliter debet̄ deo q̄ est aīe ⁊ corporis: dn̄s qꝛ vtrūq; pōt saluare vel dānare. Sed tp̄ales dn̄i nō possunt damnare nisi corpus: ⁊ ꝓpter istā rationē non pōt eis flecti nisi vnū genu. s. sinistrū sꝫ deo. vtrūq; s̄m ꝙ ipse dixit ad Rom̄. xiiij. per apl̄z. Uiuo ego dicit dn̄s: qm̄ mihi flectetur oē genu. Sextus gradus illud iuuenis ad antiquū: vn̄ iuuenes tenētur honorare senes: ita em̄ est preceptū. Leuit. xix. Corā cano capite cōsurge et honora personā senis: iste honor debet̄ principaliter deo qui est antiquissimꝰ: ḡ si honor debet̄ antiquis tāto magis deo. Un̄ Ps. lxxxix. ꝓpha Dauid dicit de eo. Priusq; mōtes fierent aut formaret̄ terra ⁊ orbis a seculo ⁊ vsq; in seculū tu es deꝰ. Septimus gradus est generalr̄ ad bonū ⁊ virtuosum: debemꝰ em̄ honorare bonos et v̄tuosos: dicit em̄ ph̄s ꝙ honor est exhibitio reuerētie in testimoniū virtutꝫ. Si ergo honor debet̄ virtuosis tanto principaliꝰ deo q̄ est infinita bonitas ⁊ virtus: ⁊ ideo legit̄ Mar. x. de quodā q̄ venit ad Jesum di. Magister bone q̄d faciā vt vitā eternā percipiā: cui xp̄s q̄si indignans respōdit: q̄d me dicis bonuꝫ: nemo bonꝰ nisi solus deꝰ: ꝙ verum est essentialiter: alij aūt sunt ꝑticipatiue. Sed q̄re redarguit ip̄m xp̄s: d̄r ꝙ ideo qꝛ ille non credebat xp̄m esse deū in oibꝰ: ergo iste honor debet̄ deo principaliter. vn̄ ad Rom̄. xiij. Reddite oibꝰ debita: cui tributū tributū cui vectigal vectigal: cui timorē timorē: cui honorē honorē: ⁊ p̄ncipaliter deo. Et dꝫ ei fieri honor corde eleuato ⁊ manibꝰ iunctis versus celū genibꝰ flexis ⁊ capite discooperto humiliꝰ quo fieri potest.

¶ Dico scd̄o ꝙ debemus ꝓximo amorē fraternalē: sed modū per quā debemus diligere: ostēdit nobis Jo. j. Jo. iij. Filioli non diligamus verbo: neq; lingua sed opere ⁊ veritate: multi enim diligūt ore nō corde nec opere: et tales sunt similes vrso: vide infra in alia distinctione: dilectio ꝓximi debet habere quattuor cōditiōes. Et ideo cōtra doctrinā phariseoꝝ dixit xp̄s Matth̄. v. Audistis qꝛ dictū est antiquis: diliges ꝓximū tuū: ⁊ odio habebis inimicū tuū: ego autē dico vobis diligite inimicos vestros. O q̄ bn̄dicta est creatura que pōt dicere nullū habeo odio in corde meo: sed oēs diligo ꝓpter deū: talia em̄ odia solū nocent illis q̄ habēt ea: vn̄ nota exēplum ꝙ accipit cuidā religioso: quidā enim mercator venit ad eū pro cōfitēdo: ⁊ inter cetera in cōfessione dixit sibi ꝙ erat multū turbatus et tristis ⁊ habebat magnū odiū cōtra quēdā famulū qui ip̄m depredatꝰ fuerat de centū frācis ⁊ ipse cōfessus fuerat multis cōfessoribꝰ q̄ noluerant ip̄m absoluere nisi deponeret odiū et parceret famulo. Cui dixit ille religiosus: amice tu parces iniuriā hoc est depones odiū et rācorem ꝯ ip̄m nec velis accipere vindictā ꝯ ipsum sed fac eū cōpellere ꝑ iustitiā vt restituat tibi pecuniā tuā: qꝛ tu nō teneris nisi spōte velis sibi dimittere pecuniam tuā immo potes facere ipsuꝫ incarcerari: sed tn̄ nō habeas rancorē in animo tuo contra ip̄m. Exēplū pōt applicari cuilibet: corde em̄ debemꝰ parcere oibꝰ: et corde debemꝰ diligere: vn̄ cōtra illos q̄ non deponunt odiū ⁊ rancorē de corde nec volunt parcere: dicebat xp̄s Mat. xviij. Sic etiā pater vester celestis faciet vobis: si non remiseritis vnusq̄sq; fratri vestro de cordibꝰ vestris. Scd̄o debemꝰ diligere ꝓximū ore. s. salutare ⁊ loqui cū oibꝰ decenter: vnde nō sufficit corde diligere: immo opꝫ diligere ore: dicit em̄ ph̄s in. j. periharmenias. Uoces sunt note eaꝝ q̄ sunt in aīa passionū: ⁊ ex hoc ptꝫ stultitia aliquoꝝ qui dicunt ego parco corde: sed tn̄ non loquerer ei nisi ipse primo loqueret̄ mihi: tales nō sunt sil̄es virgini Marie: que salutabat illos q̄ crucifixerunt filiū suū Jesum xp̄m: immo vt quidam dicūt qn̄ reuertebat̄ de suspēdio dicebat amici deꝰ sit vobiscū: ⁊ de ista salutatione loquit̄ xp̄s Mat. v. Si salutaueritꝫ fratres vestros tm̄: quid ampliꝰ facietis: nōne ⁊ Ethnici hoc faciūt: Ethnici sunt gentes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

siue gentiles q̄ sine lege sunt. Similiter debem⁹ diligere opere. s. non dānificare proximū in aliquo: vbi notat malitia non tantū qui nō sumūt ꝑdigna testimonia vel testamēta illoꝝ q̄ acquirūt sibi sepulturas aliūs remouēdo: tales em̄ tenētur restituere oia dāna. Itē notatur malitia illoꝝ q̄ de nocte clam dānificant primū. Itē diffamantiū qui tenent restituere fama: vñ talib⁹ dicit Aug. nō pigeat ex ipo ore ꝑterre medicamina: vnde facta sunt vulnera. Et ecce q̄d debem⁹ primo: q̄ di lectionē: vñ ad Roma. xiij. Nemini q̄cq̄ debeatis nisi vt mutuē diligatis. q. d. nō debeatis aliq̄d nisi dilectionē. ¶ Tertio debem⁹ corpori nr̄o rigorē penitētialem nos em̄ petōres habem⁹ intrare paradisum per vim ⁊ per rigorē. s. per cōtritionē penitentiā ⁊ confessionē in qua est rigor q̄m maximus rigor est q̄n aliqua mulier que apparet bona est meretrix vult confiteri: incipit em̄ trepidare ⁊ dicere intra se: o quō dicā confessori peccata mea qui credit me esse bonā ⁊ castam: o deꝰ ergo rigor in caput. Itē in alia parte penitentie scz in afflictiōe corporis dz habere rigorem. O q̄s magnus est iste rigor restituere dāna: breuiter oia opera penitētialia requirunt rigorē. Quod aūt iste rigor sit necessarius ptz per xp̄m dicentem Mat. xj. A diebus Joānis baptiste regnū celorum vim patit: ⁊ violenti rapiūt illud: et quare dixit a diebꝰ Joānis baptiste ⁊ nō a diebꝰ meis: ratio est q̄ Joānes baptista primo predicauit penitētiā. Mat. iij. Et ecce quō sumus debitores nobismet ipsis: q̄ō restatur btūs Paulus ad Rom. viij. dicēs. Fratres debitores sumus nō carni vt sm̄ carnem viuamus: vt ad regnum celeste perueniamus.

¶ De quattuor q̄ deo debem⁹. Dist. lij.



Debem⁹ deo q̄tuor. primo in corde amorem supernalem. Secūdo de ore laudem temporalem. Tertio de corpore rigorem penitentialem. Quarto de bonis honorem principalē.

¶ Primo debemus ⁊c. debem⁹ nāq̄ ex toto corde diligere super oēs alios amores et dare sibi amorē cordis: vñ magis debemus eū diligere q̄s patrē aut matrē aut vxorem filios parentes ⁊ amicos bona ꝑpria super oia tñ deū: sicut em̄ videtis de lāpade in qua ponitur oleum ⁊ aq̄ in qua q̄ātūcūq̄ oleū ponatur subtus aquā: tñ stat̄ sup̄natat ⁊ ascēdit sup eā ita nos debem⁹ supponere quēcūq̄ amorē et supponere amorē p̄r̄i: nā sicut aqua existēs desup suffocat ignē: ita amor patris ⁊ aliox suffocat amorē p̄r̄i: ⁊ ideo dicebat xp̄s Mat. x. Qui amat patrē ⁊ matrē plus q̄s me: nō est me dignus: q̄re dicit sup me: q̄ angeli occiderūt pueros si diligerētur plus q̄s deꝰ: quēadmodū seruitores alicuius regis putarent aliquē rūsticū si sederet in cathedra parata pro rege. Cor nostrū est cathedra ꝑ amorē dei recipiēdo ⁊ si amem⁹ aliquid plus q̄s deū talis amor sedet vbi reꝝ debz sedere. Ca ne amus ergo ne magis amem⁹ creaturas q̄s deū: talis aūt amor poterit ꝓbari per opa exteriora quia cui⁹ est amor eiꝰ erūt opa: vñ Greg. in omel. pēthe. probatio dilectionis exhibitio est opis: mulieres aūt magis amant filios aut filias q̄s deū: q̄ dū infirmant ꝑ eoꝝ sanitate vadūt ⁊ recurrūt ad sortilegos: ad diuinos ⁊ nō ad deū: recurrāt ḡ decetero ad deū: ⁊ sup infirmitatē faciāt signū crucis dicēdo Jēsus: ⁊ tunc si ibi debeat ꝑficere sanabit dicas ℈ sortilegos ⁊ illos q̄ credūt eis tā ꝑ furtis q̄s ꝑ cognoscēdis infirmi tatib⁹: tales em̄ magis amāt bonū perditū q̄s deū. Itē ℈ iudices qui ꝑ amore alicuius peruertāt. Itē ℈ iudices qui ꝑ amore alicui⁹ nō seruāt iustitiā: tales em̄ magis amāt creaturā q̄s creatorē. Itē ℈ filios q̄ iussu p̄r̄is vindicāt iniuriā p̄r̄i illatā: tales em̄ magis amāt patrē q̄s deū: q̄ deꝰ non vult q̄ nos vindicem⁹ q̄s vindictā sibi retinuit. ad Rom. xij. Mihi vindictā et ego retribuā dixit dñs: ergo diligam⁹ deū super oia seruādo eiꝰ mandata: q̄m Jo. xiiij. dicit ipse. Qui hz mādata mea ⁊ seruat ea: ille est qui diligit me: qui aūt diligit me: diligeꝰ a patre meo: ⁊ ego diligam eum et manifestabo ei meipsum.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ Scdo debemus deo de ore laudē temporalē: vñ aues ex hoc nos inducūt que laudant: ⁊ benedicūt deū Dañ. iij. Benedicite oēs volucres celi dño. Ubi sciēdū ꝙ vnaqueq; auis anteq̄ in mane discedat a loco vel fronde in qua cubuit vel quieuit per noctem iuxta suā spēm garrit ⁊ dicit laudes ⁊ postmodum querit vitam: et dñs eam pascit. Faciamus ergo nos illo mō: vnde sciēdū ꝙ omnia misteria q̄ nos scimus in hoc mūdo pretereūt ⁊ nō vtimur illo in paradiso excepto scire laudare deū: qꝛ exñtes in paradiso sp laudant deum: testatur hoc Dauid p̄s. lxxxiij. dicēs Beati qui habitant in domo tua dñe in secula seculoꝝ laudabūt te. ex quo istud officiū scz laudare deum dat nobis vitam addiscam⁹ illud in hoc seculo vt dicamus cuz Dauid p̄s. xxxiij. Benedicā dominū in omni tēpore semper laus eius in ore meo: dicit in omni tēpore. Et loquitur sacerdotib⁹: ⁊ religiosis. Uñ sciēdū ꝙ oē tēp⁹ diuidit̄ i annuz. Annus in mensem: mēsis in septimanā: septimana in diez: dies in horam que in die sunt septem: ⁊ in illis sacerdotes ⁊ religiosi debent dicere horas suas: primo enim in nocte debemus dicere matutinas eo ꝙ denotat tempus in quo xp̄us fuit ligatus: post debemus dicere p̄maz que denotat tēpus in quo xp̄s fuit p̄sentatus coram herode ⁊ pylato: vñ coram herode fuit presentatus tanq̄ stultus. Coram pylato vt malefactor: tertia denotat tēpus in quo xp̄s fuit flagellatus in stipite ⁊ coronatus: sexta denotat horaz in qua fuit crucifixus: nona denotat horā in qua fuit mortuus: ⁊ in illa hora fuit completa nostra redemptio: vnde nihil nasci ꝓfuit si redimi nō profuisset: vespere denotāt tēpus in quo fuit amotus de cruce: ⁊ horam in qua dolebant Joseph ⁊ Nicodemus ⁊ alij: completoriuz denotat sepulturā: bñdicam⁹ ergo cū istis septem horis cui cōcordat alibi scriptura Thobie quarto. Omni tēpore benedic dñz ⁊ pete ab eo vt vias tuas dirigat ⁊ oīa cōsilia tua in ip̄o ꝑmaneāt: dicit dirigat vias tuas. s. de domo ad ecclesiam: nō aūt ad tabernas vl̄ ad plateas: itē dicit oīa cōsilia tua in ip̄o: nō em̄ debēt sacerdotes dare ꝯsiliū vt gētes vadāt ad sortilegos ⁊c. ꝓ laicis vero intelligit̄ sic bñdicā dñm in omni tēpore. i. mane ⁊ sero: ⁊ omni sero in q̄ tp̄e debēt orare dicēdo Credo in deum. Pater noster. Aue maria: prius tñ facto signo crucis. Sic em̄ xp̄s amabit nos: ⁊ iō apl̄us dicit ad Hebre. vlti. Ergo offeramus hostiā laudis semp deo. i. fruct⁹ labioꝝ nr̄oꝝ confidētium noī ei⁹. Sed caueam⁹ ne loco benedictiōis: maledicamus blasphemādo: vñ nota exēplum Esa. xxxvj. De illo qui dicit ad inimicū suū ꝙ nō posset dominꝰ facere q̄n ip̄m destrueret: ⁊ ꝓ illo solo v̄bo in nocte fuerūt mortua ⁊ destructa. clxxxv. milia hoīm: ergo honorem⁹ deum ⁊ inde habebim⁹ gl̄iā ꝓut ip̄e de⁹ testatur ⁊ ꝓmittit p̄mi Reg. ij. Quicūq; honorificauerit me gl̄ificabo eū: q̄ autez contēpserūt me erunt ignobiles. Tertio debem⁹ de corpore nr̄o deo rigorē v̄tualem hoc est afflictionē penitētialez quēadmodū rusticus q̄ bñ semīat ⁊ laborat inde colligit multum fructū: ⁊ de illa terra debet dño suo. x. grossos: ita terra nostra. s. corpus si bene laboret̄ ⁊ colat̄ per multam pn̄iam affert fructū multuz: vñ in hoc mūdo debemus laborare terram nr̄am: scz corp⁹ penitēdo ⁊ affligēdo qꝛ in hoc seculo nō poterim⁹ eo ꝙ aīa erit separata a corpe. qm̄ si aīa exñs in īferno haberet corp⁹ posset penitere ⁊ sic venire ad paradisum: laborem⁹ ergo fortiter in hoc mūdo terrā nr̄am. Qm̄ de⁹ de terra nr̄a hoc est de corpore vult ꝙ reddātur sibi. x. grossi. Quorum primus est Peccatorum cognitio.

Scds pctōꝝ in corde contritio.

Terti⁹ ꝓpositum nō redeūdi ad pctm̄.

Quart⁹ rēouere a se illd̄ qd̄ facit peccare

Quintus oris confessio.

Sextus rigor penitentie.

Septimus dānorum restitutio.

Octauus iniuriarum remissio.

Nonus fame restitutio.

Decimus eucharistie sacri cōmunio.

¶ Pro decimo sciēdū ꝙ tm̄ displicet deo qñ q̄libet xp̄ian⁹ nō sumit ip̄m quolibet anno quēadmoduz displicet alicui regi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

habenti ciuitatē: ⁊ volēti intrare in ipaz ⁊ pulsat ad Januaz ⁊ Janitor rñdet sibi vere vos nō intrabitis: quare dicit rex: quia ego sum dñs vester. Respōdet iam tor: ⁊ bñ certe vos non intrabitis: ⁊ post hec venit vn⁹ pastor cū porcis qui dum clamat ad portā dimittūt eū intrare rege videnter: ita est de xpo qui triūphauit in bello de demone in die veneris sctā ⁊ in die paschę venit ad portā ciuitatis. s. ad hoies ⁊ nolūt ei aperire: sed bñ aperiunt porcis comedendo carnes heduli agni ⁊ porcoz: ecce xtum peccatum est illud: de talibus em̄ potest dici illud qō dicit Jo. de iudeis Joā. v. In ppria venit et eum non receperrūt: accipiamus ergo ipm̄ ⁊ portemus in corpore nostro. prime ad Cor. vj. Quarto debemus de bonis tēporalibus honorē principalē. s. dare pauperib⁹ elemosinas de bonis tē poralibus: ⁊ sic hortat xps pro cuius no titia nota hystoriam de; rege q̄ iuit vltra mare: ⁊ dimisit filios ⁊ filias. Cunq̄ stetissent per multa tēpora esurierūt filij ⁊ etiā familia. Aliq̄ vero de ciuitate dederunt filijs ⁊ familie panē ⁊ victū aliq̄ vero nihil dederūt: in primis honorabatur dñs in sctis minime: ita xps rex regum iuit vltra mare in hierlm: sc; parausum: ⁊ dimisit familiaz et filios in hoc mundo: ⁊ qñ veniet in iudicio cognoscet eos qui honorauerunt eum dando elemosynas pauperibus Matt. xxv. Quādiu fecistis vni de fratribus meis minimis mihi fecistis: ⁊ ideo venite benedicti patris mei possidete paratū vobis regnuz. honoremus ergo deū de bonis tē poralibus: ad qō faciendu hortat nos Salomon Proue. iij. Honora dominū de tua substātia ⁊ de primitijs frugū tuarū: ⁊ pauperibus ⁊ implebūtur horrea tua saturitate ⁊ vino torcularia redūdabunt. due cōditiones gentū non honorant dominū in bonis. s. vsurariz quos retrahēs dominꝰ ab hmōi opere nephario dicit Deute. xxiij. Non fenerabis fratri tuo ad vsurā pecuniaz: nec fruges nec quamlibet alia rem: sed alieno fratri autem tuo absq̄ vsura id quo indiget cōmodabis: vt bñdicat tibi dominꝰ deus tuus in omni opere tuo. Scōa cōditio illoz qui nō honorificāt deū est illoz q̄ nō honorāt patrē ⁊ matrē: vñ Leuit. xx. Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur sanguis eius sit sup eū. Cōsidera ergo si tanta pena debet illis qui nō honorāt patrē carnalē ⁊ matrem xtā debet illis qui non honorāt patrez spūalem: sc; xpm ⁊ matrē. s. eccliam. Caueant ergo ne in eccliā fiant nūdine nec etiā immunditie sicut misere vel aliq̄d aliud nec in vestibus eius. s. parietibus vt ad regnū glorie perueniamus ꝛc.

¶ De quattuor virtutibus siue potestatibus quas nobis deus dedit. Dist. liij.

Edit nobis deꝰ q̄tuor virtutes siue ptātes. Quarum prima est generationis diuinalis.

Scōa est reconciliationis spiritualis.

Tertia est saluationis celestialis.

Quarta est curationis corporalis.

¶ Et omnes virtutes ⁊ potestates quas dedit nobis deus xpianis cōcluduntur in istis quattuor. Primo ergo dedit nobis virtutē ⁊ ptātem generationis diuinalis: omnes enim sumꝰ filij eius ⁊ ade naturaliter. Sed tñ habemus ptātez q̄ simꝰ filij dei ⁊ efficiamꝰ per generationē baptismi vōz lauacrū ad Ro. vj. Per lauacrum regenerationis ⁊ renouatiōis spūs sancti hō em̄ exīs in ventre mris ⁊ inde exiens est filius adoptiuus: sed in baptismo lauatur ⁊ renouatur: ⁊ efficitur filius dei. o xpta dignitas q̄ de filio ade agricultoris efficiamur filij dei p baptismū. Si enim filius vnius pauperis laboratoris posset effici filꝰ regis quocūq̄ mō hoc fieret magna dignitas eēt sibi atq̄ honor: homo aūt p generationē humanam est filꝰ ade laboratoris. Ade nāq̄ dicit deꝰ Gen. iij. Maledicta terra in ope tuo in labore comedes eā oib⁹ diebꝰ vite tue: apparet q̄ adā pr̄ nr̄ laborator fuit: ⁊ sic nos p̄r filij laboratoris sumꝰ. Sz in baptismo efficimur filij regis eterni: deꝰ em̄ hz spōsam ex qua generat filios ⁊ filias. s. eccliam q̄ est xpo sicut mr̄

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dei est ꝟgo vēter hui⁹ sponse est fons baptismatis in qua deus generat filios et filias semeu est verbum dei Luce. viij. Uerbum. s. quod dicit sacerdos: scilicet ego te baptizo: in nomine patris ⁊ filij: ⁊ spūs sancti amen. ⁊ quando baptisatus effectus est fili⁹ dei legittim⁹ ⁊ de hoc loquit̄ Joānes in p̄mo capl̄o sui euāgelij qñ dicit dedit eis ptātem filios dei fieri his qui credūt in noie ei⁹. Sz quō illud fiat subdit qui nō ex sanguib⁹ neq; ex volūtate carnis neq; ex volūtate viri: sz ex deo nati sūt: dicit nō ex sāguinib⁹ hoc est ex semine hoim: nec ex voluntate carnis hoc est mulierū: ⁊ de hoc loq̄t̄ btūs Joānes in canonica sua capl̄o. iij. di. Uidete qualē charitatē dedit nobis de⁹ pater vt filij dei nominemur ⁊ simus. Moraliter notandū qm̄ ex quo nos oēs xp̄iani sum⁹ filij dei tanti regis: ⁊ tāte regine ecclesie quō debemus nos cauere a pctis a q̄b⁹ fili⁹ regis solet cōiter abstinere. Et p̄mo ne iurem⁹ de deo enormiter: in ore em̄ boni xp̄iani nō dz esse iuramētuz nisi ꝓ testimonio veritatis. Et ad hoc monet nos btūs Jacob⁹ in sua epl̄a capl̄o q̄nto di. Ante oia fratres mei nolite iurare neq; ꝑ celū neq; ꝑ terrā nec quodcūq; iuramentū. Sit aūt ꝑmo vester est est non non. Et idē ponit btūs Mat. cap̄. v. Dicunt aliq̄ doctores ꝙ maius pctm̄ est iurare ꝑ creaturā q̄ꝫ ꝑ creatorē: qꝛ iurare est latria sicut adorare qñ em̄ quis iurat ꝑ deū facit testē de deo qui scit oīa sicut deus: ⁊ ideo dicit decretū ꝙ cleric⁹ q̄ iurat ꝑ creaturas est deponēdus: qꝛ facit testē de creatura illa: ⁊ dat intelligere tacite ꝙ illa creatura scit omnia sicut de⁹. Scd̄m signum est de potatione in taberna. Si em̄ fili⁹ regis potaret in taberna diceret̄ ꝙ nō est fili⁹ regis: sic de xp̄ianis qui dieb⁹ festiuis ꝑ totā diē manēt in taberna: ⁊ multis etiā alijs dieb⁹: vñ illi q̄ vadunt per iter: ⁊ extranei bñ pñt bibere in taberna. Sed illi q̄ hñt domū in villa nō debēt bibere in taberna: vñ dico vobis ꝙ hō q̄ ī suo loco exñs bibit in taberna est infamis: ⁊ non dz recipi in testem: sed qñ volueritis bibere mittatis q̄situz vinū in taberna: ⁊ bibatis cū vxore ⁊ familia in domo vr̄a. Et sup hoc audiatis apl̄m p̄me ad Coꝝ. ij. dicētē Nunq̄d domos nō habetis ad māducādū ⁊ bibendū aut eccl̄iaz dei cōtēnitis: q̄d dicā laudo. s. in alijs bñfactis in hoc nō laudo. Tertiū vitiū est vt nō vadam⁹ ad lupanar. Si em̄ fili⁹ regis reperiret̄ cū meretrice diceret̄ ꝙ nō est filius regis: idcirco nos q̄ sumus filij dei regis sup̄mi eterni nō debem⁹ gustare de illo cibo luxurie: vñ leo papa. O xp̄iane agnosce dignitatem tuā: qꝛ consors diuine nature. Scd̄a ꝟt⁹ siue ptās quā dedit nobis de⁹ est recōciliatōis spūalis: lz em̄ oēs xp̄iani sint filij dei ꝑ regenerationez baptismalē tñ ꝓpter pctm̄ mortale nō efficiunt̄ filij dei pctm̄ em̄ efficit hoīez inimicū dei: vñ Jo. xv. dicit xp̄s. Uos amici mei estis si feceritꝫ q̄ p̄cepi vobis. Et iō qñ xp̄ian⁹ facit cōtra p̄ceptū dei efficitur inimicus eius. Et posset hic ponit exemplum de omnib⁹ pctis: sz ꝑ recōciliationē spūalē possumus effici filij dei qꝛ de⁹ est pius ⁊ misericors: ⁊ ex mīa sua recipit pctōrē inimicū ad filiationez ꝑ pnīam: vñ Mat. ix. et Marci. ij. dr̄ ꝙ in ciuitate q̄dā qñ iesus p̄dicabat erat q̄dā ꝑalytic⁹: ⁊ amici dixerūt inter se iste sctūs hō ies⁹ fecit multa mirabilia portemus ip̄m ad eū ⁊ portauerunt eum cū grabato: ⁊ dicit Marcus ꝙ erāt q̄ttuor q̄ portabāt eū. Et qñ fuerūt ante ip̄m ip̄e vidēs eoꝝ fidē dixit paralytico Matt. ix. Cōfide fili remittūtur tibi pctā tua. Et ifra ait ꝑalytico Surge ⁊ tolle lectū tuū ⁊ vade in domū tuā: ⁊ surrexit: ⁊ abijt in domū suā. Uidētes autem turbe timuerūt: ⁊ gl̄ificauerūt deū q̄ dedit talem ptātē hoīb⁹: iste hō paralytic⁹ moraliter est homo exñs in pctō mortali: qꝛ sicut hō paralytic⁹ nō pōt se iuuare nec aliq̄d facere: nec operari sic hō exñs in pctō mortali nō pōt alq̄d facere ꝙ sit gratū deo ad salutē ei⁹: qꝛ opera q̄ fiūt in pctō mortali nō ꝓficiunt ad gl̄iam promerendā. Et in signū huius dr̄ Jo. ix. In ꝑsona cuiuslibet xp̄iani me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Uenit autem nox in qua nemo potest operari. Tēp⁹ diei est tp̄s gr̄e: tp̄s noctis est tp̄s pctī in quo nemo pōt facere opa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

meritoria vite eterne. Questio est si hō exñs in pctō mortali debeat facere bona opa cū nō valeāt sibi ad merendū gl̄iā. Et dico ꝙ sic qꝛ lꝫ illa opa nō ꝓficiāt sibi ad meritū vite eterne valēt tñ ad multa bona tēporalia: qꝛ cōseruāt operātem a malo dāt honores: diuitias: amorē dño rū: pacē ⁊ cōcordiā sanitatē corpalē. Et si ꝑseueret cōtinue ī bonis operib⁹ anteq̄ talis moriat deus dabit sibi contritionē ⁊ nō dānabit: exēplū de maria Magdalenā q̄ fuit peccatrix ⁊ in tpe illo faciebat aliq̄ bona ꝓpter q̄ deus vocauit eam ad pniaꝫ ⁊ dedit sibi remissionē pctōꝝ. Exēplū etiā de btō eustatio q̄ in infidelitate elemosynis insistēs deus eas ex alto ꝓspiciēs vocauit eū ⁊ xp̄ian⁹ effectus est. Quattuor portātes paralyticū sūt quattuor opa in q̄b⁹ stat pnīa duo portitores añ sūt pctōꝝ cognitio. de q̄ in. l. p̄s. Ampli⁹ laua me dñe ab iniquitate mea: ⁊ a pctō meo mūda me: qm̄ iniq̄tatē meam ego cognosco. Scd̄s portitor a ꝑte añ est cordis contritio vt doleat de pctis: ⁊ hic scꝫ portitor bñ ⁊ rōnabiliter iūgit p̄mo: qꝛ si hō nō cognoscit pctm̄ nō hꝫ displicētiā: nec ꝑ ꝯñs cōtritionē: qꝛ cōtritio est dolor de pctis respectu dei qm̄ si hō dolet de peccatis respectu mūdi non valet qꝛ nō est ꝯtritio: sed attritio. Et hāc doctrinā. s. ꝙ respectu dei debeam⁹ cōteri ⁊ nō respectu mūdi docet nos ille rex Ezechias Esa. xxxviij. dicēs Recogitabo tibi oēs ānos in amaritudie aīe mee. Nota ꝙ dicit tibi. s. deo ⁊ nō mūdo. duo alij portitores postremi sūt: p̄m⁹ est oris cōfessio: qꝛ ꝑ os debent exire pctā q̄ cōmisimus sicut q̄ comedit venenosa optꝫ ꝙ euomat: sic pctōr optꝫ ꝙ euomat pctā ꝑ os ī ꝯfessiōe q̄ infecerūt: ⁊ inuenenauerūt aīam: nec ꝓpter timorē: nec ꝓpter verecūdiā dꝫ q̄s celare in cōfessione: sed ꝓijcere oīa extra q̄si venenū inficiēs ⁊ corrumpēs aīam: vñ Prouer. xxviij. Qui abscōdit scelera sua nō dirigeť: q̄ aūt cōfessus fuerit ⁊ reliq̄rit ea miaꝫ cōsequeť. Quartus portitor est opis satisfactio deo ⁊ ꝓximo satisfaciēdo: p̄mo deo quē offēdim⁹ dando placitū corpori: et ideo debemus punire corp⁹ ꝑ pniam ⁊ austeritatē ieiuniorum cilicij staminie et sic de alijs. Et hec satisfactio ē ad deū. Uerbi gr̄a si offēdisti deū ꝑ supbiā debes facere satisfactionē ꝑ humilitatē flectēdo genua capite discooꝑto: ⁊ ita vt ait Dauid p̄s. l. Cor cōtrituꝫ ⁊ humiliatū deus nō despicies: ⁊ sic de alijs pctis. Satisfactio ꝓximi est qꝛ ꝓxim⁹ offenditur ꝑ duo. s. manu: lingua manu depredendo vel verberando: ideo oportꝫ satisfacere restituēdo ⁊ emēdādo. offenditur etiā lingua malum dicendo: ⁊ blasphemando: ideo oportet ꝙ reuoces malum qd̄ dixisti de ꝓximo tuo caram illis quibus dixisti si sit possibile. Et ad hoc hortatur nos christus dicens Matt. iij. Facite dignos fructus penitētie. veniam⁹ ergo ad xp̄m cuꝫ istis quattuor portitorib⁹ vt efficiamur filij dei ꝑ reconciliationem spūalem ꝙ est scd̄m ꝙ de⁹ dedit nobis: scꝫ potestatē recōciliatiōis spūalis. ¶ Tertio dedit nobis de⁹ virtutē ⁊ ptātem curationis corporalis hoc est curandi infirmitates corporales ratio est: dñs noster iesus xp̄s nō solū est curator aīaꝝ: sed corporꝝ: ⁊ ideo sicut dat curationē aīaꝝ sic etiaꝫ corporum: vnde Matth. iij. Dedit illis: scilicet apostolis potestateꝫ curandi infirmitates: ⁊ eijciēdi demonia. domin⁹ nāq̄ iesus mansit in hoc mundo. xxxiij. annis ꝓ salute animarum ⁊ qñ voluit ascendere dedit medicinam ꝓ salute corporis dicēs Mar. vlti. Signa eos q̄ crediderūt hec sequētur: nō dicit signa apl̄os: ⁊ sctōs sed q̄ crediderit in noīe meo demonia eijciēt linguis loquētur nouis serpente tollēt ⁊c. Et hoc est vltimū v̄bū qd̄ dixit eis in hoc mundo: ⁊ ibi ponit potestas data hoib⁹ curādi infirmitates corporales: dicit in noīe meo hoc est in noīe iesus Luce. ij. Uocat⁹ ē nomen ei⁹ iesus: qñ em̄ veniet antichristus hoc nomen iesus ⁊ oīa alia noīa xp̄i hēbit ī magno honore qꝛ dicet se eē emanuel xp̄ꝫ filiū dei filiū v̄gis ⁊c. qꝛ cetera noīa xp̄i nō sūt nisi cognomina excepto hoc noīe ies⁹ iō cū magno honore ⁊ reuerētia ip̄ꝫ debem⁹ hr̄e ⁊ qñ noīat debem⁹ īcliare caput īmo flectere genua si essem⁹ bñ deuoti: s̄ꝫ apo. ad Phi. ij. dicētez Dedit illi nomen qd̄ est sup omne

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nomẽ vt in nole iesu omne genu flectat. ⁊ Mar. vlt. In nole meo demonia eiciet. ⁊ infra. Sup egros manus imponẽt ⁊ bñ habebũt: dicẽdo iesus quasi pro emplastro: qñ emplastruz ponit sup vuln⁹ aut botũ vel locũ patiẽtẽ debet ponere calidum ⁊ suauiter. Ita qñ quis infirmat in aliquo mẽbro corporis debet ponere desup illud emplastrũ iesus suauiter ⁊ dulciter cũ magna deuotione ⁊ cũ caloze recordationis iesu christi dicẽdo iesus faciẽdo signũ crucis: qz si sanitas sit vtilis ad salutẽ aie infallibiliter sanabit: aliqñ eñ est necesse q̃ aliqs sit infirmus. Unde legitur q̃ trãseunte sctõ Dñico p quãdam villã obtulerũt ei iuuenẽ mulierem demoniacã. Et sanctus Dñicus cõiurauit demonẽ ⁊ filia illa statim fuit sanata. Post aliquod vero tẽpus venit sctũs dominicus ad villã illam ⁊ petijt de filia illa an bñ se habebat et an bñ erat sanata. Et fuit sibi dictũ q̃ erat in lupanari cum aliis ribaldis: ⁊ quãdiu fuit demoniaca fuit virgo. Sãctus autẽ dñicus iussit eaz venire ad se q̃ factũ est. Uir autẽ sanctus predicauit eã exhortatusq; est: ipsa autẽ fleuit amare ⁊ cõfessa est. Quo facto sanctus dñicus rogauit deũ vt diabol⁹ ille iterũ intraret coz eius: ⁊ ita factũ est. Mã per totã vitã suam fuit demoniaca ⁊ nullus peccauit cũ ea nec ipsa cũ aliquo ⁊ in fine fuit saluata. Si haberem⁹ bonã fidẽ ⁊ ardentẽ in hoc nole iesus medici parũ lucrarent: sed multi sunt qui nõ habent fidẽ sed vadunt ad sortilegos ⁊ diuinos. Sed attendãt quid dicit Dauid ps. xliij. Si obliti sumus nomẽ dei nostri: et si expandimus manus nostras ad deũ alienum nõne deus requiret ista. Ipse enim nouit abscõdita cordis hoc est siguũ qõ in corde nõ est fides. ¶ Quarto dedit nobis deus virtutẽ ⁊ potestatẽ saluationis eternalis. vnde ad hoc est auctoritas fm sensum allegoricuz Thobie. ſ. Dedit illi potestatẽ qui ocũq; vellet ire: qz homo potest ire in paradisum vel infernũ. Itẽ superbia est via inferni: humilitas autẽ vadit ad paradisum. Et idẽ est de aliis peccatis ⁊ virtutib⁹: ocõs tñ dicũt q̃ volũt habere paradisum ⁊ tñ accipiũt viã inferni ⁊ accusant predestinationẽ dei q̃ est magna stultitia: qz predestinatio dei nõ cogit quẽq; ad eũdũ ad paradisum: nec prescitia dei cogit aliquẽ ad eundũ ad infernũ: sed deus scit q̃ multi sunt stulti qui possent ire ad paradisum sed vadũt infernũ. Ideo deus dedit eis potestatez quocũq; voluerint ire. Quapropter siuolumus ire ad paradisum accipiam⁹ iter tenẽdo bonã vitã viuẽdo fm p̃cepta dei: iuxta illud Si vis ad vitã ingredi serua mãdata. Deus eñ promisit amicis suis q̃ gloria paradisi est possessio eoruz. Ad Ro. viij. di. Si autẽ filij ⁊ heredes: heredes quidem dei: coheredes autem christi. Ad quam hereditatem ⁊c.

¶ De significatiõe denarij. Distin. liij.



Enarius gloriã celestem significat ꝓpter q̃tuor que in denario reperiuntur.

Primo scriptura.
Secundo figura.
Tertio circulatura.
Quarto sonus.

¶ Primo in denario reperit scriptura q̃ sigat gloriã aie dtẽ: qñ aia statim qñ intrat paradisum habet noticiã ⁊ scientiaz clarã de oibus scripturis mũdi etiam si fuerit rusticus vel pastor in hoc mundo scriptura autẽ est in vtraq; parte denarij sic aia habet sciẽtiã de trinitate patre et filio ⁊ spiritusancto. Itez ex alia parte videt clare vnionẽ diuinitatis cũ humanitate: et tunc dicit aia. O nõ potui intelligere ista in mũdo cristẽs sed modo video christũ in hostia cõsecrata vt nos videmus imaginẽ nostrã in speculo quem tñ nos nõ videm⁹ nisi per fidẽ. Ecce scriptura vntus partis denarij et dicũt anime sicut audiuim⁹. ſ. ꝺdicare in alio mundo sic vidim⁹ in ciuitate dei. ps. xlvij. Ex alia parte hz scientiã olim artiũ ⁊ scientiarum mundi si sit aia pueri vnius dietatis sciet grãmaticã: logicã: rhetoricã et sic de aliis pluribꝫ aliqs phs sciuerit in hoc mũdo: scit etiã naturas piscium et proprietates ⁊ oẽs species ⁊ naturas auiuz. Item ꝓprietates lapidũ preciosoz ar-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

borũ herbarũ ⁊ fructuũ. Item elemẽtorum: stellarũ ⁊ quot sunt: ⁊ cognoscit oẽs angelos. Et hoc testat̃ btũs Greg. dicẽs. Quid est qd̃ nõ videant qui videntẽ oĩa vident? Benedictus ergo ille qui studet in libro bone cõscientie: multi vadũt ad studia ⁊ sunt ibi per. x. vel. xx. annos: ⁊ tñ habent parũ de sciẽtia: sz in paradiso ⁊c. Ptz ergo quomõ denarius ex scriptura vtriusqꝫ ptis sig̃t paradisum. Et est ad hoc auctoritas Apl̃i. Uincenti dabo mãna absconditũ: ⁊ dabo illi calculũ candidum. s. perlam siue margaritã preciosaz lucentẽ: ista est scientia clara sine obscuritate. Et in calculo nomẽ nouũ. s. scientiam oĩm creaturarum. ¶ Scd̃a cõditio denarij est figura regis vel principis q̃ significat gloriã corporꝫ quã habebit in iudicio finali: qm̃ sicut corpora cũ aĩabꝰ laborant in vinea xp̃i in bonis operibus ita deus corpori ⁊ aĩe vult dare gloriaz: idcirco in iudicio gñali resurgent vt recipiãt salariũ. O q̃lis gl̃ia ⁊ delectatio qñ gloria aĩe redũdabit in corpus. Itẽ imago que est in denario habet coronam in capite cũ quattuor floribꝰ lilij q̃ significant quattuor dotes corporis glorificati. Primus flos est impassibilitas: modo enim modica spina vel lapis ledit nos ⁊ cruciat: sed tunc corpus erit impassibile etiã si vellet intrare infernuz posset sine aliqua lesione vel passione ⁊c. Scd̃s flos est claritas: modo vnus est albus: alius niger: sed tunc fulgebunt iusti sicut sol. Tertia est agilitas: modo em̃ habemus corpora grauia ⁊ põderosa ita ꝙ vix aliquãdo possumꝰ nos portare: immo statim attediamur: sed tunc corpus erit ita leue ꝙ subito erit vbi voluerit. Quartus erit subtilitas: modo leuiter impedimur ne transeamus ꝑ viã vbi volumꝰ: sz tũc penetrabũt corpora adeo obscura q̃cũqꝫ intm̃ ꝙ nec sera ferrea possit corpus gloriosuz impedire nec retinere. Ecce quid significat imago regis cũ corona in ꝑsona christi resurgentis. dicit Dauid psal. xxvij. Refloruit caro mea. Et ita etiã erit de nobis: qd̃ testatur Apl̃us ad Phil̃. iij. dicens. Nostra cõuersatio in celis est. s. quã tribuit ad gloriam animarũ statim post mortem: vnde ⁊ saluatorem expectamus dñm iesuz xp̃m qui reformabit corpus humilitatis nostre quantũ ad glorificationem corporꝫ. ¶ Quarta conditio denarij est sonus. Argentũ em̃ facit dulcem sonũ ⁊ significat officiũ quod erit in gloria. Non erit ibi officiũ campsorꝫ: sartorum ⁊c. sed solũ erit ibi officiũ sacerdotum. s. officium laudandi deum sine tedio: ⁊ ideo dicebat dauid p̃s. lxxxiij. Beati qui habitant in domo tua dñe in seculum seculi laudabũt te. Et ex his quattuor cõdicionibus gloria celestis dicitur denarius. Ad quã gloriã nos ⁊c.

¶ De gloria paradisi quã ꝓpter quinqꝫ rõnes desiderare debemꝰ. Distin. lv.



Desiderare debemus gloriã paradisi ꝓpter q̃nqꝫ rationes.

Quarum prima est propter excellẽtiã inextimabilẽ eiꝰ.

Secũda est quia iure hereditario nobis debetur.

Tertia est qꝛ in hoc mũdo sumꝰ exules.

Quarta est qꝛ vita nostra est defectiua.

Quinta est quia sine desiderio nõ habebimus eam.

¶ Prima ergo ratio quare debemꝰ desiderare gloriã paradisi est propter excellentiam loci siue domus paradisi. Sicut em̃ qui vadit per mundũ appetit hospitari in locis pulchris: ita ⁊ nos qui ĩ hoc mundo peregrinamur debemus desiderare hospitari finaliter in illa pulcherrima domo paradisi: que q̃ꝫ pulchra sit et q̃ꝫ placens cogitare possumus ex eiꝰ pulchritudine exteriori: videndo. s. celũ: solem: lunã: ⁊ stellas: que quante pulchritudinis sint nõ possumus bene exprimere: ⁊ inde debemus sillogisare ꝙ sine cõparatione interior pulchritudo excellit que tanta est ꝙ eam videns per possibile nõ vellet vnq̃ꝫ comedere neqꝫ bibere. In cuius signum dicebat Paulus. ij. ad Corꝫ. xij. qui eaz viderat interius. Scio hominem in christo ante annos quattuordecim siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit raptum vsqꝫ ad tertium celum. Dicit tertiũ celum scz empi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

reum. Quia celuz primũ est in quo sunt stelle qz oẽs sphere capiũtur pro vno celo. Scõm celum est cristallinũ. Tertium est empireũ: vnde cũ beatus Paulus fuisset tribus diebus in paradiso z descendisset petiuerunt quid vidisset: z ipse respondit p hunc modũ. Oculus nõ vidit nec auris audiuit nec in coz hois ascendit que preparauit deus diligentib⁹ se. s. ad Coz. ij. Dicit oculus nõ vidit nec auris audiuit ꝛc. pro quo sciendũ q; tribus modis potest aliquid scire.

Primo modo scientia naturali.

Secundo modo docrinali.

Tertio modo experientia seruali.

¶ Primo modo sciuerunt phi: scõo modo sciuerũt prophete p scripturã: tertio modo nos p experientiã. Pro primo dicit oculus nõ vidit. s. gloriã: qz phi nõ potuerũt deuenire ad illius cognitionem: nec auris. s. pphetarũ audiuit: qz de⁹ mõ reuelauit eis: nec in coz hominis. s. viuorum ascendit: qz nõ habuerũt experientiam ẽ dũ viuerũt in hoc mũdo. Et excellentiã illius glorie possum⁹ cõsiderare tribus modis. Primo cõsiderando locum qui est inestimabilis pulchritudinis: de quo dicit Barruch. iij. O israel q̃ magna est dom⁹ dei z ingens locus possessionis eius: magnus est z nõ habet finem. Scõo considerando ad quid locus iste factus est. s. ad comedendũ nuptias filij dei iuncti cũ humanitate nostra in tantũ q; nõ sunt duo sed vna psona. Et p similitudinẽ alicuius regis mortalis q̃ filio suo nobilem parat locuz nuptiarũ: ita parat deus pater filio suo locum: de quo Mat. xxij. Simile est regnũ celoruz homini regi qui fecit nuptias filio suo. De cuius pulchritudine ait Esa. lx. cap. Tunc videbis z afflues z mirabit⁹ z dilatabitur coz tuũ. Tertio ꝑsiderando precium emptionis illius loci: qz deus dedit pro illo corpus z alam z totũ sanguinem z quotidie dat corpus suũ in hostia z oia ista dat ad emẽdũ gloriã paradisi.

¶ Secunda ratio quare debemus desiderare gloriam paradisi est qz nobis debetur iure hereditario. Pro quo notãdum q; deus fecit duo testamenta. Primum vocat antiquũ in quo nullu⁹ promisit gloriã paradisi: vnde nõ legitur in antiquo textu antiqui testamenti q; de⁹ promisit regũ paradisi: sed tm̃ terrena: promisit eis per istũ modũ Esa. i. Si voluerit⁹ et audieritis me: bona terre comedetis. Aliud est testamentũ nouũ in quo promisit z legauit regnum paradisi filijs suis: vnde p̃ missio est ista Mat. v. Beati pauperes spũ: qm̃ ipsoz est regnũ celorum. Item est alia promissio Luc. xij. Nolite timere pusillus grex quia placuit patri meo dare vobis regnũ. Cum ergo illud regnũ debeatur nobis iure hereditario: nõ immerito debemus illud desiderare diuitendo ista terrena. Et datur exemplũ de aliquo⁹ hoie cui sũ dimittat, aliqs castrũ siue comitatus vel regnũ: laborat diligenter ad habendũ illud ne per suã negligentiã perdat. Et ideo dicit Cipianus epi⁹. vj. de mortalitate. Patriã nostram paradisum cõputem⁹ parẽtes nostros tam illuc tps habemus habere vt quid nõ currimus vt quid nõ festinam⁹ magnus illic charoz numerus nos expectat ꝛc. ¶ Tertia ratio quare debem⁹ desiderare z considerare gloriã paradisi est qz sumus in hoc mundo exules. Ubi sciendũ q; deus fecit a pricipio tres modos creaturarũ. s. corpozales subsantiã vt sunt bruta: z subsantiã spiritualẽ solum. s. angelos: et subsantiã cõpositã ex spirituali z cozpozali. s. hoies: z cuilibet assignauit suã habitationem: qm̃ celum est habitatio angeloz: paradisus terrestris hoim: z mundus iste est habitatio brutoz. Homo aũt cum fuisset in terrestri paradiso collocatus pdidit habitationem illam z exulatus est in locũ z habitationez brutoz. s. in hunc mundum. Et ita ptz q; non sumus in loco nostro: sed in habitatione seu loco brutoruz. Et ideo si bruta scirent loqui dicerẽt nobis q̃ extremus de habitatione ipsoz: et de facto quantũ in ipsis est volunt nos expellere: quia nocent nobis quantũcũq; claudamur in domibus. Unde nullus potest se defendere a pulicibus: pediculis: muscis: formicis: z similib⁹ nocuis. Et ita ptz q; sumus exules. Et in signuz

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

huius sancta mater ecclesia dicit beate virgini. Ad te clamam⁹ exules filij eue: ae te sus. ge. ⁊ flen. in hac la. valle. Quapropter cū sumus exules debemus desiderare de exilio reuerti ad patriam nostram: non quidem ad paradisum terrestrem: qꝛ in illo nullus est modo nisi pater noster Helyas ⁊ Enoch qui venient cōtra antichristū: q̄uis dicant doctores ꝙ sancti patres fuerunt abstracti ꝑ xp̄m a limbo vsq̄ ad ascensionez christi. Debemus ergo desiderare celestem paradisum: ⁊ ad hoc hortatur nos Hiere. in. c. lj. di. Qui fugistis gladiū venite nolite stare recordamini procul deū et hierl'm ascendat sup̄ corvestrū. Loquitur nobis qui fugimus gladiū paradisi ꝑ passionē xp̄i. Cor hierl'm. s. celestis. que debet ascēdere ad cor nostrū ꝑ desideriū. ¶ Quarta ratio quare debemus cōsiderare ⁊ desiderare gloriā paradisi est qꝛ in hoc mūdo vita nostra est defectiua ⁊ corruptiua et fragilis: vita em̄ nostra nō est nisi vapor ⁊ fumus: qꝛ ad modū vaporis ⁊ fumi transit: testat̄ hoc btūs Jaco. in. iiij. c. sue epl'e di. Que est enim vita nostra vapor est ad modicū parens ⁊ deinceps exterminabitur. Cum ergo vita nostra hic deficiat debemus desiderare paradisuz vbi habebimus vitā indeficientē. Et datur exemplū de aliquo existente in quadam arbore fructifera legenti fruct⁹ qui se sustineat in aliqua frōde que incipiat frangi: statim incipiet se capere ad altiorem. Jta ⁊ nos debemus facere cū mundus iste sit fragilis: ⁊ reducamus ad memoriā verbū illud Apl'i Pauli ad Hebr. xiij. Non habemus hic manentem ciuitatem sed futurā inquirimus. ¶ Quinta ratio quare debemus desiderare illā celestem gloriā paradisi cū feruenti corde est quia si non desideremus illā non habebimus. Et ideo magister christus quando predicabat dicebat Joan. vij. Si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat. Dicit si quis sitit: id est habet arborem glorie celestis paradisi: veniat ad me per desiderium. Jtem est alia auctoritas clara Apocal'. xxj. Ego sitienti dabo de fonte aque viue gratis. Sitienti id est desideranti. Desideremus ergo vt habeamus: quoniam plus placet deo desideriuz paradisi in corde q̄ opus exterius: sicut dicit Crisostomus. Et est bona ratio: quia desiderium est fundamentum boni quod sit: ⁊ sine fundamento cordis nō possumus bene operari: ⁊ ideo plus placet deo: ⁊ posito ꝙ aliquis sit sanctus in operibus nisi desideret feruenter paradisum patietur in alio mundo. Unde nota exemplum illius qui apparuit socio suo qui nunq̄ desiderauerat paradisum qui condemnatus fuit in purgatorio: ergo desideremus feruēter. Et ideo Dauid de desiderio quod habebat intrandi paradisum fecit vnum psalmum scilz. xlviij. In quo dicit per hunc modū. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deuz fontem viuum: quando veniam ⁊ apparebo ante faciez dei. Unde q̄uis Dauid esset potens ⁊ magnus dn̄s ⁊ haberet in hoc mundo multa placita ⁊ posset habere: tamen semper cum lachrymis postulabat paradisum. Et nos quid desideramus? certe vnus bonum vinum: alius meretrices: alius bonuz prandiū: alius diuitias: alius honores ⁊c. Sed pauci sunt qui corde ardenti desiderent paradisum: non sic non sic sed cum propheta Dauid vt supra dictum est ardenter desideremus paradisum: ⁊ sic finaliter habebimus. Quod nobis in fine dierū nostrorum concedere dignetur Jesus christus marie filius. Amen.

¶ De peccatore qui ꝑ septez gradus ad infernum descendit. Distinctio. lvj.



Escendit peccator ad infernum per septem gradus.

Prim⁹ est mala cogitatio.
Scd̄s est stulta locutio.
Tertius est negligens operatio.
Quartus est carnalis cōuersatio.
Quintus est proximi iniuriatio.
Sextus est diuinorum neglexio.
Septimus est in fide dubitatio.

¶ Prim⁹ g̃ gradus est mala cogitatio: qꝛ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

esto ꝙ non exequatur illud qđ cogitat: tñ descendit ⁊ ponit pedem in primo gradu ad descendendum in infernum. Et rõ est propter vnam regulam prophetie dicentem super illud qđ est primum in ascendendo seu edificando est vltimum in descendendo. Et illud qđ est vltimuz in ascendendo seu edificando est p̃mum in descendendo: ⁊ ideo sicut in ascendẽdo paradisum vltimus ascensus est custodia interioꝝ cordis: ita etiã in descendendo in infernuz đr esse primꝰ gradus sine primus descensus cogitatio mala: qm̃ posito ꝙ non fiat malũ ad extra: tamen peccatum est: vnde Mat. ix. Qui videbit mulierem ad concupiscendum eã iam mechatus est in corde suo. Et ideo ad hoc habemus remedium vt statiz expellamus malam cogitationem: al's male. Pro quo nota exemplum de quodam homine valde deuoto qui quotidie videbat xp̃m in eucharistia: ⁊ dicunt aliq̃ qđ faciebat miracula. Qui cum quadã die iret per iter vidit mulieres lauantes pedes ⁊ complacuit in quadam illaꝝ. Cũ sequenti die venisset ad missam nõ vidit xp̃m ⁊ admiratus est: non autẽ auisabat se de pctõ: sed cogitabat ꝙ sacerdos non erat dignus intra se dicens: tu nõ peccasti: ⁊ ita multis diebus non vidit. Finaliter iuit confessum plangendo ⁊ narrando ꝙ prius videbat christum in eucharistia ipsum consolantem: ⁊ ab aliquibus diebus non viderat. Tunc confessor dixit ꝙ secerat aliquod magnum peccatum. Et interrogauit eum que fuerat illa dies vltima a qua non viderat eum: q̃ respondit ꝙ talis dies. Et interrogauit eum si viderat aliquam mulierẽ in qua complacuisset: ille rñdit ꝙ sic. Et narrauit totum casum: tunc confessor dixit qđ illa de cã perdiderat visionem xp̃i. Tũc dixit ille ho: ho. Et est talis dominꝰ Jesus christus qui pro nihilo remouet gratiam suam a seruitoribus suis: non curo de tali domino ⁊ recessit a confessiõe. Et dum recederet inuenit in itinere quendam equum qui nullũ permittebat ascẽdere super se nisi istum hominẽ. Qui cũ esset desuper dixit ꝙ suus erat. Et illo loquente saltauit equus in aerem: et tunc ille clamauit cognoscens ꝙ esset demõ: et in corpore ⁊ anima portauit eum in infernum. Quare seruetur cor a cogitatione mala: que est principium cuiuslibet peccati. vnde Ecclesiastici. x. Initiuz superbie hominis est apostatare a deo: quoniam ab eo qui fecit illuz recessit cor eius. ¶ Secundus gradus quo descenditur in infernum est stulta locutio: qm̃ ꝑm dispositionem ignis fit fumꝰ exiens ab incendiario: ita etiam in nobis: quoniam ignis est cor: quia ibi congregãtur ligna cogitationum: ⁊ ꝑm illum ignẽ exibit loquela per caminum oris: vnde si in corde sit ignis superbie semper exibunt verba superbie: ⁊ non loquitur nisi de vanitatibus ⁊ pulchris vestibus. Simil'r si sit ignis auaritie non loquitur nisi de diuitijs: mercantijs ⁊ huiusmodi. ita de luxuria ⁊ alijs vitijs. Ex quo enim accensus est ignis in corde exibit fumus ꝑm illius dispositionem: ⁊ iste est scđs gradus. s. loquela stulta. vnde Mat. xij. Legitur de iudeis inuidentibus xp̃o loquẽtibus contra ipsum: quibus ipse dixit. Progenies viparuz quomodo potestis bona loqui cum sitis mali: ex abundantia enim cordis os loquitur: bonus homo de bono thesauro profert bona ⁊ mala: homo de malo thesauro profert mala ⁊c. Quare dicit progenies viperarum s. serpentis? dicitur ꝙ serpens nascit̃ cũ veneno: qꝛ sumit venenum a patre ⁊ matre: ita iudei traxerunt a patribus ⁊ matribꝰ vitia: sicut iurare diuersimode nominare demones: iurare etiam ꝑ modũ voti. s. dicendo. Ego voueo deo si nõ est ita ⁊c. Et ideo qꝛ patres illud agunt ita ⁊ parui pueri similiter: vbi nota exẽplum beati Gregorij in libro dyalogoꝝ. de nonobili habente solum vnum filiũ: in cuiꝰ hospitio scutiferi iurabant ⁊ negabant deum a quibus didiscerat puer habens quinq̃ annos. Qui cum infirmaretur ⁊ pater teneret eum inter brachia et sentiret puer infirmitatem incepit puer negare deum: finaliter venerunt demones et suffocauerunt eum inter manus patris ⁊ portauerunt euz in infernum: iste erat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

de progenie vipere: sicut iudei. ¶Tertius gradus quo ad infernum descenditur est negligens operatio: que sequitur duos gradus precedentes: qñ post cogitationem & malam locutionem statim aduenit accidia: q; paulisper dimittuntur bona opera: quia ex quo ardor deuotionis suffocatus est in corde: statim reperitur accidia in opere: & breuiter dimittuntur bona opera. Et est ad hoc bona ratio. Cum ignis deuotionis sit congelatus in corde: de quo dicit xps Lu. xij. Ignem veni mittere in terram & qd volo nisi ardeat. Et ita breuiter fit frigiditas. Et ideo dicitur ps. cxlvij. Mittit cristallum suum sicut buccellas: ante faciez frigoris eius quis sustinebit. Ubi sciendum q; cristallus generatur per maximã frigiditatem: & ideo dicitur q; demõ mittit cristallum .i. frigiditatem deuotionis sicut buccellas: paulisper remouẽdo deuotionem: quia primo fiebat oratio genibus flexis: per hunc modum remouet demon: & sic est vnus bolus siue vna buccella: post remouet deuotionem cõtinendi: & tunc remouet aliam buccellam siue vnum fructum deuotionis: & mittit buccellam frigiditatis & ita de alijs: et finaliter venit frigus. Et ideo dicit ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Et breuiter nullum bonum opus fit integre. ¶Quartus gradus scale per quem descenditur ad infernuz est carnalis cõuersatio: quia finaliter iam incipitur cõuersari carnaliter: scz cum mulieribus p oblectamenta carnis. Et ratio est q; nullus est in hoc mundo qui non velit habere consolationem: quia alis nõ posset viuere. Ubi sciendum q; deoti non curant de gaudijs bruto2um: scilicet in carnalibus: sed gaudent solum in spiritualibus et orationes sunt eis impositiones: et nullo modo volunt habere placitum carnale nec amittere carnalitatem: ista faciebat Dauid ps. lx. dicens. Renuit consolari anima mea: scilicet in tẽporalibus: & sequitur ratio: quia memor fui dei et delectatus fum: et cum talis q descendit per tres gradus & amisit complacentiaz spiritualem necesse est quod habeat gaudia carnalia: et ita statim immiscet se mulieribus & alijs gaudijs terrenis. Et ecce quomodo dicit scriptura. Sapientie secundo. Dixerunt impij nõ recte cogitantes exiguum: et cum tedio est tempus vite nostre: sequitur infra: ergo fruamur bonis que sunt & vtamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter. ¶Quintus gradus descendendi in infernum est proximi iniuriatio. Ubi oportet quod ponat̃ quis vult habere gaudia terrena quod iniurietur proximo: et ratio est in theologia: quia vnum & idez bonuz spirituale potest possideri a multis personis. Sed gaudium temporale idem non potest possideri a multis. Et ista est differentia inter bona spiritualia vnde si volo esse philocaptus de virgine Maria: aut sancta Katherina. Alius qui erit de eis philocaptus non erit zelotipus: sed de muliere carnali: non est ita quoniam statim aduenit rixa. Similiter si aliqua mulier sit philocapta de christo: vel de beato Johanne euangelista: placet alteri mulieri philocapte de eisdem; non autem de viris huius mundi: quinimmo oritur rixa. Similiter ita est de possessionibus: quia si quis velit habere vnam vineam & alius similiter oritur rixa: quia non potest possideri a duobus: non est autem ita de paradiso: similiter de regnis et dominationibus huius mundi. Si autem plures velint habere regnuz paradisi non erit rixa inter eos. Econtrario autem est in hoc mũdo: quia non sufficiunt bona terrena omnibus: paradisus autem sufficit vniuersis. Et ideo in beneficijs et prelaturis oriuntur rixe: q; stricta sunt bona huius mundi. Et ideo dicit beatus Jacobus Jacobi quarto. Unde bella & lites in vobis? Non ex concupiscentijs vestris que militant in membris vestris. ¶Sextus gradus est ex diuinoruz neglectione: ratio est: quia postq̃ creatura per tot gradus descendit venit ad contemptum diuinoruz: quia non curat de missis: nec sermonibus: nec alijs diuinis: immo ne

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

gligit illa ⁊ alios facientes illa. Unde si quis dicat talibus: vultis audire missam vel sermonem? Respondebunt vadatis si vultis. O deus tam magnuz peccatum est negligere diuina ⁊ bona opera. Non est ita magnum peccatum obmittere sicut negligere. Prouerbiorum decimooctauo. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit: sed sequitur eum ignominia ⁊ opprobriuz: habet enim ignominiaz in alio mundo. Unde ignominia idest non nominatio: quia non nominantur in libro vite ⁊ opprobrium: quia interrogatur a christo: de nomine ⁊ viso quod non est in libro: quoniam statim per peccatum deletur creatura de libro vite. vnde Exodi trigesimo secundo. Quicunqꝫ peccauerit mihi delebo eum de libro vite. Ideo habet opprobrium: quia christus et sancti proijciunt eum in infernum: ergo non negligantur diuina ⁊ maxime sententia excommunicationis: dicunt tamen quidã stulti quid curamus de illa sententia: ita est mihi vinum bonum sicut prius ⁊c. et tales sunt quasi infideles. Unde Matthei decimooctauo. Si frater tuus ecclesiam non audierit sit tibi quasi ethnicus ⁊ publicanus. ¶ Septimus gradus scale qua descenditur ad infernum est in fide dubitatio qui procedit ex alijs gradibus: quia postq̃ cogitauit locuꝰ est ⁊c. post statim venit ad dubitationem fidei quia demon iam induxit illum in illam dubitationem: ⁊ tunc non restat nisi infernus: vnde prime ad Thimotheũ primo. Habens bonam fidem et bonam conscientiam: quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Unde sciendum quod naufragare est submergi in aqua prope nauem: fides autez est nauis cuiꝰ prima pars est stricta ⁊ post ampliatur ⁊ demum restringitur: ita est de fide: quia primo stat in duabus tabulis: scilicet credere in christo diuinitatez eternam: ⁊ humanitatem temporalem: ⁊ post ampliatur in alijs articulis ⁊ post restringitur: quia venit vsqꝫ ad iudiciuz de duobus: scilicet de anima et corpore. Et ista nauis portat nos ad paradisum Unde Prouerbiorum vltimo. Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum. Judei autem non naufragantur iuxta nauem: sed omnes descendunt in inferno. Et sicut in naui tribus modis naufragatur: ita tribus modis per nauem fidei. Primum per magnum impetum venti: ⁊ isto modo naufragantur heretici: qui propter ventum superbie volunt subtiliare intellectum: q̃uis alꝰs sint homines magne penitentie. Secundo periclitantur per magnam inundationem aquarum: ⁊ isto modo naufragantur carnales. Tertio per impulsum contra rupem: ⁊ isto modo naufragantur tentati a demonibus: ⁊ talibus non restat nisi infernus: ⁊ de quolibet tali potest dici illud Luce. xviij. Amen dico vobis ꝙ descendit hic ⁊c.

¶ De quadruplici ratione ꝓpter quam deus dicitur pater noster.

Distinctio. lvij.



Deus dicitur pater noster quadruplici ratione.

Primo creatione generali.

Secundo adoptatione filiali.

Tertio conuersatione virtuali.

Quarto saluatione supernali.

¶ Primo ꝯ creatione gñali: ipe em̃ creauit oĩa q̃ sunt in hoĩe: siue corpꝰ: siue animam: vnde si pater carnalis dicit pater: multo magis deus: quia pater carnalis modicum agit in filio: ⁊ illud quod agit vilissimũ est dicere ⁊ mater similiter modicum agit: attamen propter illud minimum sperma vilissimum dicitur pater ⁊ mater carnalis. Sed deus omnia q̃ sunt in corpore format. Sicut eutropormita format de terra argillosa ymaginẽ qui format tam oculos q̃ os ⁊ cetera membra: ita deus format membra in homine ⁊ vltra: quia seruat puerum in ventre matris sine respiraculo: ⁊ de ista materia valde clare loquitur Job. x. ca. dicẽs,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Manus tue domine fecerunt me: ⁊ plasmauerunt ⁊c. vsq; spiritum meum: inferam⁹ ergo si homo carnalis dicitur pater multomagis deus: qui omnia q̄ sunt in homine creat et format: ⁊ hoc sciens ⁊ confitens Esa.iij.cap̄.dicit. Domine pater noster es tu nos vero lutum et fictor noster: ⁊ opera manuum tuarum om̄es nos: ergo deus pater noster est: vñ Moyses propter istaz rationem dicebat Deuteronomij trigesimosecundo. Nōne ip̄e est pater tuus qui possedit te ⁊ creauit te. Cōcludamus ergo ꝙ deus est pater noster generali creatione. Et ita cum ip̄e sit pater noster moraliter loquendo seruemus erga ipsum preceptum datū a deo filio de pr̄e. Exodi vigesimo. ⁊ ad Ephe. sexto. Honora patrem tuum et matrem tuam: vt sis longeuus super terram. Sz in quot ⁊ quibus debet honorari pater? Dicitur ꝙ in tribus scilicet corde: ore: et opere: in corde: scilicet non negligendo: quia maledictus est qui negligit patrez suum: ergo honoremus deum patrē nostrum: sed ipsi negligunt ipsum qui ipso dimisso vadunt ad demones: scilicet sortilegos vel diuinos pro sanatione: attamen demon nulluz potest sanare: sed solus deus. Et hoc sciens ꝓpheta Dauid dicit p̄s.cij. Et subintelligit̄ anima mea. Benedic domino qui sanat omnes infirmitates tuas: ergo recurramus ad deuz quia ipse dabit quod petemus si nobis prosit ad salutem anime: al's nō. Sic nec pater bonus dat filio suo infirmo cibuz nociuum: quantuncunq; petat. Itē multotiens deus non dat filio salnitatez: qꝛ pater ⁊ mater sunt causa peccatorum: et propter eorum peccata filius punitur in corpore per infirmitatem non tamen in anima: quia Ezechielis decimooctauo. dixit deus. Filius nō portabit iniquitatem patris: nec pater iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit ⁊ impietas impij super eum erit. Quod declarat in eodez capitulo pauloante dicēs. Oēs anime mee sunt vt anima patris: ⁊ anima filij mea est. Si ergo pater velit a deo impetrare sanitatem filij confiteat̄ primo et agat penitentiam: ⁊ ita habebit a deo quod petet: quia miserebit̄ ei deus: vnde p̄s.cij. Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se: non dimittamus ergo deum patrem: cum sit pius ⁊ misericors: ⁊ non vadamus ad demones: ⁊ ita honorabim⁹ in corde deum patrem. Item filius debet honorare patrem orē: scilicet non loquendo contra eum iniuriose ⁊ similia: nam facientes contrarium datur sententia mortis. Exodi.xxj. Qui maledixerit patri aut matri morte moriatur: inferam⁹ ergo si pater carnalis debet honorari ore: multomagis deus: sed facimus contrarium: quia irreuerenter iuramus ⁊ blasphemamus eum. Et est tantum pctm̄ quod vniuersus orbis deberet periclitari propter illud peccatum in abyssum. Caueamus ergo ⁊ instruantur pueri dum sunt iuuenes ne ip̄is arescentibus ⁊ senescentibus blasphement deuz. Et ita laudabimus eum in ore. Et pro ista ratione contra non tenentes nec seruantes eam dixit dominus Mala.j. cap̄. Filius honorat patrem: ⁊ seru⁹ honorat dominū suum. Et si ego domin⁹ vbi est timor meus dicit dn̄s. Item debemus honorare patrem in opere: scilicet seruiendo ⁊ adiuuando ad vitam patri ⁊ matri: ⁊ non faciant sicut aliqui qui cum volunt ipsos iuuare verberant eos loco iuuationis: contra quos sententia mortis lata est. Exo.xxj. Qui percusserit patrem aut matrem morte moriat̄. Debemus ergo seruire patri corporali: ⁊ potissime deo: cum modicum seruitium reputet ⁊ req̄rat a nobis: requirit em̄ a laycis vt in die dominico audiant missam deuote sub quattuor conditionibus: vide eas alibi: ⁊ illud seruitium potest fieri infra horam. Et per consequens ꝑ totam diem possunt letari ⁊ iocundari sine peccato: non tñ faciendo aliqd̄ opus temporale. Et isto modo oīa que habēt multiplicantur magis q̄ꝫ per laborē totius septimane: ⁊ adhuc vltra ꝯsequūtur aliud maius bonum: qꝛ deus parcit eis peccata eoꝝ. vnde Mala.iij. dixit deus. Parcā eis sicut parcit vir filio suo seruiēti sibi. Secunda ratio est melior: quare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

deus dicitur pater noster est adoptio spiritualis q̃ est melior prima. Quoniã per primam omnes homines mũdi siue Judei siue Sarraceni dicũtur filij dei: q omnes creauit. Sed ista secũda ratione soli christiani dicuntur filij dei quos deus pater in ventre siue vtero gignit. s. in fonte baptismali: cuius semẽ est verbũ dei. Luce viij. Et omnes nati per baptismũ dicuntur filij dei adoptiui cũ prius dicerẽtur filij hominum. Et ita omnes Christiani sumus filij dei adoptione spirituali. Et ideo dicebat Paulus ad Rom. viij. Accepistis spiritũ adoptionis filiorũ in quo clamamus abba pater: ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro q sumus filij dei. Incipit ante auctoritas: nõ accepistis spiritũ seruitutis: iterum in timore. Abba est nomen syra cũ est idem qõ pater. Et significat tantũ abba pater sicut pater pater: a ponitur in duplici lingua ad denotandũ q cuiuscunq; nationis siue idiomatis sit homo põt esse filius dei a deus pater eius. Cum ergo simus filij dei non solum factione generali sed etiã adoptione generali a speciali. Moraliter loquẽdo faciamus sicut parui pueri qui confidẽtes in patre nullam habẽt curam de vita nec solicitudinem. Ita et nos confidamus in deo nec simus anxij siue soliciti: quoniam ipse prouidebit nobis tanq; pater: iuxta cõsilium beati Petri in prima sua epta. c. v. di. Solicitudinem vestram proiciẽtes in eum: quoniã ipsi cura est de vobis: q diceret aliquis ergo non erit cura ad laborandum dicit q non est ita: sed est sicut de filio cui pudet pater: dum tamen faciat sibi seruitũ et illud quod facere debet: ita faciamus nos vt vnusquisq; in suo officio faciat illud quod ad se pertinet a nõ habeamus vltra anxietatem siue curam. Exemplũ de laicis qui debẽt seminare agros a laborare: et cum non debeant vltra facere proijciant curam suam in deum dicẽtes q deus pater eorum faciet fructũ a bladum in campis a vinum in vineis: a non debent esse anxij de tẽpore malo vel tempestate: quia illud pertinet ad deum qui prouidebit. Item etiam presentet vineas et laborent et nõ curent vtrum sit multũ vinum in futurum vel vtrum vigeat malum tempus vel tẽpestas sed confidant in deo: et dormiãt secure in cubili suo: q deus dabit fructum multum si placeat sibi. Ubi nota exemplum de duobus laboratoribus quorũ vinee vni non poterant bene fructificare: et vinee alterius multum fructum afferebãt: cum ergo ille cuius vinee modicum fructum afferebant dixit alteri. Quid erat hoc? Respõdit sibi q ideo erat quia vines sua habebat bonũ tempus: respõdit alius: nonne est idem tempus vinee mee a tue: dixit alter q ipse habebat tẽpus qõ volebat: q volebat habere illud tẽpus qõ deus volebat dare: nec curabat vtrũ vigeret gelu vel tempestas vel pluuia: quia deus faceret q placeret sibi q ipse fecisset q in se erat. Et ita dixit ipse deus: qui bene scit regere suum hospitium scz totum mundum: bene regeret vineã suam: et ita iste habebat multũ fructum cum proiceret curam suam in deo. Et ideo dicitur ipse deus pater noster. Mat. vj. Nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus aut quid bibemus: aut quo operiemur: hec enim omnia gẽtes inquirũt: scit enim pater vester quia his omnibus indigetis: dicit gentes. i. gẽtiles siue infideles: qui non habent patrem deũ: ideo debent de talibus esse solicti. Et hoc de laicis: similiter de religiosis: debet enim illis deo id quo indigebũt sed teneant regulam. Et sacerdotibus etiam si faciant qõ debent similiter etiã nobilibus si faciãt id quod debent cum ipse sciat omnia: et quibus quisq; in statu suo indiget. ¶ Secũda ratio quare deus dicit pater noster est conuersatio virtualis. s. penitentia. Uñ cum simus filij dei in baptismo. Postmodum per peccatũ sumus alieni a deo a auersi. Sed possumus iteruz fieri filij dei a hoc conuersione siue penitentia quantũcũq; fuerimus alieni et auersi. Sed possumus iterum fieri seruatis quattuor conditionibus: scz q habeamus contritionem et dolorem de peccatis: quasi dicẽdo cum Ezechia Esaie. viij. Recogitabo tibi oẽs annos meos i amaritudine animę meę.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Secundo ꝙ habeamus propositum nõ redeũdi et demonstrat id nobis paruus mus scz sorex qui semel captus in mucipula nunq̃ postea reuertitur: ita et nos cum semel fuerimus capti in mucipula demonis: que est superbia: auaritia: luxuria ꝛc. nunq̃ vltra reuertamur: postq̃ euaserimus: ꝛ istud precepit christus cũ dixit Joã. viij. Uade in pace et amplius noli peccare. Tertio ꝙ confiteãtur peccata quoniam Prouerb. xxviij. scribitur. Qui abscondit scelera sua nõ dirigetur: qui autẽ confessus fuerit et reliquerit ea misericordiã consequetur. Quarto debemus facere aliquam penitentiam castigando carnẽ que fecit nos cadere in peccatum: vt ieiunare: cilicium portare: ꝛ similia opera penitẽtialia sed cum discretione. Et ita conuertemur ad deum patrem. Et ad hoc hortatur nos apostolus ad Roma. xij. dicens. Obsecro vos fratres per misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra: hostiam viuentẽ sanctam deo placentem rationabilẽ: supple sit obsequium nostrum. Quicunq̃ enim fuerit auersus a patre per peccatum: poterit postmodum conuerti ad ipsum dicẽdo orationem quã fecit Esa. lxiij. c. di. Domine pater noster es tu: nos vero lutum et fictor noster: et opera manuũ tuarum omnes nos: ne irascaris domine satis: ꝛ ne vltra memineris iniquitatis nostre. Quare addit redemptor noster dicitur ꝙ ratio est: quia dum facimus penitentiam habeamus in memoriam nostram redemptionem scz passionem domini nostri Jesu Christi: ꝛ similia opera redemptionis que nos cõfortabũt in penitentia. Exemplum si ieiunamus et in ieiunando grauemur memoremur ieiunium christi in deserto et in cruce: etiã qui cum sitiret non potuit habere scintillam aque: sed potatus est aceto cuz felle mixto in arundine posito. Jcẽ si oremus genibus nudis ꝛ pulices nos mordeant non moueamus nos. Memorãdo quomodo christus in cruce non mouit se cũ dixerit in ea viuens et clauatus. cl. versus psalterij incipiẽdo a deus deꝰ meus respice in me: vsq̃ in manꝰ tuas domine commendo spiritum meum. Similiter quãdo fuit a Pilato flagellatus ꝛ in cruce clauis affixus: ꝛ similia opera memorentur. Et ita patet quare Esa. dixit. Tu domine pater noster ꝛ redemptor noster dicit a seculo nomen tuum: quia a principio mundi incepta fuit penitentia: quia Adam egit penitentiam ergo conuertamur ad deum. Et si sit aliqua creatura impediens a consortio nostro proijciamus a nobis. Et ad hoc faciendum hortat̃ nos dominus: immo imperatiue videtur nobis loqui per apostolum. ij. ad Coꝝ. vj. di. Exite de medio eorum et separamini dixit dñs: ꝛ immundum ne tetigeritis ꝛ ego recipiam vos: ꝛ ero vobis in patrem ꝛ vos eritis mihi in filios ꝛ filias dixit dominus omnipotens: ꝛ est finis capituli. ¶ Quarta ratio quare dicitur deus pater noster est saluatio supernalis: quia deus pater non solũ dat nobis temporalia sed gloriam paradisi: et cum nũc habeamus multas tribulationes non cognoscimus: vtrum simus filij dei quia in hoc assimilamur infidelibus: sz in paradiso cognoscemus. Quod declaratur per similitudinẽ virorũ nobilium qui tenent filios suos sub regimine: sed post quando sunt magni separantur: ita facit nobis deus vt humiliemur. Et ideo dixit Paulus ad Gala. Quanto tẽpore heres paruulus est: nihil differt a seruo cum sit dominus omniũ sed sub tutoribꝰ et a curatoribꝰ est vsq̃ ad prefinitum tẽpus a patre. Sumus ergo nũc vt serui: sed in paradiso cognoscemus ꝙ nos sumus filij per saluationem supernalem cum infideles damnentur. Et de ista saluatione dicit Joã. euangelista. j. Joã. iij. Uide qualem charitatem dedit nobis pater vt filij dei nominemur ꝛ simus: ꝓpter hoc mundus nõ nouit nos quia non nouit eum. Charissimi nũc filij dei sumus: et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniã cũ apparuerit similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est: ergo sustineamus in hoc mundo tribulationes: qꝛ tribulatio illa vertetur in gaudium: vbi nota exemplũ cuiusdam mulieris habentis filiam que

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dum venit ad nostram dominā montis sarrati mater unit nudis pedibus q̄ duz vidit filia fecit similiter z vulnerati sunt pedes filie: et post sanationem pedum mortua est filia z unit ad paradisum. Cū autem quadam nocte mater oraret pro ea: apparuit sibi filia dicēs q̄ erat in paradiso. Tunc dixit mater quomodo poterat hoc fieri q̄ filia que cōmiserat tot mala contra patrem et matrem esset ita cito in paradiso. Respondit filia vos domina mater impetrastis mihi remissionem plenariam peccatorum propter dolorem pedum: sustineamus ergo patiēter et cum gaudio tribulationes: vt audiamus beatum Jacobum dicentem in primo capīo sue epistole. Omne gaudiū existimate fratres mei cum invertas tētationes incideritis: sciētes q̄ probatio fidei vestre patientiam operatur: patiētia autem opus perfectuz habet vt sitis perfecti et integri in nullo deficientes vt ad patrem perueniamus.

¶ De diebus purgatorij qui dicuntur mali. Distinctio. lviij.

QUes purgatorij dicuntur mali: pro quo sciēdum q̄ dies purgatorij possunt capi dupliciter. Uno modo comparatiue: alio modo absolute: absolute sunt mali propter penā: sed tamen comparatiue sunt boni. s. si comparentur ad penam inferni: quod declarat de infirmitate pedis. Corrosiua z transeunti ad alia membra que habent propter illam infirmitatem corrumpi: propter quam infirmitatem si abscindatur pes absolute considerādo infirmitatem pedis precise: malū est tamen considerādo alia mēbra que habent propter infirmitatem corrumpi bonum est abscindere pedem: vnde Mat. xviij. Si manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscinde eū z proīce abs te: bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudū q̄m duas manus vel duos pedes habentem ꝛc. Et ita bonum est scindere pedem vel manū vt alia membra saluentur. Sed quomodo hoc debet intelligi non ad litterā sed mystice: vide. S. in declaratione dilecto primi gratie quattuor conditiones: vnde per manū intelliguntur illi qui tenent et faciunt officia vt sunt procuratores: et similes pedes sunt illi qui dant sustentationem ad vitam que si abscindantur absolute malū est: comparatiue autem nō: quia propter illam abscisionem itur ad paradisum et sic bonum est: ita similiter de penis purgatorij que absolute male sunt comparatiue autem ad gloriam paradisi que propter illas acquiritur: z ad penas inferni que propter illas vitātur bone sunt. Et ideo legit de Jacob. Gen. xlvij. Cui petijt rex Egypti: q̄t sunt dies annorum vite tue: respōdit dies peregrinationis annorum vite mee centū triginta annorū sunt parui z mali. Nota q̄ vocat dies huius vite: dies peregrinatiōis quia non facimus in hoc mundo nisi peregrinari z vocat illos paruos et malos propter tribulatiōes quas habuerat in hoc mundo: multo ergo magis dies purgatorij dicūtur mali propter penas que ibi sunt: quoniā conclusio est in theologia q̄ nulla pena est nec fuit in hoc mundo que possit cōparari minime pene purgatorij. Et est triplex ratio.

Prima considerando ignem.

Secunda considerando conditionem animarum.

Tertia considerando locum.

¶ Primo considerando illum ignem ad cōparationē nostri ignis: quoniā dicunt docto. q̄ talis cōparatio est inter ignem huius mundi et ignem purgatorij: qualis est inter ignem nostrū verum et ignē pictum: vnde si anima minus patiēs in purgatorio ejceret de illo igne z poneretur in clibano in quo fit vitrum esset sibi magnū refrigerium: vnde ille magnus ignis est instrumentū diuine iustitie: ignis sit naturalis z corpalis: alīs nisi esset instrumētū diuine iustitie nō posset agere in animas. Et ideo cum sit tante pene inflictiuus potest dici de eo illud verbum Job. xli. Nō est potestas super terrā que comparetur ei: agit nāq̄ in animas quēadmodū aqua benedicta agit in demo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Ita silr deus cuilibet nostrũ q̃ uis inclinemur ꝑm nostram conditionez ad contrarium tradidit vnũ onus totius sacre scripture qđ non ponderat nisi.x. libras que sunt.x.mandata. Quoꝝ tria prima ordinant ꝑsonã erga deũ: ⁊ tria erga ꝓximũ ⁊ quattuor erga seip̃m vide ꝑ ordinẽ alibi. Istud est onus qđ de⁹ tradidit nobis vt portemus vsq; ad portaz domus sue.s.glorie paradisi. Sed q̃ est ista porta đr ꝙ mors non est alia porta: qr nullus potuit intrare nisi per istam portam: immo ipsemet rex glorie introiuit per istaz. vnde Luc.vlti. Nonne hec oportuit pati xp̃m: ⁊ ita intrare in gloriam suam. Et ista est porta de qua loquitur Dauid p̃s. cxvij. Hec porta dñi iusti intrabũt in eã. Et tradidit nobis onus mandatoꝝ. Et promittit dare illi qui fideliter portauerit non vnum scutum sed regnum suuz. Mat.vij. Qui facit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse intrabit i regnũ celoꝝ. Portem⁹ ergo onus istud vsq; ad portam vt possimus habere tantũ precium. Et ista est scđa humilitas quã ipse xp̃s in seipso tanq̃ pro exemplari tradidit imitandam dicens Matt.xj. Tollite iugum meum super vos ⁊ discite qr mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem aĩabus vestris: iugũ em̃ meũ suaue est ⁊ onus meum leue. ¶ Tertia species siue humilitatis modus est humililitas pnie.s.cum quis ꝑm suã ꝯditionẽ cogitat se peccatorem ⁊ cognoscit peccata. Et tunc est humilis: dicens. O domine deus quid erit de me qui commisi tot peccata que si venissent ad notitiam ꝓcessus iudicialis mundi erant sufficientia ad ducendum me ad patibulum: sed deus cooperit illa. Breuiter considerando peccata tunc quis humiliatur: talis humilitas đr humilitas penitentie sicut per contrarium qñ aliquis cogitat dotes ⁊ dona: ⁊ pulchritudinem suaz tunc superbit: vnde datur similitudo de pauone qui cõsiderando pulchritudinem plumaꝝ superbit: sed qñ respicit pedes lutosos humiliatur: ita silr qñ aliq̃s cogitat plumas suas.i.genus suum vel p̃laturam: vel vestes: aut diuitias que dicuntur plume tunc superbit: sed qñ cogitat sua peccata ⁊ defectus humiliatur ⁊ ita vocatur humilitas pnie: vñ qñ aliquis conteritur tunc cor humiliatur: intantum ꝙ premittit ⁊ emittit aquã compunctionis: ⁊ in cõfessione est magna humilitas: ⁊ breuiter in oĩ tempore penitẽtiali est humilitas: et de ista humilitate loquitur scriptura Judich.viij. Humiliemus aĩas nostras ⁊ in spũ contrito et humiliato seruiamus illi. ¶ Quarta species humilitatis siue modus est humilitas patientie.s.cũ deus mittit alicui tribulationes ⁊ infirmitates vel in corpore ꝓprio: vel in corpore ꝓximoꝝ: aut in bonis tẽporalibus. Cũ em̃ talis patienter sustinet: tunc hz humilitatem patiẽtie. Et datur silitudo in natura de catulo paruo qui si verberetur a dño ⁊ videat ꝙ non possit fugere extra domum tunc supinat se ⁊ ostendit tibias versas quasi dicens: dñe potestis me occidere: sed non possum fugere a vobis: qr extra domum vestram non possuz viuere. Ecce quõ illud aĩal brutum humiliatur ⁊ hz patientiam in flagellis dñi sui: ita debem⁹ nos facere: qr cum deus in suo hospitio.s.in hoc mundo mittit tribulationes ⁊ pestilentias debemus nos humiliare per patientiam dicẽdo: dñe potestis de me facere qđ vultis qr seruus vester sum: vos em̃ creasti me ⁊ redemistis me vestro p̃cioso sanguine ⁊ non possuz fugere a vobis: ideo dñe faciatis de me quid vobis placuerit. Et tũc deus videns hoc facit sicut dñs catello: qr cum videt ipsum humiliatum verberat eum modicum: ita similiter deus modicas tribulatiões dat qñ habetur patientia: verũtamen multi faciunt sicut magni canes qui cuz dominus vult eos verberare monstrãt dentes ⁊ volunt ipsum mordere: ⁊ tunc dñs ingredit ⁊ sumpto gladio occidit ipsos: ita etiam quando deus vult aliquez corrigere ⁊ ille monstrat dentes cõtra deuz: scz quando blasphemat ipsum ⁊ nõ habet patientiam: tunc deus iratus ꝓijcit eum in inferno: ⁊ ad hanc humilitatem patientie monet nos exemplum scripture.s.Job qui pro nullo damno fuit impa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tiens. Sed dicit Job. 5. Dominus dedit dominus abstulit: sicut dño placuit ita factum est: sit nomen dñi benedictū. Idē legitur Eccli. 43. Omne quod tibi fuerit applicitum accipe & in dolore sustine & in humilitate tua habe patientiā. ¶ Quinta species siue modꝰ humilitatis est humilitas sapientie. s. qñ in oībus q̄ agunt tam in victu qꝫ in vestitu: qꝫ in ornatu et consortio scutiferoꝝ & equoꝝ adhibetur humilitas sapientie: vnde potest cognosci vtrum talis humilitas sit sapientia p talem similitudinē. s. si quis velit ire ab ista villa Jherusalem & sint duo itinera: & in vno sunt vmbre & delectationes fructuum: tñ nullus potest ire quin deprehendatur a latronibus. Et est alius qui vadit per aliud iter petrosum et strictum & montuosum. & est porta stricta in qua q̄ intrat humiliatur: angreditur tamen secure ciuitatem. Tunc queritur qs istoꝝ est sapiens. Et patet responsio clara: ita est de nobis qui vadimus ad ciuitatē paradisi: de qua ps. lxxxvj. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: festinemꝰ ergo ad illam: qz necessario habemꝰ illuc ire qñ teste apostolo Paulo ad Heb. vi. Nō habemus hic ciuitatem manentem sed futuram inquirimus. Et sunt duo itinera quoꝝ vnum est in dextra: & illud est strictum qđ vocatur pnia: qz omnis penitētia est aspera & humilis: vnde magna penitentia est & asperitas se abstinere a peccatis delectabilibus. Item restituere dāna illicita & facere cetera opera penitentie: verūtamen oportet inclinari ad intrādum in illam si volumus ire ad paradisum. Et ideo dicit xps Mat. vij. Intrate per angustam portam: qz lata est et spaciosa via que ducit ad perditionē: & multi sunt qui intrant per eam: ista enim porta stricta est: verūtamen sapientes intrabunt per ipsam qñus sit stricta: et stulti intrabunt per viam latam: sez per superbiam: auaritiaz: luxuriam: & ita de aliis: ista est via lata & delectabilis sed ducit ad perditionem: ergo humiliemus nos per sapientiam: sez vtl sapienter agamus ambulando per viam humilem que nobis necessaria est: ideo dicit quilibet noster sacra scriptura illud Eccli. vij. Humilia valde spiritum tuum: & beatꝰ Petrus in sua prima epistola cap. v. Humiliamini sub manu potenti dei vt vos exaltet. s. in celesti gloria. Quam nos concedat dominus &c.

¶ De quattuoꝝ habitationibꝰ quas hz christus in hoc mundo. Distin. lxxxiiij.

HAbitationes quattuoꝝ habet christus in hoc mundo.

Quoꝝ prima est conscientia humana.

Secunda est ecclesia christiana.

Tertia est societas bene loquens.

Quarta est cōitas bene concordans.

¶ Prima ergo habitatio xpi in hoc mundo est conscientia humana: vbi sciendū q̄ sm omnes doctores in nulla creatura est ymago dei nisi in hoīe. Est tñ vestigiū dei in aliis creaturis. vnde vestigiuz est illud signuz qđ remanet pede remoto in loco: ita etiam deus trinitas in minima creatura mundi dimisit trinitatis vestigium: qz sicut deus est trinus & vnus: ita etiam minima creatura mundi: qz quelibet creatura habet substantiaz: virtutē: & operationem. Unde sicut a patre gignitur filius ita a substantia virtus: in creatura & a substantia & virtute p̄cedit operatio: detur exemplum de formica q̄ est parua creatura istud etiam est in homine: tamen vltra est ymago dei: qz. s. anima est spiritualis sicut deus: quia sicut in deo est pater & filiꝰ & spūsanctꝰ: ita in anima que vna essentia est memoria: intelligentia: & voluntas. Et ita vestigium est in homine quo ad corpus et ymago quo ad animam. Ex quo pōt hīi q̄ non est pctm occidere creaturas irrationales ab hoīe & est pctm occidere hominez qz est factus ad ymaginem dei: & iō scriptum est Gen. ix. Quicunq; effuderit humanū sanguinē effūdetur sanguis illiꝰ: ad ymaginem quippe dei factus est homo. Et ideo quia homo est ymago dei: ideo est habitatio dei: & nulla creatura alia in qua est vestigium: vnde memoria est habitatio patris: intelligēcia filij: vo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

luntas spūssancti: ⁊ ita in conscientia siue mente humana est habitatio dei: ⁊ est vna auctoritas Dauid p̄s. cxxxj. Qm̄ elegit dn̄s syon: elegit eam in habitationez sibi: hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo qm̄ elegi eam. syon. i. speculū in latino ⁊ in romantio idem est ꝙ miral vnde vocat cōsciam speculum quare nō dicit ita bene aīam sicut speculum: dr ꝙ rō est: qr speculum hz istam conditionez ꝙ sumit formā ⁊ ymaginem obiecti sibi appositi. vnde si sibi opponat̄ equus sumit formam equi ⁊ ita de alijs. Breuiter oēm ymaginez sumit: ita q̄uis aīa essentialiter sit ymago dei: tum ꝓpter cogitationem sumit quodcūq; sibi apponatur. vnde si sumit in cogitatione sua mulierem statim sumit eius ymaginez ꝓpter maximā dilectionem. Et ideo dicit beatus Augu. O aīa mea dilige deū: qm̄ qd̄cūq; dilexeris illud es: si dilexeris terrā: terra es: si celū: celum es: audeo dicere si deum diuina es. Breuiter qd̄cūq; apponitur sibi sumit eius ymaginez: ⁊ illa est ymago: siue sit bona siue sit mala: vnde si non sumat deum sumet ymaginez alicuius bestie. vnde Boetius lib. iiij. ꝓsa tertia. in fine. Ita fit vt qui ꝓbitate deserta homo esse desistat: cum in similitudinem diuinam transire non possit vertat̄ in beluam: vnde si quis non velit sumere humilitatem: sed superbiā sumit formam leonis. Si auarus ⁊ rapax lupi: si luxuriosus vrsi: si inuidus canis: si iracūdus formā serpentis: si accidiosus formam induit asini: si fraudulentus formam vulpis. Et ita si non habeat formā dei hz formā bestiarum. O deus taz malum est perdere ymaginem dei pro ymagine belue: vbi nota exemplū in vitispatrum de quodam sancto ad quem venit quedam bestia. Et incepit loqui cum viro dei dicens. O vir sancte ora deum pro me. Tunc vir dei admiratus fuit: ⁊ dicit ei: quis es tu? Respondit: ego sum homo. Tunc respondit sanctus vir. Cur ergo appares sub forma bestie? Respōdit ego sum anima talis quem tu cognoscebas: ⁊ sum in forma istius bestie propter peccatum qd̄ cōmisi: ⁊ in ista forma sum in purgatorio. Reputabatur aūt duz viuebat vir sanctus ⁊ q̄uis penituisset nō tn̄ egerat pniam condignam. Et ita verū est qd̄ dicebatur: ⁊ ideo vocat aīam speculum non aīam qr aīa est semp̄: sed non speculum nisi sit ymago illius in ea. Sicut in auctoritate: elegit eam deus ⁊c: ergo ꝓuideamus vt seruemus ymaginez dei in nobis: al's post mortem nō sumet nos: ipse aūt semp̄ vult habitare in nobis: vnde dici Apoc. iij. Ego sto ad ostiū ⁊ pulso. Si quis audierit vocē meā ⁊ aperuerit ianuam intrabo ad illum ⁊ cenabo cum illo ⁊ ipse mecum. Cenat autem cuz hoībus ⁊ gaudet cum ipsis. Et ideo dixit scriptura Prouerbioꝝ. viij. Delitie mee eē cū filijs hoīz. Si em̄ nos volum⁹ ipsum sumere ipse in seculum seculi habitabit nobiscum. Cogitemus ergo ei⁹ vitaz quō fuit humilis: pauper benign⁹ ⁊ ita ponatur coram nobis: ⁊ sumemus eius ymaginem: ⁊ poterimus dicere cuz virgine Maria illud Eccl'i. xxiiij. In habitatione sancta. i. in cōscientia corā ipo ministraui. ¶ Scd̄a habitatio xp̄i in mūdo est ecclesia xp̄iana: vnde q̄uis totus mūdus sit possessio dei: tn̄ sicut rex in regno suo eligit sibi certum locum ⁊ palatium: ita etiaz deus in toto mūdo elegit sibi ecclesiam: ⁊ ideo dz esse in eccl'ia corpus xp̄i. vnde Exo. xxv. Facient mihi filij israel sanctuarium ⁊ habitabo in medio eoꝝ. Et de ista habitatione allegorice loquitur scriptura: vnde per israel intelliguntur xp̄iani: vnde israel idē est qd̄ vir videns deum: ⁊ dicit in medio: quia sicut sol est in medio planetarum ⁊ alij sumunt claritatem ab eo: ita corpus christi in ecclesia dz esse parrochianoꝝ quibus est cōe. Et iō dixit xp̄s qn̄ voluit ascēdere deuotans ꝙ esset semp̄ nobiscum. Mat. vlti. Ecce ego vobiscū sum vsq; ad consummationē seculi: ergo habitemus cuz ipso in ecclesijs maxime ī die dn̄ico: qr p̄ceptū necessariū est: in alijs aūt diebus septimane non est necessariuz: sed deuotio his q̄ volunt venire: sed die dn̄ico est necessariū. Et debem⁹ venire quattuor cōditionibus obseruatis. Prima est ꝙ simus ieiuni: ⁊ tunc oro erit sicut incēsum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in cōspectu tuo. Scda cōditio est ꝙ simꝰ in confessione: ⁊ facta confessione si moriamur in septimana erimus vt confessi: ergo prouideamus: vnde Dauid in p̄s. Ppl'us eius ⁊ oues pascue eius: introite portas eius in confessione: nō em̄ dicit in epl'a nec in euāgelio sed in ꝯfessiōe. Tertia ꝯditio est non loq̄ cū aliquo dū missa d̄r. vnde Esa. xxx. In silentio ⁊ spe erit fortitudo vestra. Quarta conditio est ꝙ expectet̄ benedictio sacerdotis: ⁊ ita xp̄us habitans in ecclesia sicut sol illuminat oēs planetas: ita illuminat nos in oibꝰ bonis ⁊ benedictionibus magis q̄ꝫ omnia opa q̄ fecerimus in septimana: et replebit nos: de ista humilitate loquit̄ Jo. Apoca. xxj. cap̄. Ecce tabernaculū dei cū hoibus ⁊ habitabit cū illis: ⁊ ipsi populus eius erunt: ⁊ ipse deus erit cum eis eoꝝ deus. ¶ Tertia habitatio dei est societas bene loquēs: vñ sciendū ꝙ sil'itudo est cā societatis: vnde si in aliquo pascuali misceāt̄ capre: ⁊ oues: ⁊ vacce: vnaqueq̄ spēs se sociabit: ita etiā est de verbis alicuius societatis: qm̄ xp̄s est v̄buz dei. Jo. j. Uerbū caro factū est. Et ideo si multi loquant̄ de verbis dei statiz habitat ibi verbū dei. s. xp̄s dei filius: vñ ipse dicit Mat. xviij. Ubi sunt duo vel tres cōgregati in noie meo: ibi sum in medio eoruz: dixit cōgregati in noie meo. Sed qd̄ est nomen suū d̄r ꝙ verbū dei. vñ Apoc. xix. Uocabat̄ nomē eiꝰ verbū dei: ⁊ ideo tales loquētes de verbis dei loquuntur in noie eiꝰ. Sed quare dixit duo vel tres d̄r ꝙ in omni or̄one vel bono verbo sunt tres vel duo: qꝛ si sint multi reducuntur ad duos vel tres. s. qꝛ dicūt horas bini: ⁊ aliquis puer cantat in medio: ita etiam si est vnus solus sunt etiam duo: scilicet lingua loquens et cor aduertens: al's nō esset bona oratio: ergo prouideamus vt bene loquamur: aduertendo cum christus sit presens. Unde legitur de beato Martino ꝙ dicendo horas semper tremebat: sciens christum esse presentē. Et ideo in quocunq̄ tractatu siue matrimonij: siue pacis vel alio faciamus vt xp̄us sit nobiscum semper dicendo verum: qꝛ al's xp̄s non esset in medio: ꝑ aliqua em̄ pace tractanda: aut pro aliquo negotio alio non dz dici mendaciuz nec imisceri aliqua falsitas: ⁊ ita xp̄s habitabit in tali cōsilio. vñ Prouer. viij. Ego sapientia habito in ꝯsilio ⁊ eruditis intersum cogitationibus. Uñ nota exēplū de quodam magr̄o scholariū instruentiū bñ pueros dicēdo ne mētirent̄ ⁊ ne garrularent: sed dicerent verba honesta. Qui cum iuisset extra: dimissis pueris veniens postmodum volēs videre si facerēt ⁊ dicerēt aliqua verba cū essent in quodā prato ī circuitu vidit xp̄m in medio illoꝝ vt iuuenem eos osculantē: post venit vnꝰ scholaris magnꝰ ⁊ posuit se inter alios: ⁊ statim recessit xp̄s ⁊ venit q̄dā magnꝰ porcꝰ leuans caudā ⁊ dās anum ad osculādū. Tunc magr̄ iratus venit ad pueros petēs ab eis si viderāt aliq̄d. Et q̄d dicebāt in principio: ⁊ q̄d postq̄ꝫ ille magnꝰ venerat. Qui dixerunt se nihil vidisse: sed in principio sensierunt magnum odorem: ⁊ loquebantur de miraculis ⁊ exemplis auditis in sermonibus. Postq̄ꝫ vero ille magnus venisset sensierunt magnuz fetorem. Et dicebat ꝙ veniebat de lupanari: tunc cognouit magister ꝙ bene loquebantur verba dei: ⁊ ꝙ xp̄s erat cum eis. ¶ Quarta habitatio dei est cōitas bñ cōcordās: vbi sciendū ꝙ oīs cōitas est: vel politica: vel. s. pluriū sicut in ciuitate: vl' est yconomica sicut in familia alicuiꝰ hospitij: vel est ethica. s. cōitas vniꝰ corporis in quo sunt plures sensus. s. visus: auditus ⁊c. Etiam sunt plura membra. Si autem in qualibet istarum communitatum sit pax ⁊ bona concordia: tunc christus habitat in illa: vnde auctoritas de vtrisq̄ p̄s. lxxv. Et factus est in pace locus eius et habitatio eius. Faciamꝰ ergo taliter vt sit inter nos communis cōcordia ⁊ viuamus in pace. Sed sciendū ꝙ triplex est modus pacis: primo cū deo: secundo cum proximo: tertio cuz seipso. Unde oportet ꝙ sit pax inter carnez ⁊ spiritum: ad Gala. v. Caro concupiscit aduersus spiritum: sp̄us aduersus carnem hec em̄ sibijnuicem aduersat̄: si em̄ sp̄us dñet̄: tūc est pax ⁊ poterit dici pacē habebit tabernaculū tuū. Job. v. Sp̄us enim

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

locū tenet dñe ⁊ caro ancille. Et si sit concordia oportet spiritū dominari: vñ beatus Bernardus. Non licet ancillā dñari et dominā ancillari. Secunda pax est cū proximo scz supportare alios. s. vir vxorē et econtra: socius sociū: vicinus vicinū: ⁊ ita de alijs: vñ ad Rom̄. xij. Pacē habete cum oibus. Tertia pax est cū deo. s. propter tribulationes ⁊ aduersitates quas ipse dat nō tristari sed habere patientiā: vñ deus dat illas qm̄ regula est in theologia: ꝙ omnia siue bona siue mala ꝓcedunt a deo: vel effectiue vel permissiue: vñ Eccli. xj. Bona ⁊ mala vita pauptas et honestas a deo sunt: habeamus ergo pacē cum deo in tribulationib⁹: sicut habuit Job. vide historiā Job. j. Intelligit autem ꝙ deus dat mala pene vel culpe. Cum ergo habebim⁹ tribulationes aut infirmitates habeamus patientiam: et ideo dicit ipsemet Job. xxij. Acq̄esce igit ei: ⁊ habeto pacem: ⁊ per hec fruct⁹ optimos habebis: rogemus dñm vt ⁊c.

¶ De tribus hierarchijs que sunt in paradiso. Distinctio. lxxxv.

Hierarchie tres sunt in paradiso.

Prima est angelorum obsequentium.

Secunda est angelorū presidentium.

Tertia est angelorum assistentium.

Similiter in iferno sunt tres platee siue Hierarchie: vñ illi angeli qui ceciderūt de superiori Hierarchia sunt in infima parte. Medij in media: et infimi sunt in superiori parte inferni. Sicut enim maiorem habebant excellentiam in paradiso: tanto maiorem habent penam in inferno ⁊ sunt iferiores. ¶ Prima ergo hierarchia siue platea ꝑm modū loquendi beati Jo. Apocal. xxj. qui vocat eas plateas dicēs. Platee ciuitatis aurū mūdū tanq̄ vitrū perlucidū est angelorꝝ obsequiū. Unde sciendū ꝙ quilibet nostrum habet vnū angelū bonū vt custodiat eū a diabolo: et ista vocant obsequētes vel ministrantes: quorū Raphael est capitaneus. Itē quelibet ciuitas habet vnum angelū ad regimē: ⁊ isti sunt de alia platea quorū princeps est Gabriel. Siliter quodlibet regnū ⁊ prouincia habet vnū angelum: ⁊ isti sunt de alia platea: quorꝝ princeps est Michael: vnde Dañ. x. Un⁹ de principibus primis venit in adiutorium mihi. Omnes em̄ isti sunt obsequētes ⁊ ministri. Testatur ergo apostolus ad Heb. j. dicens. Omnes sunt administratorij spūs in ministeriuz missi: ꝓpter eos qui hereditatem capiūt salutis. Et sciendū ꝙ in istis ordinib⁹ collocant penitentes. s. q̄ afflixerunt corpus ieiunijs vigilijs ⁊ abstinentijs: remiserunt iniurias: restituerunt famā: consiliauerūt se proximo: ⁊ receperūt corpus dñi: ⁊ sic de alijs: quādo enim tales moriunt ⁊ angelus videt ip̄m proximū morti: statim volat ad paradisum: ⁊ christus eum videns interrogat ipsuz q̄uis bene sciat: quare venis? vnde Dauid Ps̄. x. Dñs interrogat iustum ⁊ impiū. Tunc angelus dicit dñe ille homo quē mihi cōmiseratis est statim mortuus ⁊ fecit penitētiam: ideo mittatis ei societatē. Tunc dicūt angeli q̄ assunt: dñe mitte nos. Esaie. vj. Et hoc dicunt propter amorem quem habēt ad nos. Siliter parentes illius q̄ mortuus est petunt a dño vt et ipsi descendēt obuiam cū angelis. Tunc beata v̄go Maria dicit: dñe mi fili bene erit factū mittatis eos. Tūc xp̄s precipit angelis vt descendant: aīa vero morituri videns angelos miratur ⁊ dicit. O angeli quō descendistis mihi misere obuiam. Et ipsi angeli capiunt eā ad modū sponse in die nuptiarū: ipsa vero verecūdatur et gaudet sicut spōsa: ⁊ ita portāt eā ad paradisuz: prout testatur christus de quodam mendico qui fecerat penitentiā. Luce. xvj. dicens. Factū est vt moreretur mēdicus et portaret ab angelis in sinu abrahe: non enim dicit ab angelo: sed ab angelis. Et tunc quādo ip̄a est in paradiso in prima hierarchia sunt filij gaudētes ⁊ dulcissime cantātes ⁊ omnes qui ibi sunt: vnde christus Luc. xv. Dico vobis ꝙ gaudiū est in celo corā angelis dei sup vno peccatore penitētiam agente: econtrario est in dānatis qui nolunt penitere: quoniā

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nolunt conteri cõfiteri: agere penitentiã et si confiteãtur amore mundi: eligũt cõfessorem idiotã ꝛc. Et quando tales sunt prope mortem: anima nõ vult exire corpus: sentiẽs iudiciũ suũ prope esse: sicut est de incarcerato quãdo custodes eius vocãt eum dicẽs ꝙ festinet qꝛ iam sedet iudex qui statim condẽnabit eum: talis enim nõ vult exire nisi per vim: ita est de anima mala: diabolus autẽ eius vadit subito ad infernũ: petẽs societatẽ a Lucifero ad afferẽdum illam miserã aĩam. Tũc veniũt demones ad obitũ. Anima vero videt eos: sicut em̃ est de vitriculis existentibꝰ coram oculis qui faciunt apparere fila que vident̃ eiusdẽ coloris cuius sunt vitriculi: ita est de aĩa quoniam existẽs in corpore nõ potest videre corporalia: sed sunt ibi demones multi: et non nisi vnus angelus bonꝰ qui rexerat illã in hoc mũdo. Tũc demones illudũt bonum angelũ dicentes. Recede recede qꝛ aĩa ista est nostra: ꝛ ideo aĩa exuta a corpore bonus angelus volat ad paradisum: demones aũt statim ponunt cathenã in collo eius: quoniã mẽbra habet spiritualia. Anima vero clamat terribiliter: ꝛ qñ incipit videre penas inferni timet intrare: sed demones cõpellunt ip̃am intrare in illis penis: ignis ꝛ sulphuris calidissimi ꝛ fetidissimi. vñ Apoca. xvj. Estuauerunt hoies estu magno: et blasphemauerunt nomen dñi habentis potestatẽ sup has plagas nec egerunt penitẽtiam: vt darẽt illi gloriam: pone practicam super auctoritate beati Jo. dicit enim: estuauerũt estu magno: vnde luxuriosi qui sunt igne luxurie calefacti estuabuntur igne inferni qui hic tãtum calent in pctõ illo ꝙ volũt excusare peccatũ dicẽtes: ꝙ simplex fornicatio nõ est peccatum: dicẽtes quid ad deũ si mulier non habet maritũ nec ego vxorẽ: ꝛ faciamus illud: vere tale peccatũ est ac si violaret filiã regis sui mulier aũt est filia christi per baptismũ: et talis luxuriosus violat filiã regis sui: ergo caueatis cum excusant se per leges imperiales: que hec nõ puniunt: lex aũt christi nõ vult sed puniet eos. ad Roma. ij. Quicunq; enim in legẽ peccauerit per legem iudicabitur. Item aliqui dicũt ꝙ peccare per semetipsum nõ est peccatũ. Sed tamen est tale peccatũ sicut si quis cũ corporali aut cũ calice vellet tergere posteriora vel proijcere in cloacã: et tale peccatũ maius est q̃ peccare cuꝫ matre sua: eo ꝙ est peccatum contra naturam. Item caueant homines ne committant adulteriũ: quoniã iam cõmittunt secrete: ꝛ est heresis: quoniã est figura matrimonij diuinitatis cum humanitate: ꝛ qꝛ vir et vxor non sunt duo: sed vna caro. Matth. iij. Similiter diuinitas cum humanitate: vnus est christus. Item de cõpaternitate dic quõ fiunt cõpatres ꝛ cõmatres vt possint adinuicem melius fabulari. ¶ Secũda hierarchia est angelorum presidẽtium: vnde aliqui habẽt presidẽtiam cõtra demones: ꝛ isti vocantur potestates. Alij habẽt presidentiã super corpora celestia sicut super solẽ ꝛ lunam qui habent ea mouere: ꝛ isti vocant̃ virtutes. Alij habent presidentiã sup alios angelos: ꝛ isti vocantur dominationes: vnde oẽs boni presidentes in hoc mundo: sicut sunt prelati: iudices: principes: rectores populi vadunt ad illam hierarchiam: dic practicã si bene rexerint: puta si penitẽtierint sortilegos ꝛ incãtatores: laborãtes in die dñica ꝛc. Similiter prelati qui habuerũt prelaturã per puram electionem qui intrauerunt per ostium: vnde Joã. ix. Qui non intrat per ostiũ in ouile ouium: sed ascendit aliũde ille fur est ꝛ latro. Itẽ qui bene gubernãt populũ: ꝛ sic de principibus. Tales em̃ quando moriuntur angelus ascendit ad celũ gaudẽs. Alij autem vidẽtes eum dicũt. Tu debes portare bona noua dicit ille: sic facio. Tunc illi interrogãt que ille noua dicit: dicit ꝙ prius dicet Christo et si velint audire sequãtur ipsum. Tũc v̄go Maria dicit quãdo est ante xp̃m: tu debes portare bõa noua dicit ille: domina benedicta ita. Tũc incipit dicere vitam illiꝰ. Maria virgo audita vita dicit christo ꝙ mittat angelos: quia nouum erit: quoniã multi anni sunt ꝙ nullus prelatus intrauit paradisum. Anima autem illa delata in paradisum gaudẽt angeli:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

iuxta illud Esa.lj. Gaudium ⁊ letitia inuenietur in ea: gratiarū actio ⁊ vox laudis: per contrarium est de talibus quando dānātur. Unde legitur exemplum de Theobaldo qui iuit ad infernum: ⁊ erat eps Bethleem: vnde durissime cruciant presules in inferno: ꝑm illud quod dicit Sap.vj. Iudicium durissimū in his qui presunt fiet potētes autem potenter tormenta patientur: fortioribus aūt fortior instat cruciatus in hoc qd dicit durissimū est. Notādum propter comparationem quia habemus durum durius durissimū: vnde aliqui sunt presidentes supra domū ⁊ familiam suam: ⁊ tales si dānantur habebunt iudiciū durum scꝫ illi qui non gubernauerūt domum de proprio: sed de alieno et vsura: tales em̄ cogitāt ꝙ bona que tradūt ad vsuram sint sua: ⁊ tamen sunt dei: quoniā om̄ia sunt christi. Et ideo debēt dicere: sic nos existimet homo: vt ministros christi ⁊ dispensatores.j.ad Cor.iiij. Alij habent duri⁹ iudicium.s. rectores ciuitatum qui non prouident super malis que fiunt in ciuitatibus. Ideo dicit potentes potēter ⁊c. Prelati vero ⁊ principes iudicium durissimū habebūt: de quib⁹ dicit auctoritas.

¶ Tertia hierarchia est angelorum assistentiū ⁊ in hac sunt Throni: Cherubin: et Seraphin: Cherubin idē est ꝙ plenitudo scientie: Seraphin quasi ardēs in charitate. Et ad istam hierarchiam vadunt illi qui tenent vitā aplicā sicut religiosi. Pone practicā vt supra de angelo qui fecit reuelationeꝫ de bono religioso qui nō habuit nisi vnam tunicam: iuxta illud Matth.ij. Neqꝫ duas tunicas habeatis: vnde due tunice sunt necessitas ⁊ superfluitas: quoniā bene potest habere duas vel tres sꝫ nō ꝙ sint sibi necessarie ad deferēdū insimul super se: sed modo portare vnā ⁊ dimittere aliam in camera: tales deferūtur super thronos: vnde Luc.xxij. Sedebitis ⁊ vos sup̄ thronos: sed per cōtrarium est in malis religiosis qui nō tenuerūt vitam apostolicam qui delectauerunt se in delicijs: isti enim collocabuntur in infima parte inferni. Qm̄ vt dicitur Sap.v. Uidentes turbabūtur timore horribili ⁊ mirabuntur in subitatione insperate salutis gemētes pre angustia spiritus dicentes intra se: penitentiam agentes: ⁊ pre angustia spiritus gementes: ⁊ sequitur infra. Errauim⁹ a via veritatis ⁊ iustitie: lumen non illuxit nobis: ⁊ sol intelligentie non est ort⁹ nobis. Uñ nota exēplum in vita sancti Macharij qui vidit caput infidelis q̄ dixit Christianos esse in ꝓfundo loco inferni: ergo caueat vnusquisqꝫ vt faciat bonum: ⁊ sic erim⁹ in gaudio illo: de quo dr̄ Act. viij. Factum est gaudium magnum in illa ciuitate.s. celesti ex receptione animarum et collocatione in aliqua: iam dictarum hierarchiarum. Ad quod gaudium nos perducat saluator noster ⁊c.

¶ De quattuor conditionibus hominū qui statim ingrediuntur paradisum.

Distinctio.lxxxvj.



Ingrediuntur statim paradisum quattuor conditiones hominum scꝫ

Innocentes baptizaliter.
Obedientes integraliter.
Patientes virtualiter.
Patientes martyrialiter.

¶ Prima conditio eorū qui statim ingrediūtur paradisum: est illorū qui sunt innocētes baptizaliter.s. paruuli baptizati in statu innocētie morientes. Et siliter adulti nouiter baptizati anteq̄ peccent mortaliter: actualiter moriētes: isti nāqꝫ moriētes statim volant ad paradisum: ⁊ inueniūt portam apertā cū sint filij dei: et qꝛ sunt geniti in vētre sponse sue.i.ecclesie: cui⁹ semen est verbū dei. Luc.viij. cū dicit sacerdos. Ego te baptizo in noīe patris ⁊ filij et spūssancti: vñ Jo.j. Dedit eis potestatē filios dei fieri: isti em̄ inueniūt portam apertā: qd ostēdit sacra scriptura in baptismo christi cū dicit Mat. iij. Baptizatus autē Jesus cōfestim ascēdit de aqua: ⁊ ecce aperti sunt celi. Nota ꝙ dicit ascendit ⁊c. Et est dubium vtrum christus post baptismū ascendit in gratia vel virtute ⁊ dignitate: dicendū ꝙ nō. Sed dicitur illud ad ostendendū ꝙ quicūqꝫ baptizatur ascēdit in tāta dignitate

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

q̄ in maiori non potest ascēdere: quia fit filius dei: ideo propter nos dicit ascēdit quia quecūq; scripta sunt: ad nostrā doctrinam scripta sunt. ad Roma. xv. Item dicit aperti sunt celi: non tamen Christo qr semper erant ei aperti: quoniā omnia nuda ⁊ aperta sunt oculis eius. ad Heb. iiij. Sed dicitur propter nos: qr aperiuntur nobis celi post baptismū cum prius essent clausi: ⁊ ideo precepit christus Petro ianitori ⁊ Michaeli ne impedirēt nec interrogarent paruulos dū venirent ad portam paradisi dicēs. Mat. xix. Sinite paruulos venire ad me: talium enim est regnum celorum. q. d. nō molestetis eos quando veniēt ad portam paradisi: nec faciatis eos expectare sed statim permittatis eos intrare: ⁊ subdit rationez: quia talium est regnum celorum: et quare? qr sunt filij ⁊ si filij sint et heredes ipsius regni. Cum paulus dicat ad Rom. viij. Si filij ⁊ heredes: heredes quidē dei: coheredes autem christi. Sed cū dicat q̄ paruulorum est regnum celorū? quid ergo dicemus de magnis: dicitur q̄ bene intrāt: sed pauci propter peccata que committunt: et ideo super illo verbo: talium est enim ⁊c. dicit Remigius: tanta est labes criminum in humano genere q̄ maior pars saluādorum dicitur esse paruulorū. Cui etiam bene concordat beatus Grego. in. iiij. lib. dialo. c. xj. dicens sic in forma. Cum humanū genus multis ac innumeris vitijs sit subiectum Hierusalem celestis: maximā partez ex paruulis vel infantibus arbitror posse compleri. O quā terribile et formidabile est illud verbuz nobis adultis quoniā pauci intrant: quoniā pauci sunt qui non sint superbi vel luxuriosi vel in aliquo peccato mortali inuoluti: ⁊ tales nisi per penitentiam impossibile est ingredi paradisuz. Sed tamē paruuli statim ingrediuntur et ideo nō sunt flendi post mortem: ideo dicit Paulus. j. ad Thessal. iiij. Fratres nolumus vos ignorare de dormientib⁹ vt nō cōtristemini sicut ⁊ ceteri qui spem nō habent: ergo bene possumus dicere. Sinite puulos venire ad me ⁊c. ¶ Secūda cōditio eorū qui statim ingrediuntur paradisum est obedientiū qui si teneāt ⁊ obediant mandatis integraliter statim post mortē volant ad paradisum: ⁊ ratio est: qr sunt amici dei: dicit nanq; talibus ipsemet christus Joā. xv. Uos amici mei estis: si feceritis que ego precipio vobis: illi ergo qui seruāt mandata dei: sunt ei⁹ amici que leuiter possunt seruari: qr non sunt grauia. j. Jo. v. Mandata eius grauia non sunt: vnde leue est tenere primū scz non ire ad sortilegos aliqua de causa Itē scdm leue est non iurare in vanum: ⁊ ita de alijs. Qui facit autem contrarium nō est dei amicus sed inimicus: faciam⁹ ergo taliter q̄ simus amici dei: et ita erit nobis aperta ianua paradisi: sicut quilibet amico suo caro: posito q̄ discūbat in mēsa facit aperire portam cum gaudio: ita christus audiēs pulsari in porta illū qui tenuerit eius precepta: statim precipit ei aperiri ⁊ discūbere cum illo in mēsa sua: vnde ipsemet christus dicit Luce xxij. Dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum vt edatis ⁊ bibatis super mēsam meam in regno meo: ergo clarum est q̄ illi qui sunt obedientes et vt amici veri: statim intrant paradisum: vnde Joā. in Apoca. illud vidit cū dicit. Qui habet aures audiendi audiat: quid spiritus dicat ecclesijs. Istud est vltimū verbum tertij capituli. ⁊ in. iiij. c. sequit. Post hec vidi: et ecce ostium apertum in celo: et clarius dicit Matth. vij. Qui facit volūtatem patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. ¶ Tertia conditio eorum qui statim ingrediūtur paradisum est penitentium: ⁊ virtualiter eorum scilicet qui post amissionem innocentie peccauerunt: et post penituerunt cum contritione et proposito non redeundi: et confessione ⁊ satisfactione: vide auctoritates alibi supra allegatas: talibus enim patebit celum. Unde Christus. Matth. iiij. Penitentiam agite appropinquabit em̄ regnū celoꝝ: Dicit appropinquabit: quia pro aliquo peccato mortali elongatur: quis a deo et a suo regno: et possibile est q̄ quis erit procul per decem milia dietarum: attamen in quattuor passibus poterit esse iuxta

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

deuz: vnde dicũt phi ꝙ eadẽ est via athebis ad athenas: ⁊ a athenis ad thebas. Sed non est ita a deo per peccatum ⁊ a peccato ad deum vt dictũ est sed in quattuor predictis statim fit quis iuxta deũ. Unde Ezech. j. Cuz essem in medio captiuorum secus fluuium Chobar aperti sunt celi ⁊ vidi visiones: dicit cuz essez in medio captiuorum. Ubi sciendum ꝙ due sunt captiuitates: scz prima peccatũ mortale: ⁊ scda pena inferni. Prima ergo captiuitas est peccatum mortale quod ligat peccatorem ꝓut testatur sacra scriptura Prouerbio. v. Iniquitates sue capiunt impium ⁊ funibus peccatoꝝ suorum constringitur. Mediuz autem istarum captiuitatum est penitentia: qꝛ penitentia impedit ne quis de captiuitate peccati mortalis vadat ad aliam captiuitatem: scz ad penam ĩferni: ideo dicit cum essem in medio captiuorum siue captiuitatum: scz in penitentia: dicit secus fluuium chobar ꝑ quem intelligitur baptismus: ⁊ ille est iuxta fluuium chobar scz baptismum qui est baptisatus ⁊ post baptismũ peccauit. Sciendum ꝙ aliqui sunt cõtra fluuium chobar sicut iudei: ⁊ infideles: ⁊ talibus non ꝓdest penitẽtia quia nõ sunt iuxta fluuium chobar: sed cõtra. Alij sunt infra sicut illi qui baptisantur: ⁊ sũt in statu innocẽtie ⁊ tales nõ indigent penitentia attñ prodest penitẽtia illis qui sunt iuxta: scz baptisatis: sz ꝑctõrib⁹. Et post sequitur vidi visiones dei in celo. ¶ Quarta conditio illoꝝ qui statim ingrediuntur paradisum est patientium martyrialiter. s. illoꝝ qui ꝓ fide vel iustitia patiunt martyriũ: talibus enim apertũ est celum ꝙ ostensum fuit in primo martyre noui testamenti: scz in beato Stephano qui exñs in martyrio dixit Act. vij. Ecce video celos apertos ⁊ filium hominis stantem a dextris virtutis dei: et iõ dixit xp̃s Mat. v. Beati q̃ persecutionez patiũtur propter iustitiã quoniam ipsorum est regnum celorum. Nota ꝙ dicit ꝓpter iustitiam non ꝓpter fidem. Ad denotandum ꝙ pro qualibet virtute potest quis effici martyr. vide ad plenum alibi ⁊c.

¶ De igne cõflagratorio et de rationibus seu causis propter quas veniet.

Distinctio. lxxxvij.



De igne conflagratorio sunt quattuor videnda scilicet.

Primo rõ quare veniet.

Scdo practica quõ erit.

Tertio tribulatio quam infliget.

Quarto effectus quem dimittet.

¶ Primo ergo videnda est ratio quare veniet. Ratio est sicut dicunt oẽs doctores in quarto sentẽtiaruz: ignis ille incendet vt purificet alia elementa corrupta per nos: primo terraz que corrupta est ꝓter cõuersationem: ⁊ ambulationez nostrã: ⁊ alia aquã propter nauigantes in ea: aerẽ silr q̃ corruptus est ꝓpter anhelitũ ⁊ respirationez nr̃am: vnde si aliquod pctm̃ fiat in hoc mũdo si fiat v̄bo elementũ aeris corrũpit in tãta distãtia in quãta põt audiri. Silr si fiat ope corrumpit q̃tũ põt videri: vñ dr Joel. j. Cõputruerũt iumẽta in stercore suo: iumenta. i. hoĩes in stercore suo. i. in pctis q̃ fecimus: nos em̃ sum⁹ bruta quia non vtimur ratione differentia enim separans hoĩem a brutis est rationale: ⁊ nos non vtimur illa differentia ergo sum⁹ bruta: vñ aliqui sũt leones per sup̄biã: aliq̃ vulpes per auaritiã: aliqui asini ꝑ accidiã. Alij canes ꝑ inuidiam: aliqui lupi rapaces ꝑ gulã. Alij porci ꝑ luxuriã. Alij serpẽtes ⁊ vipere ꝑ irã qui mordẽt dum tãgunt. Et possumus vocari iumẽta: ergo merito põt dici. Computruerũt iumenta ⁊c. Et diceret aliq̃s si illud est verũ sentiret fetor ille. Dicitur ꝙ nõ ꝑ similitudinẽ mãgonis qui nõ sentit fetorem stabuli. Si aliquis aũt nobilis qui consueuit stare ĩter aromata ⁊ bonos odores ĩgrediatur stabulum nõ põt durare: nec stare ibi propter fetorez. Similiter de piscibus maris qui nõ sentiunt aquã salsam eam bibentes. Si aũt piscis aque dulcis ponatur in mari statim moritur: ita est de nobis nutritis in hoc mũdo ⁊ sanctis paradisi. Pro quo nota exemplum in vitispatrum de quodã heremita: ⁊ angelo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

fuo incedentibus per viam qui inuenerunt mortuum quasi sex dierū quem heremita vitauit: angelus vero odorauit: ipsis vero vltra procedētibus inuenerunt quēdā speciosum iuuenem cantantem quem angelus vitauit: & heremita congratulatus est propter eius pulchritudinem. Cum autem angelus venisset ad heremitā petijt ab eo heremita quare ita fecerat. Cui dixit angelus qz mortuus in fine vite cum occideret̄ a latronibus penituit eum maxima contritione cuius virtutes redolent: sed peccata illius iuuenis fetent: quare non poterā sustinere: ita heremita non sentiebat fetorem peccatorum in hoc mundo commissorū cum esset nutritus in eo q̄uis sanctus esset. Et ideo si non purificaretur iste mundus posset dicere christo ei⁹ mater. O fili in tantum fetorem duxisti me. Item potest dari exemplum de aliquo qō tenetur in aliquo loco fetido ꝛc. ita fiet de hoc mūdo fetido: quia veniet imperator & rex christ⁹: vnde Hier. xxxij. Ecce dies veniunt dicit dñs & suscitabo Dauid germē iustum: & regnabit rex et sapiens erit: & faciet iudicium et iustitiam in terra. Vocat christum filiū Dauid quia fuit de eius linea descendens per generationem quez suscitabit deus pater in iudicio non q̄ modo dormiat: ꝛ videtur dormire cū non puniat peccatores. Apparet enim q̄ non videat peccata: vnde quis superbit rapit iniuriatur iurat blasphemat: breuiter illos non punit christus adhuc. Sed suscitabitur in die iudicij: quoniam vocabit peccatores eos vituperādo de homicidio alios de luxuria alios: de iuramētis & blasphemijs: illi autem excusabunt se dicentes q̄ credebant ipsum dormire. Et de blasphemijs q̄ credebant ipsum esse surdū: dicet tunc christus. Tu vides mō si ego vidi & audiui: & ita suscitabitur cūctis cognoscentibus. Sequitur faciet iudiciū & iusticiam in terra: purificari ergo habz mundus iste per elementum non corruptum: vnde Malachias ꝓpheta tertio capᵒ. qui fuit vltimus ꝓpheta veteris testamenti dicit, Ecce veniet dicit dominus exercituz. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius. & quis stabit ad videndum eum: ipse enim quasi ignis conflās & quasi herba fullonū. Et sedebit cōflanset emundās: dicit quis poterit cogitare diem aduentus eius q̄ intelligitur determinate q̄ scitur indeterminate q̄ erit cito: dicit quis stabit ad videndum eum quoniā ille ignis solo visu terrebit hommes adeo q̄ statim morientur. Et ista est ratio quare fiet cō flagratio. ¶ Scōo videndum est qñ fiet illa cōflagratio. ꝓo q̄ nota q̄ post mortem antichristi qui occidetur per ignem vt patet Ezechiel. xxxviij. Et post durabit mundus per. xlv. dies & non vltra vt patet per Danielem capᵒ. xij. sui libri a tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium & posita fuerit abhominatio. In desolationē dies mille ducenti nonaginta btūs qui expectat & puenit vsq̄ ad dies mille trecētos triginta q̄nq̄. Istud enim reuelauit angelus gabriel: remouebitur enim iuge sacrificium: quia nullus audebit sacrificare in ciuitatib⁹ & publice: sed tamen bene secrete in heremis & desertis: sic nō durabit nisi p. xlv. dies. Et ista dicit Nicolaus de lira super illud verbum Matth. xxiij. Statim autē post tribulationez dierū illoꝝ. & allegat Danielem vbi supra. Et est sciendum q̄ in illis. xlv. diebus tot⁹ orbis reducetur ad fidem christi. Et illud dicit Ezechiel in. xxxix. capᵒ. Sed tñ q̄uis omnes reducantur ad fidem non tamen omnes ducentur ad bonam vitam sicut nec hodie cum sit firma fides non tamē est bona vita in omnibus ita erit in diebus illis: quia propter ea que videbunt credēt firmiter: sed quia antichristus dimiserit eos ita repletos: diuitijs et carnalib⁹ complacentijs et desiderijs non ducent bonaz vitam: vnde religiosis erit graue reuerti ad monasterium: & viuere ꝑm regulaz: & sic de alijs: et tunc stabunt in magna prosperitate: et ducent vitaz & cantabunt: & letabuntur: vt patet Luc. xvij. Et statim subito ignis ille incendetur in quattuor angulis terre. primo incipiendo in oriēte in meridie quousq̄ cir-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

euerit totum mundum: ⁊ ita incendendo faciet magnos sonitus maiores qui buscũq; clãgoribus tubarum: ⁊ bõbardaruz siue vomi petrarum ꝙ audientes illi qui tripudiabunt: ⁊ cantabunt ⁊ letabuntur statim admirãtes ascendent sup montes ⁊ turres ⁊ rupes alto modo ad videndum quid hoc est: ⁊ videntes tantum ignem timebunt et dolebunt et dimittẽt dancias: ⁊ gaudia que ducebant. Et ideo dicebat beatus Paulus prime ad Thessalo. v. Fratres nõ indigetis vt scribam vobis ipsi enim diligenter scitis: quia dies domini sicut fur in nocte ita veniet cum enim dixerint pax ⁊ securitas tunc repentin⁹ eis superueniet interitus: sicut dolor parturientis: ⁊ nõ effugient: dicit dies domini ad remouendũ errorem aliquorum dicentiuz ꝙ per naturalem cursum veniet ignis ille scilicet propter siccitatez precedentiuz per xl. annos. Et ideo ad remouendum illum errorem dicit dies domini non dies nature. Et ideo nõ confidant homines in arcu celesti: quia q̃uis magister hystoriarum et aliqui sancti dicant ꝙ per xl. annos ante iudicium non apparebit dicunt illud recitatiue vel opinatiue: veniet enim sicut fur qui secrete intrat domum ⁊ furatur: ⁊ post furtum illi de domo sentiẽtes: clamant ad latronẽ ad latronẽ ita veniet ille ignis q̃ sueniet dormiẽtes in delitijs mũdanis ⁊ peccatis. Ergo nota ꝙ non erit tanta siccitas quia nullum bonum esset in mundo. Et ista est auctoritas noui testamenti. Sed in antiquo testamẽto est alia: vnde Dauid p̃s. xcvj. Ignis ante ipsum precedet et inflammabit in circuitu inimicos ei⁹ illuxerunt fulgura eius orbi terre vidit ⁊ cõmota est terra: dicit inflammabit inimicos eius non tamen illos de quibus ipse dixit Jo. v. Uos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis. Sed illos de quibus ip̃e christus loquitur Luce. xix. Inimicos meos dico illos qui noluerunt me regnare super se. Sequitur in illo versu illuxerunt fulgura eius ⁊c. quia ille ignis veniet ad modum fulguris properãter ⁊ velocius q̃ ventus vel aqua torrentis et cremabit aliquando montem aliquando domum aliquando homines. Quod videntes illi qui erunt adhuc procul plangẽt dicentes: vidistis ne talem inimicum meum: quoniã vellent pacificari: et auarus vellet reddere vsuram peccator queret sacerdotem ꝓ confessione: religiosus priorez vt videat constitutiões ⁊ regulã. Simoniacus q̃ret papam vt renuntiet beneficio: sacerdotes breuiariũ vt emendent officium ⁊ sic de alijs: tales enim penitebũt: sed nõ erit fructuosa penitentia: sed infructuosa: ita ꝙ verificabitur illud Sapiẽtie. v. Uidentes turbabuntur timore horribili ⁊ mirabuntur in subitatione insperate salutis. Et bene dicit infra nos in malignitate nostra consumpti sumus. Sequitur in alio versu eiusdẽ p̃s. Montes sicut cera fluxerũt a facie domini: a facie domini omnis terra: vnde fluent a facie ignis quemadmoduz flueret vna parua cãdela in aliquo magno igne. Et ita breuiter nullum elementatum remanebit in mundo. Sed tantum pura elementa. Cogitemus ergo hic quãtus dolor erit illis hominibus qui cor suũ posuerunt in mundanis: vñ nobiles et diuites qui emerant villa ⁊ castra aliqua plangent ⁊ dicent O miseri quid faciemus quia castra illa que emeramus sunt combusta: et ita de alijs imobilibus bonis. Similiter illi qui habebãt plura animalia boues ⁊ oues ⁊c. dicẽt O miseri ⁊c. Similiter dñe q̃ habebant iocalia pulchra ⁊ preciosa plangent ⁊ dicẽt O misere. Similiter illi qui edificauerũt pulchra palatia domos aulas et cameras: ⁊ non edificauerunt vnam paruam cellam in paradiso plangent ⁊c. Considerem⁹ ergo si debet apponi cor in istis terrenis ⁊ mundanis que omnia habent cremari: quoniam quanto aliquis magis dilexerit mundum tanto in eo maior erit tristitia illi vero qui apposuerũt cor i hoc mũdo nõ dolebunt: sed gaudebũt: ergo aliq̃ flebunt: et alij gaudebũt: vnde Dauid p̃s. lxiiij. Turbabuntur gentes: ⁊ timebunt qui habitant terminos a signis tuis: vñ dicit timebunt; scz finẽ mundi que tunc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

erit ita turbabuntur illud est pro malis. Sed pro bonis sequitur exitus matutini ⁊ vespere delectabis: dicitur a signis tuis: vnde ista signa erunt de quibus dicit christus Luce vigesimoprimo. Erũt signa in sole ⁊ luna ⁊ stellis ⁊ i terris p̃ssura gentiuz pre confusione sonitus maris: ⁊ fluctuum tunc enim erunt completa illa signa euangelica quando veniet ille ignis in terra et erit pressura gentium pre confusione sonitus maris: et fluctuum: quia sol non apparebit propter densitatem fumi ignis: dicit pre cõfusione sonitus maris: quoniam mare propter ignem exsurget: ⁊ sonabit ad modum olle bullientis propter nimium ignem ⁊ hoc pro malis: sed pro bonis dicitur exit⁹ matutini ⁊ vespere: ideo dicit exitus matutini: quia transibunt de hac nocte in lucem paradisi et glorie. Et vespere erit etiã: quia erit finis totius mũdi ⁊ tunc loquitur iusto. Tu delectabis.

¶ Tertio videnda est tribulatio quam infliget: pro quo notandum ꝙ ille ignis diuersas penas infliget exñtibus in hoc mundo scõm ꝙ sunt tres conditiones hominum. Quidã enim sunt boni perfecte mali peruerse siue enormiter. Medij communiter primi sunt qui non peccauerunt: ⁊ si peccauerunt fecerunt penitẽtiam condignam: et qui manserunt in desertis. Et isti moriuntur per ignez ad modum quinquaginta philosophorum conuersorum per beatam Katherinam: vnde illi boni vidẽtes ignem forte quãdo erit prope per leucam flectent genua dicentes. O domine scio quid vis quia animam meam: mitte ergo mihi angelum meum qui presentet animam meaz tibi. Tunc venient angeli qui visibiliter tunc apparebunt oculis hominum ꝑm qđ dicit beatus Gregorius super illud verbuz Luce vigesimoprimo. Uirtutes celorum mouebũtur: dicit ergo beatus Gregorius. Quid dominus virtutes celorum appellat nisi angelos ⁊ archangelos qui tunc visibiliter oculis nostris apparebunt. Alij sunt peruerse mali siue enormiter: et illis erit ignis ille principiũ doloris inferni quibus erit tanta pena ꝙ maledicent patrem et matrem diem ⁊ horam in qua nati sunt ⁊ penitebunt penitentia infructuosa qualis fit in inferno: vnde Dauid p̃s. [illegible]. Ignis ante ipsum precedet et inflammabit in circuitu inimicos eius: vnde illi dicunt̃ amici dei qui faciunt illud quod ipse p̃cepit Jo. xv. Uos amici mei estis si feceritis que ego p̃cipio vobis. Inimici vero dei sunt illi qui non seruant precepta ei⁹ sicut sunt sortilegi non colentes festa: et etiam plures mercatores: qui quando volunt facere aliquod cõputũ vel aliud negotiũ faciunt in die dñico: et iuratores: blasphematores et inobediẽtes patri ⁊ matri ⁊c. Alij sunt cõmuniter boni: scz qui non egerunt penitentiam cõdignam habuerunt tamen contritionem ⁊ istis erit ignis ille purgatorium quia post iudicium non erit purgatorium: et talibus incẽdetur id est coadunabit̃ in die illa pena eis debita in purgatorio ꝑ multa tempora: ⁊ sic erit eis purgatorium. Est autem vna auctoritas q̃ ista tria dicit: vnde prime ad Corinthios tertio. Si cuius opus manserit quod superedificauit mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur: ipe autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. Et malachias quarto. Ecce dies veniet succensa quasi caminus: et erunt omnes superbi ⁊ omnes facientes impietatem stipula ⁊ inflammabit eos dies veniens: dicit dominus exercituum qꝛ non relinquet radicem ⁊ germẽ eis. Sequitur pro bonis vobis aũt timẽtibus nomẽ meum orietur sol iusticie et sanitas in pennis eius. Dicit erunt oẽs superbi: ergo dicet aliquis non loquitur de auaris et luxuriosis ⁊ alijs peccatoribus dicendum ꝙ omne peccatuz est superbia. Superbia enim est non velle obedire suo superiori: et sic qui peccat non obedit deo qui mandauit non peccare: et sic est superbus: vnde dicit auarus. Ego habeo pecunias q̃uis de⁹ non precepit contrarium istud dicit cor de q̃uis non ꝓferat ore. Item luxuriosus. et ita de alijs pctis sicut de inuidia Itẽ de gula qꝛ de⁹ dicit ꝙ comederem⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

et biberemus moderate. Sicut aīal qđ semel bibit q̄uis biberit aquā lutosam non bibet amplius quantūcunq; inuitetur: ita nec nos debem⁹ facere. Et ita de ira ⁊ accidia in quib⁹ est superbia ⁊c. vñ Ecclesia. x. Initiū omnis pcti est superbia qui tenuerit illaz adimplebit maledictio. Dicitur in auctoritate q̄ oēs facientes iniquitatē stipula: vnde stipula quādo cremat clamat ⁊ post fit nigra: ita faciet ignis in malis quib⁹ non erit germen neq; radix sed bonis: dicit vobis autē timētibus ⁊c. dicit q̄ ignis ille erit bonus sicut sol oriēs: qm̄ sicut sol in ortu dat letitiā: ita ignis ille dabit letitiaz bonis. De illis qui sunt mediocriter boni dicit sanitas in pēnis eius: quia q̄uis patiātur in illo igne tñ christus erit sanitas in pēnis eius. s. in corpore ⁊ aīa que sunt due pēne ⁊ hoc erit in resurrectiōe.

¶ Quarto videndū est de effectu quem ignis ille dimittet: vbi sciendū q̄ oībus cōbustis remanebūt sola elemēta pura ⁊ nullū elementatū. Terra em̄ rotūda ad modū pomi erit clara ⁊ pulchra ad modum farine: vnde dicit beatus petrus in scđa canonica sua. c. iij. Adueniet autem dies dñi sicut fur in quo celi magno impetu transient. Elemēta v̄o calore soluētur: dicit sicut fur: qm̄ fur vidēs q̄ oēs dormiunt intrat domū ⁊ furat ⁊ alij nō sentiunt. Ita ignis ille veniet sicut fur quia inueniet hoīes dormiētes in pctis: dicit celi ⁊c. qr nō mouebunt amplius sed stabunt subito: dicit elemēta v̄o ⁊ cetera predicta: terra em̄ exuretur ⁊ quecūq; in ea sunt. vnde Apo. xxj. Vidi primū celū nouum ⁊ terram nouā. Primū em̄ celū ⁊ terra p̄ma abijt ⁊ mare iā nō est nō quo ad substantiā sed quo ad qualitatē. Cui cōcordat scriptura Eccl. j. Preterijt ⁊ generatio aduenit: terra vero in eternuz stat. Sed quere quare christus cremabit istū mundū cum in sex dieb⁹ formauit ip̄m ⁊ contēta in eo? stultus em̄ iudicaretur ille qui postq̄ edificasset vnū pulchrū palatium ⁊ ornasset multis ornāmētis post modum illud incenderet. Cū ergo deus formauerit istum mundū tam pulchrū ⁊ hoc per magnā sapientiā suā prout testatur Dauid p̄s. ciij. Quā magnificata sunt opera tua dñe oīa in sapiētia fecisti impleta est terra possessione tua. Ratio est qr s̄m philosophū acquisito termino ad quē cessat motus. Cū ergo deus formauerit istum mundū vt electi eius veniant ad suam gloriā: et cū post diem iudicij fuerit totuz completū ⁊ acquisitus terminus illius glorie ⁊ ciuitatis paradisi ad quā modo tendimus p̄ qua acq̄renda factus est: iste mūdus destruetur cum vltra non indigeamus. Est alia em̄ similitudo de rege qui ponēs obsidionē ante aliquā ciuitatē ordinat sibi tentoria ⁊ ordinat sibi carrerias. Sed postq̄ ceperit ciuitatē non curat ampli⁹ de obsidione ex quo habuit qđ optabat: sed leuat obsidionē ⁊ ponit ignē in tentorijs. Ita etiam xp̄s qui posuit mundū tanq̄ obsidionem p̄ habēdo. s. ciuitatē paradisi. vnde beat⁹ Paulus ad Hebre. vlti. Nō habemus hic ciuitatē manentē sed futurā inquirimus. Et ita post diem iudicij erunt elementa sicut prius in creatione: erat em̄ terra vacua: et ita erit post diem iudicij: et dicebat bñ Salomō Eccle. j. Quid est quod fuit? Ipsum qđ futurum est. Quid est qđ factuz est: ipsum quod faciendū est. Nihil sub sole nouū: nec valet quisq̄ dicere: ecce hoc recēs est Iam em̄ precessit in seculis que fuerunt ante nos. Et sic patet effectus quē ignis ille dimittet ⁊c.

¶ De sex que in extremo iudicio siue finali ⁊ gñali fient. Distin. lxxxviij.



In iudicio extremo siue finali ⁊ gñali fient sex que notantur in ista auctoritate Mat. xxv. in qua dicitur Cū venerit fili⁹ hominis in maiestate sua ⁊ omnes angeli eius cū eo: tunc sedebit super thronum maiestatis sue ⁊ congregabūtur ante eū omnes gentes ⁊ separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis et statuet oues a dextris: hedos aūt a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erūt. Venite benedicti patris mei possidete paratū vobis regnū a cōstitu-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tione mūdi. Esuriui em̄ ꝛc. Et his qui a sinistris eius erunt dicet. Discedite a me maledicti in ignē eternū ꝛ ibūt hi in supplicium eternū: iusti aūt in vitam eternam: in qua auctoritate notant̄ sex totā materiā iudicij cōprehendentia. Notat̄ em̄ primo pñtia iudicialis cum dr. Cum venerit filiꝰ hoīs in maiestate sua. Scdo societas solēnalis cū subdit̄ ꝛ oēs angeli eiꝰ cū eo. Tertio residentia tribunalis cum dr qꝛ sedet sup̄ thronum maiestatis sue. Quarto cōfluentia gñalis qꝛ cōgregabunt̄ ante eum oēs gentes ꝛ separabit eos ꝛ statuet ꝛc. Quinto snīa vniuersalis qꝛ dicet his qui a dextris eiꝰ erunt venite: ꝛ his q̄ a sinistris discedite. Sexto efficacia ꝑpetualis qꝛ ibunt hi in supplicium eternū: iusti autē in vitam eternā. Primo erit ibi presentia iudicialis: qꝛ cū venerit ꝛc. Ueniet em̄ vt rex magnus qꝛ nō veniet sicut in primo aduentu in quo fuit pauper: vnde cū Joā. baptista eum ostendisset iudeis dicens. Ecce messias saluator: ꝛ ecce agnus dei. Jo. j. dixerunt iudei. Nolumus hūc regnare sup̄ nos. Luc. xix. ꝛ hoc ꝓpter eius pauptatem et hūilitatem: de qua Esa. habet̄. In humilitate eiꝰ iudiciū sublatū est. q. d. ꝙ propter eius paupertatē noluerūt ipsi iudei acceptare in regem. Sed qñ veniet ad iudicium veniet vt rex in maiestate sua ita horrendus ꝙ celū ꝛ terra tremebūt. Lu. xxj. Uidebūt em̄ filiū hoīs veniētē in nube cum ptāte magna ꝛ maiestate: vñ tenebunt silentiū ad modū auiū garriētiū ꝛ ludentiū in quadā arbore que dū sentiunt falconem vel accipitrem venientē statim silent ꝛ nō ludūt nec garriūt amplius. Item mūdus cōparat̄ arbori que habet frondes in qua sunt aues q̄ sunt celi ꝛ elementa ꝛ corpora supra celestia q̄ propter suos motus faciūt in istis inferioribus gñare herbas flores ꝛ frondes ꝛ silr aues cōiungi in vere et separari in autumno ꝛ hoīes in eo ludūt ꝛ cantant: sed adueniente xp̄o in iudiciū statim oīa silebunt qꝛ celū amplius nō monebitur sed stabit fixum: sol ꝛ luna ꝛ elemēta nō mouebuntur amplius. Unde aer nō dabit ventum ꝛ mare non mouebitur: et sic erit tremēda illa dies: de qua dicit ecclesia orādo. Libera me dñe de morte eterna in die illa tremenda ꝛc. Et habemus remediū vt stemus fixi sup̄ duos pedes scꝫ dextrum ad firmā fidem: ꝛ sinistrū ad deuotā elemosynā: ꝛ sic nō timebimus. Uñ rogat btūs Greg. in orōne vigilie natiuitatis. Presta vt vnigenitū tuū quē redemptorem leti suscepimus: venientem quoqꝫ iudicem securi videamus. Scdo erit societas solennis: qꝛ oēs angeli venient cū eo: non ergo veniet sicut in primo aduentu: qꝛ in primo aduentu venit solus: sed in die iudicij venient oēs angeli ꝛ sancti cum eo. Unde sciendū ꝙ ter debebat euacuari celum oībus angelis vt cōmuniter dicūt doctores. Primo in ascensione xp̄i. Scdo in assumptione btē marie virginis. Tertio in die iudicij: qꝛ oēs erunt cum xp̄o: vñ Zacha. xiiij. Ueniet dñs deus meus ꝛ oēs sancti eiꝰ cum eo. Silr Esa. ꝓpheta hoc tradidit clare Esa. iij. di. Stat ad iudiciū dñs ꝛ stat ad videndum populos: dñs ad iudiciū veniet cum senibꝰ populi sui ꝛ principibus eius. Tunc em̄ in illa die dicet xp̄s virgini marie matri sue. Mater mea hodie ē iudiciū descendamus: ꝛ tunc oēs angeli descendēt ꝛ scti sequent̄ ꝛ in medio erūt iesus ꝛ maria. Consideremus ergo corā quot ꝛ quantis magnificabunt̄ opa nostra tam bona q̄ꝫ mala: volet em̄ xp̄us ꝙ iudiciū suū ab oībus approbet̄: et ideo tam bona q̄ꝫ mala oīa manifestabūtur anteq̄ꝫ iudicemur: vñ apl̄us. j. ad Cor. iiij. Itaqꝫ fratres nolite ante tp̄s iudicare quoadusqꝫ veniet dñs et illuminabit abscondita tenebrarū ꝛ manifestabit cōsilia cordium ꝛ tunc laus erit vnicuiqꝫ a deo. O quanta gloria erit beatis ꝛ quantum vituperium damnatis. Cōsiderandum em̄ est ꝙ sicut maxima cōfusio esset alicui qui vel que crederetur ab omnibus bonus vel bona: ꝛ aliquis sciens eiꝰ malefacta inter magnam multitudinem gentiū reuelaret ea: tunc em̄ omnes insurgerent contra eū dicentes. O tanta malicia est in illo qui apparebat bonus et tamen est ita malus: ita erit in die iudicij qꝛ oēs videbunt peccata alioꝝ eos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vituperando ⁊ eis improperando ⁊ iudiciū xp̄i approbando. O quanta erit illis cōfusio qm̄ virgo maria eos recipiet ⁊ oēs sancti. Est tn̄ remediū nō habendi tunc verecundiā. s. ponere modo velum ante faciem: qđ quidē velum habet quatuor angulos.

Primus est cordis contritio.

Secūdus angulus est emendandi propositum.

Tertius est oris confessio.

Quartus est integra satisfactio: sez complere pniam iniunctā ⁊ restituere ablata ⁊ male acquisita. Qui em̄ habuerit illud velum btūs erit. vñ Dauid p̄s. xxxi. Beati quor̄ remisse sunt iniquitates: et quor̄ tecta sunt pcā. Tertio erit presidentia siue residentia tribunalis: qz sedebit sup̄ sedem maiestatis sue. Erit em̄ altus super oēs iudicandos vt eum videant oēs. Et sedebit: qm̄ quando aliq̄s iudex iudicat dando sniam debet sedere alꝫ esset irrita sententia. Sed queritur cum igitur xp̄s sedeat quomodo sedebit virgo maria? Et dicunt aliqui sancti q̄ stabit flexis genibus: ⁊ ita pingūt pictores: ⁊ dicūt q̄ orabit pro populo: sed falsum est quoniam non orabit sed sedebit iuxta christum: vnde. xij. Regum. ij. in figura bz. Positusq̄ est thronus matri eius que sedet ad dextrā eius. Loquit̄ de bersabe matre Salomonis qui pacificus bz per quem intelligit xp̄s ⁊ p regina virgo maria: ⁊ sancti etiā sedebūt: vñ Mat. xix. Peterentibus discipulis Dñe quid erit nobis si relinquimus oia. Sed dubitaret aliquis quō dimiserūt oia qui nihil habebant prius? Dicitur q̄ dimiserūt tam per volūtatem habendi q̄ etiā dimittendo: qz nolebant possidere aliquid. Tandem rādit xp̄s. Amen dico vobis q̄ vos qui relinquistis oia et secuti estis me in regeneratione cū sederit filius hois in sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos. Dixit in regeneratione: qz in resurrectione iterum gignentur ⁊ parientur. Sed quo ordine sedebūt? Dicitur q̄ tribunal dei erit altius: ⁊ sicut ordinati sunt digiti in manu quia vnus est altior alio: ita tunc xp̄i sedes erit altior: ⁊ post iuxta xp̄m cathedra virginis marie: ⁊ post erunt apostoli ⁊ illi qui tenuerunt vitā apostolicā: et tunc illi videtes reges ⁊ imperatores. et multos papas sedentes subtus in terra cum demonibus dicent illis. Et nōne estis vos talis rex: papa: prelat⁹ aut princeps cum quo non poteramus loqui in mundo. O quanta gloria erit illis: christus em̄ erit in aere respiciens in terram et videbit qui tenuerit vitam apostolicā dic: tq̄ illi. O fili quid facis ibi? Respondet ille. Dñe sufficit mihi q̄ sim ibi a parte dextra. Tunc precipiet xp̄s michaeli vt vadat associatū et preparet ei sedem cum aliis: vnde ꝓpheta Dauid p̄s. cxij. Quis sicut dñs deus noster qui in altis habitat ⁊ humilia respicit in celo ⁊ in terra. Suscitans de terra inopē ⁊ de sterc̄ore erigens pauperē. Ut collocet eū cum principibus: cū principibus populi sui. Quarto erit cōfluentia gñalis: qz cōgregabuntur ante eū oēs gentes: oēs em̄ ab adam vsq̄ ad vltimū mūdi cōgregabūtur in loco vbi fiet iudiciū. s. in valle iosaphat que est inter hierusalem ⁊ montez oliueti: cuius tunc nō sit vallis: vñ Joel. iij. In diebus illis ⁊ in tpe illo dicit dñs cū cōuertero captiuitatē iuda et hierm̄ cōgregabo oēs gentes et deducā eas in valle iosaphat ⁊ disceptabo cū eis. ibi dicit in diebus illis ꝓpter malos quib⁹ apparebit q̄ iudiciū duret mille annis: ⁊ dicit in tpe illo ꝓpter bonos quibus videbitur q̄ nō duret nisi per momentū tanta erit eis letitia. Sed queritur cū habeamus transire vltra mare quō transibimus? Dicit q̄ siue boni siue mali portabuntur p angelos suos bonos: vnde de bonis bz Mat. xiij. Tūc mittet angelos suos ⁊ cōgregabunt electos suos a quatuor ventis a summo terre vsq̄ ad summū celi: angelos dicit glosa interlinearis bonos. De malis habetur Mat. xiij. Sic erit in consummationem seculi: exibunt angeli et separabūt malos de medio iustorum ⁊ mittent eos in caminum ignis. Angeli dicit glosa interlinearis boni. Nota q̄ differentia est inter scandalum ⁊ iniquitatem: quia scandalū est peccatum notorium qō scandalisat̄ ge-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tes. Sed iniquitas est peccatū occultus quando quis apparet exterius bonus z tamen interius est malus. Sed videndus est modus quomodo portabuntur. Pro quo sciendum q̄ christus existens vltra mare precipiet angelis eos vocando. Tunc angeli rñdebunt. Gloria tibi dñe. Tunc dicet illis. Ite per vniuersas terram z afferte mihi homines quos habuistis in custodia. Angeli autē statim ibunt volantes p aerem ad modū aquilarum volantium: z mali videntes bonos angelos dicent. O bone angele: dimitte me. Et tunc angelus capiet eum: z quia fetebit peccator angelus bonꝰ ponet manus suas ante nasum. Et quando erunt supra mare dicet dānatus. Dimitte me cadere in mari ne amplius de me sit memoria. Unde Job in persona illorum loquens dixit. Job.xvj.c. Quis mihi hoc tribuat vt in infernum protegas me z abscondas me donec pertranseat furor tuus. Et sic illis delatis ad locum iudicij angelus proijciet eos ad terram qui nollent respicere christum. Illi autē eleuantes oculos ad christū quasi desperabunt maledicentes horā in qua geniti nati z nutriti sunt z adulti. Unde de talibus poterit dicere christus virgini marie illud ps. xvj. Proijcientes me facie in mundo per mala opera nunc circundederūt me oculos suos statuerunt declinare in terrā. Sed boni quando videbunt angelos gaudebunt: z quando portabūtur per angelos supra mare inter brachia quemadmodum mater portat puerum inter vlnas: gaudebunt angeli z gaudendo cantabunt: felix dies felix homo felix tps felix hora in qua peccata dimisisti: z hoc pro illis qui egerūt penitentiam z duxerunt bonam vitam pro illis vero qui deuote orauerūt xpm dicēt. Felix dies: felix homo: felix tps: felix hora in qua christo adhesisti. Pro illis vero qui pseuerauerunt vsq; ad mortem in bonis operibus dicēt. Felix dies felix homo felix tēpus felix hora in qua vitam complesti. Et tunc illis delatis ad iudicium videntes christum gaudebunt magna letitia z cognoscent virginem mariam z sanctos omnes eis congratulando. Hoc erit sententia vniuersalis: quia dicet his qui a dextris ꝛc. Ubi sciendum q̄ christus in quantum homo habebit potestatem iudicandi: prout testatur beatus Joan. v. ca. dicens. Dedit eis potestatem iudicium facere q̄ filius hominis est. Ubi sciēdum q̄ christus vt iudex petet consilium a matre sua; non quin bene sciat quid debet facere: sz ꝛnabit modum iudicis. Sicut Salomon qui erat sapiens etiam petebat consiliū ab aliis. Et ideo christꝰ dicet matri sue. Mater mea quid vobis videtur de istis? Tunc illi qui erunt dicent. O mater dei detis bonum consilium pro nobis. Illa vero respondebit. Nō timeatis. Et tunc dicet virgo maria. Filii mi apparet mihi q̄ isti qui sunt in dextra ex quo fecerunt voluntatem vestram debent venire nobiscum. Postmodū petet a sanctis. Qui dicent. Virgo maria mater vestra bene dixit. Tunc christus dicet. Uenite benedicti patris mei. Et tūc illi cum magna reuerētia dicent. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Et tunc leuabuntur per seipsos in aera z preparatis sedibus sedebunt cum aliis. Unde beatus Paulus prime ad Thessaloni. quarto. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierūt: quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo: et mortui qui in christo surrexerunt resurgent primi: deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera: z sic semper cum domino erimus. Itaq; consolamini inuicem in verbis istis. Dicit in verbo domini quia reuelauit eis. qui relinquimur supple in terra simul rapiemur supple data sententia. Postmodum christus vertet se ad sinistram et petet a matre sua beata maria virgine quid faciendum est de illis. Tunc illi qui in parte illa erunt sic dicent. O beata virgo maria dulcissima detis bonū consiliū

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pro nobis. Dicet virgo Maria beatissima. Ego dabo vobis bonū ꝯsiliū ꝑm eq̄tatē. Tūc dicet virgo Maria: ex quo filij nō egerūt nec voluerunt facere ꝑm vr̄am voluntatē: sed ꝑm suā voluntatē voluerūt se regere: apparet mihi ꝙ debēt ꝑpetuo cruciari. Et si illi tūc dicerēt: quō vos qui estis aduocata peccatoꝝ loquimini ita responderet ipsa: veꝝ est ꝙ tm̄ q̄tuz mūd⁹ durauit ego fui aduocata: qꝛ eoꝝ occasione ego fui mater xp̄i: ideo tūc aduocaui pro eis: sed modo finito mundo cessat aduocatio. Postq̄ petito consilio ab apostolis vertet se ad illos cum facie irata dicēs. Discedite a me maledicti ꝛc. Illi vero audita sn̄ia dicent verba Hier. xx. cap̄. scripta. Maledicta dies in q̄ nat⁹ sum: dies in qua peperit me mater mea non sit benedicta: pr̄ etiā blasphemabit filiū euz verberando: dicēs. O ꝓditor qꝛ ꝓ te ego rapui aliena: ꝛ sil'r fili⁹ patrem vxor viꝝ ꝛ vir vxorez: vnde quanto inter eos amor maior fuerit in hoc mundo: tāto maior erit iter eos briga. Quarto erit efficacia siue executio perpetua: vbi sciēdum ꝙ sn̄ia dabitur primo ꝓ bonis: ꝛ secundo contra malos: ꝛ postea pro bonis qđ pz Mat. xiij. de parabola zizanie. Similiter ptz in textu: qꝛ dicit Ibunt hi in supplicium eternū: iusti aūt in vitā eternam. Tunc dicet xp̄us ista verba: inferne aperi os tuum ꝛ deglutire impios istos. Et statim oēs diaboli ꝛ dānati mittētur in infernum. Sed quare dixit in parabola Mat. de zizania. Colligite primū zizania: ꝛ alligate ea in fasciculos: đr ꝙ ꝓ eo qꝛ ꝑm conditionem hoim ꝛ peccatoꝝ cōmissoꝝ in hoc mundo litigabunt adinuicem: vnde vnus fasciculus fiet de papis: alius de cardinalibus: alius de ep̄is: ali⁹ de symoniace beneficiatis: ali⁹ de religiosis qui non tenuerunt regulaz suaz excusantes: qꝛ non habuerūt dispēsationem verū qđ potest fieri dispensatio sed non dissipatio. Unde dispensatio est pro loco ꝛ tēpore rationabilis relaxatio: ꝛ ita mittentur in ignem. Simil'r vn⁹ fasciculus de malis sacerdotibus: alius de vsurarijs: ꝛ ita de alijs. Et tunc claudetur os inferni: qꝛ q̄uis multi dicāt ꝙ multi sunt modo camini: siue fornaces inferni vt in Sicilia. Tunc om̄s siue sint modo illic: siue non claudentur sup dānatos quibus melius esset si nati nō fuissent. Matth. xxvj. O quanta tribulatio erit in tanta oppressione tantoꝝ fasciculoꝝ: vnde ꝓpheta Esa. concordādo cuz auctoritate zizanie dixit Esa. xxiiij. Congregabuntur in cōgregatione vnius fascis in lacuz ꝛ claudentur ibi in carcere. Post hec dicet xp̄s matri sue: mō est tempus vt ascendamus ꝛ ascendent cum eo omnes saluati. Et qñ intrabunt paradisum: qꝛ sancti oculis non viderūt celum q̄uis oculis sp̄ualib⁹ aīe mirabunt dicētes xp̄o: qꝛ tunc poterunt loq̄ c ū xp̄o. Tā pulchrum est illud celum: dicet eis xp̄s. Cur ergo non cogitabatis illud: et tunc satiabuntur eorum voluntates teste ꝓpheta Dauid p̄s. xxxv. Inebriabunt ab vbertate domus tue ꝛ torrente voluptatis tue potabis eos: ꝛ post situabis eos in cathedris: erunt enim noīa eoꝝ scripta in cathedris: vnde scribitur. Gaudete ꝛ exultate: ecce enim merces vr̄a multa est in celis: ꝛ sic gaudentes in ꝑpetuū glorificabunt deum: vnde ꝓpheta Esa. xxxiiij. cap̄. sui libri dicit sic. Qui redempti sunt a dño conuertentur ꝛ venient in syon cum laude ꝛ letitia sempiterna sup caput eorum gaudium ꝛ letitiam obtinebunt: ꝛ fugiet dolor ꝛ gemitus ab eis. Quod nobis ꝛc.

¶ De dño nostro Jesu xp̄o quez quadrupliciter induere debemus. Dist. lxxxix.



Induere debem⁹ dñm nostrum Jesum xp̄m quēadmoduz induitur igne in fornace: qđ fit quadrupliciter ꝑm quattuor conditiones quas recipit ferrum in igne.

Prima est claritas lucens.
Secunda est calor siue caliditas ardēs.
Tertia est mollicies patens.
Quarta est pulchritudo placens.

¶ Dico primo ꝙ quando ferruz induitur igne in fornace contra suam naturā ꝛ conditionem recipit claritatem lucentem: qꝛ totuz induitur claritate. Sic nos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

debemus indui claritate fidei vt simus lucidi per fidei claritatem: per depositionem obscuritatis errorum ⁊ dubitationum circa fidem in fornace sancte mr̃is ecclesie eius determinationem sequẽdo ⁊ in nullo articulo dubitare. Et si forte aliquis vestrum dubitat ponat se in fornace ecclesie eius determinationi firmiter adherendo: ⁊ noli tuo intellectu diffinire seu determinare ꝙ eccl̃ia iam determinauit. Nam si tibi darent̃ aliq̃ floreni de florentia: ⁊ tu velles eos probare ad lumen candele: et diceretur tibi q̃d facis? Et tu diceres: volo ꝓbare si sint de bono auro: diceretur tibi. O stulte ⁊ nunquid sunt probati qꝛ ꝑ tot fornellos seu fornaces trãsierũt: ita dico vobis de veritatibus ⁊ articulis fidei: qꝛ ꝑ multos fornaces seu fornellos transierunt. Et primo ꝑ illam fornacem ardentissimã p̃dicationis iesu xp̃i. Scd̃o publicatiõe apostoloꝝ ⁊ passionibus martyꝝ: qui pro fide mortui sunt miracula ⁊ multa alia faciendo. Tertio disputationibus doctoꝝ catholicoꝝ cum ph̃is: imperatoribꝰ: regibus ⁊ cum multis alijs: intantũ ꝙ nõ põt esse dubium ꝙ iam non sint examinati sufficienter: iõ magna est stulticia et p̃sumptio illoꝝ qui volunt talia probare in lumine parue candele. s. sui intellectus dicẽtes: videamus quõ possunt eẽ tres ꝑsone ⁊ vnus deus: totuz hoc est iã ꝓbatum ⁊ examinatum plenarie. Et iõ sicut florenus bene examinatꝰ ponitur in bursa: sic articuli fidei debent poni in bursa conscientie per firmam credentiam: dicendo. Credo dñe. Et isto mõ habebimus claritatem fidei. Et ad hoc ꝓpositum clare loquitur beatus August. in sermone de martyribus dicens. Noueritis fratres charissimi ꝙ non sine magno discrimine de religiosa veritate dimittamus quam tantoruz sanguine approbatã videmus: magis periculosa res est si post prophetarum oracula apostolorum testimonia: martyruz vulnera veterem fidem quasi nouella discutere presumas: ⁊ post tam manifestos duces in errore permaneas: ⁊ post morientiuz sudores otiosa disputatione contendas. Credamus ergo firmiter sine hesitatione. vnde de talibus sic indutis loquitur Apostolus ad Ephe. v. Eratis enim aliquando tenebre: nunc aũt lux in dño: vt filij lucis ambulate. Et super hoc dicaz vobis quandam figuram que habetur Ezechiel. j. vbi legitur ꝙ deus ostendit Ezechieli quoddaz animal quadrifaciatum seu quattuor facies habens: ⁊ dixit ꝙ emittebat scintillas igneas claras q̃ã aspectus eris candentis. Allegorice hoc animal significat quemlibet christianuz quia bonus christianꝰ habet caput quadrifaciatum: ⁊ tale caput est fides catholica habens quattuor facies eo qd̃ quattuor sunt euangeliste: ⁊ prima facies est hominis: ⁊ ecce euangelium s̃m Mat. et a dextris est facies leonis: ⁊ ecce euangeliuz Marci: facies a sinistris est bouis: ⁊ ecce euangelium beati Luc. qui tractat de sacrificio. Facies retro est facies aq̃le quia est altior: ⁊ ecce euangelium sancti Jo. qui tractat de diuinitate. Et si bonus christianus est debet habere vnum corpus ⁊ vnum caput quadrifaciatum emittens scintillas. s. confitẽdo ⁊ credendo articulos fidei: al's fides extinguitur sicut candela accensa in lanterna extinguitur nisi possit respirare sic ⁊ fides: iõ emittite scintillas dicẽdo. Credo in deũ quolibet mane ⁊ quolibet sero cum ꝓtestatione. Et illud est consilium beati Hieronymi: ⁊ ideo Dauid dicebat p̃s. cxv. Credidi supple in corde propter quod locutus sum. s. ore. Et quomodo Dauid dicebatis ambulando: vel vestiendo: vel calciando: vel comedendo? R̃ndit. Ego autem humiliatus sum nimis: ergo induamur arma lucis: ad Rom̃. xiij. Quia tempore antichristi indigebimus maxime quando interrogabit te. Cuius conditionis es. Et si dicas christianus sum dicet. Et quam fidem tenes: ⁊ si nescis fidem leuiter eris deceptꝰ. Et si scias dices audacter: hec est fides mea: credo in deum patrem ⁊c. Et isto modo tu eris firmus. ¶ Dico secundo ꝙ cum ferrum induitur igne: non solum recipit claritatez lucidam: sed etiam calorem ardentẽ contra suam naturam. Sic ⁊ nos per arden

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tem charitatem expellendo a corde nostro frigiditatē indenotiōis: vt opa spiritualia z diuina non tepide: sed cuz feruore z ardore spiritus diligenter fiant: et iō dixit christus Luc. xij. Ignem veni mittere in terram: z quid volo nisi vt ardeat vt sez religiosus non sit negligens sed diligens: idē de clericis z laycis. Et de isto igne charitatis nota figuram allegorice que habetur Leuitici. vj. cap̄. Ignis in altari semper ardebit quem nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies impositio holocausto desup z c. Moraliter altare dei est cor boni christiani in quo offertur illud sacrificium: de quo dicit Dauid ps. l. Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum et humiliatum deus non despicies: z hoc quā do recordatur de peccatis: z de mala vita quam tenuit dicendo. O miser tot anni sunt⁹ ego fui religiosus z adhuc z c. Et sic de clericis z laycis: z isto modo offertur sacrificiuz in altari cordis: ideo dixit sacrificiuz deo supple placet z vult q̄ ignis altaris in altari cordis semper ardeat. Aliqui religiosi sunt qui accēdunt ignem quando sunt nouitij quia sunt deuoti: sed statim q̄n sunt professi z habent partem in asino extinguitur. Idē de clericis z laycis q̄ in aliquo sermone percipiunt deuotionem z bonum propositum: sed statim extinguitur. O benedict⁹ esset qui moreretur quādo ignis arderet. Et propter hoc dicitur in altari. Ignis i altari tuo semper ardebit: sed qualiter fiet dixit quem nutriet sacerdos subijciēs ligna mane per singulos dies: z iste ignis accenditur in missa cum lignis minutis z hoc q̄n sacerdos dicit cōfiteor in introitu, misse: deinde ponuntur ligna grossa: scz canon z tandem venit christus. Ecce ergo quomodo sacerdos dz subijcere ligna z accendere sufflando per predicationem: ideo dicitur quem nutriet sacerdos. s. per missaz z prædicationem: ita faciebat christus z apostoli: z sic populus inflammatur: ideo 62 Leuit. vj. Ignis iste erit perpetuus. ¶ Dico tertio q̄ ferrum q̄ō induitur igne recipit ab eo molliciem patientem contra suam conditionem. Sic z nos debemus esse molles z dulcem suauitatem amouendo a nobis duritiam z implacabilitatem: quia multos ictus tribulationum recepim⁹: ideo habeatis conditiones ferri ignitū quod cum magnis ictibus z euersionib⁹ extēditur. Sic extendatis vos ad remittendum iniurias: z ad diligendu⁹ omnes. ad q̄ō hortatur nos apostolus ad Ephesios quarto dicens. Estote inuicem benigni. Nam benignitas refertur ad socialem conuersationem: mia ad pauperum compassionem: donatio ad inuriarum remissionem: hec tria habemus exemplificata in christo: ideo concludit Sicut z xp̄s donauit nobis ergo induimini dominum Jesum christum ad Ro. xiij. ¶ Dico quarto q̄ ferrum quādo induitur igne recipit pulchritudinem placentem contra suam conditionem: sic et nos per puram continentiam castitatis dimittendo immunditias carnalitatis: quoniam inter alias virtutes pulchuor est castitas z multuz placet deo. Et ideo dicitur Sapientie quarto. O quam pulchra est generatio cum charitate: mūda mini ergo qui fertis vasa domini: z seq̄tur. Precedet enim vos dominus: z congregabit vos de⁹ israel Esa. xxv. In ista auctoritate propheta ponit tres auctoritates: quare castitas est modo magis necessaria q̄ ante natiuitatez christi. Et p̄ma est cum dicitur mundamini qui fertis vasa domini: quia ipse ante incarnationem non habebat corpus: secūda cuz dixit. Precedet enim vos dominus: scilz puritate: quia christus experimētaliter quid est illud z c. licet sine peccato potuisset habere prolem ad libituz: sed noluit vt daret nobis exemplū castitatis. Tertia est ibi congregabit nos deus israel. s. cum angelis castis z puris. Et ideo dicit Apoca. xxj. Non intrabit in illa aliquid coinquinantium: z faciens abhominationem z mendacium. Et ecce habetis quā debemus induere dominum nostrū Jesum christum vt possimus peruenire ad regnum suum. Ad quod nos p̄ducat z c.

¶ De lachrymis que multiplices inueniuntur. Distinctio. x.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



Lachryme multiplices inueniuntur.
Primo lachryme tēporalis afflictionis.
Secundo lachryme fraternalis compassionis.
Tertio lachryme interuallis compunctionis.
Quarto lachryme spūalis deuotionis.
Quinto lachryme celestialis affectiōis.

¶ Dico primo ꝙ sunt lachryme tēporalis afflictionis.s.qñ quis amittit aliquē bonum amicū:vel patrem:vel matrem: vel fratrem:aut sororem: vel alia bona: aut habet afflictionem ⁊ flet seu lachrymatur. Tūc illud est flere seu lachrymari ex temporali afflictione. Et hoc venit quia letitia et dolor habent contrarios effectus:quia letitia dilatat et exemplat cor ⁊ tristitia restringit. Et ideo cum aliquis est letus aperit ⁊ examplat cor:⁊ qñ habet tristitiam restringit faciem:cerebrum:⁊ cor:⁊ oculos. Et sicut spōgia plena aqua si restringatur emittit aquam: ad idem cum cerebrum restringitur decurrunt lachryme. vnde Hier. Threno. primo. dicit ꝙ erat quedam domina que habebat multos filios ⁊ filias ⁊ amicos ⁊ in vna die perdidit omnes:⁊ sic remansit sola ⁊ desolata:de qua dixit text⁹. Plorans plorauit in nocte: ⁊ lachryme eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Oēs amici eius spreuerūt eam:⁊ facti sunt ei inimici. Sed quare dixit in nocte: ratio est: quia nox est conuenientior ad plorāduz q̄ dies ⁊ plorauit quia non est qui cōsoletur eam:⁊ quia omnes amici eius spreuerunt eam: ⁊ facti sunt ei inimici. Ecce ergo quod propter afflictionem temporalem flebat. Et q̄q̄ talis afflictio temporalis veniat a nobis:verūtamen si bene sciamus nos gubernare habebimus meritum:⁊ illud flere non est peccatum. Sed debemus consolari taliter.s. cogitare vnde venit nobis illa tribulatio: qꝛ a deo venit omne malum pene non culpe:vnde si vnus verberatur ibi est culpa pene. Culpa quia ille qui infert vel facit vulnus facit opus diaboli ⁊ peccat: sed est ibi pena in eo quod ali⁹ sustinet ictū vnde vulnus causatur:⁊ illa pena venit a deo. Item quando iudas vēdidit christum: in illa venditione fuit culpa ipsius iude ⁊ opus diaboli:sed vt xp̄s fuit venditus fuit opus dei. Item ꝙ iudei caperent xp̄m istud fuit culpa ⁊ opus diaboli. Et ideo in tribulationibus debemus flere ad satisfaciendum nature:sed debemus cogitare ꝙ illa tribulatio ē a deo:⁊ ideo est patienter sustinenda. Item erat alia mulier que perdiderat filios ⁊ filias ⁊ flebat amare: cui dixit Hieremias ex parte dei. Hier. xxxj. hec dicit deus. Reqe scat vox tua a ploratu:⁊ oculi tui a lachrymis qꝛ est merces opi tuo ait dñs: merces est opi tuo:si tu scis ordinare fletum tuum in deū. ⁊ ecce primum modum lachrymandi qui venit ꝑ tēporalem afflictionem. ¶ Scdo dico ꝙ sunt lachryme fraternalis cōpassiōis:nā aliq̄ sunt q̄ i se non hñt tpalē afflictionē:sed qñ vidēt ꝓximum habētem afflictionē copatiūtur ei ⁊ flent:⁊ talis fletus est melior q̄ primus. Et rō est qꝛ primus venit ratione ⁊ actione naturali:⁊ scds ex dilectione ꝓximi ⁊ actiōe morali. Nā dilectio de amante ⁊ amato facit vnū corpus ⁊ vnā volūtatem Act. iiij. Multitudinis credētium erat cor vnū ⁊ aīa vna: quō vna per dilectionem:vnde qñ aliquis amat aliū vero ⁊ bono amore cor vnum efficit:ex duobus:⁊ quando vnus habet malum:quia cor vnum cum videt ipsum in afflictiōe malum illius estimat suum. Et iō Apostolus ad Roma. xij. Gaudere cum gaudentibus ⁊ flere cum flentibus:qꝛ gaudium vestrū reputo meū ꝓpriū ⁊ ad idē malum:⁊ ideo iste lachryme sunt mie:eo qd ex cōpassiōe ꝓximi veniūt ⁊ est maior elemosyna quā possumus facere ꝓximo vnde si veniat vnus pauper ad duos petens elemosynaz:⁊ vnus dat ei elemosynā manualez. Alter vero q̄ videt eū ⁊ non hz quid det ei: sed hz compassionem de eo:⁊ dicit sibi:deus te adiuuet quasi plorādo:maior est elemosyna isti⁹ scdi q̄ primi:qꝛ primus solū dat sibi elemosynam de bursa ⁊ non mente:postq̄ non habet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

compassionē: secūdus vero dedit ei elemosynam de suo corde per cōpassionem et ideo est magnū meritum maius tamē est si oia cōcurrant. s. elemosyna cordis z burse. Et etiā qñ vos vadittis ad sociandū aliquem mortuū ad sepeliendū z fletus cū illis qui flent magnū auxiliū z elemosynā facitis eis qz iuuat eos ad portandū onus tribulatiōis z fiet⁹ multūq placēt bone lachryme cōpassionis fraternalis: z ideo habeam⁹ admirucē cōpassionem exēplo illius Job. qui de seipso dicebat Job. xxx. Flebam quondā super eo q̄ afflictus erat z cōpatiebaꝫ alia mea pauperi: vñ ad dandū nobis exemplū Jesus statim flebat: legimus eñ de dīā Maria Magdalena q̄ videns eā Jesus flentē z Judeos qui cū ea erāt ꝓpter amorē Lazari lachrymat⁹ est Jesus. Jo. xj. Ad idē vidēs ciuitatē fleuit sup illā ꝛc. Luc. xix. bona cōditio erat. ¶ Dico tertio q̄ sunt lachryme interuallis compunctionis: vt puta qñ vir vel mulier flent de pctis cōmissis dicēs. O miser vel misera q̄t pctā cōmisi in vita mea: et quod cōputū dabo deo de vita mea cogitādo de penis inferni z gaudijs paradisi amissis ꝓpter peccata mea. Et sic ponēdo se inter illas duas mollas sicut q̄ mollet duras oliuas: z distillat oleū sic fluunt lachryme cōpunctionis z doloris nō solū ab oculis sed a corde per cōtritionem. Et iste lachryme sunt meliores alijs duabus primis: vt si est religiosus qui non tenuit regulā suā nec vixit vt religiosus: sed vt malus homo: et sic de presbyteris et etiā laicis ꝑm factū eorū: vñ Dauid ps. cxviij. Exitus aquarū dederunt oculi mei: qz non custodierūt legē tuā. Ecce due molle z ecce duas lachrymas que habēt magnā virtutem intantū q̄ si vna lachryma sit parua sicut granū sinapis exiret de oculis tuis z veniret per verā contritionē lauaret peccata quantūcunq; magna et vilia fuerunt: vnde lachryme. s. cōpunctionis inter alias lauant delictū quod voce pudor est confiteri: z ad hoc ꝓpositū dicā vobis vnum mirū q̄ si ille qui est magis dānatus in inferno: vt machometus vel Judas posset flere vnā paruam lachrymā per veram contritionem statim euolaret ab inferno ad celū sed non possunt qz in isto mūdo habemus flere: et in alio non possum⁹ mereri ore. Et istud est oleū qđ sanat plagas z vulnera: et ideo dicit Dauid ps. cxlvj. Qui sanat cōtritos corde: z alligat contritiones. Et ideo flete ꝑ veram contritionē z displicentiā de peccatis et facietis magnū bonum alabus vestris. ¶ Quarto dico q̄ sunt lachryme spūalis deuotionis: et iste lachryme veniunt quādo homo contēplatur et cogitat dolores z opprobria que sustinuit Jesus xp̄s in isto mūdo: et quō voluit se humiliare accipiēdo carnem humanam de virgine. Et iste talis liquescit sicut cera que fluit a facie ignis: z hoc ꝓpter amorem quē habet in dño Jesu xp̄o. Ad idez cū cogitat in natiuitate z in passiōe Jesu christi: et alijs operib⁹ eius dēiste lachryme sunt spirituales deuotionis: z multū ꝓsunt. Nam Mat. v. dr. Beati qui lugent qm̄ ipsi consolabunt. Notate tamē q̄ licet debeamus habere spirituale deuotionē in operibus Jesu christi: tamen precipue et cōtinue in sacramēto altaris qđ est cōtinuum: nam natiuitas z passio z alia iam sunt transacta: z ideo de his q̄ trāsacta sunt nō facimus memoriā nisi semel in anno: sed sacramētū altaris fit cōtinue qz Jesus christus descēdit in hostia panis alba per ꝙba que dicit sacerdos: z hoc cum vltimū verbū est prolatū scz meū. Sicut qñ beata virgo que cōcepit per verba q̄ dixit scz Ecce ancilla dñi fiat mihi ꝑm verbum tuū. Et quādo cōplent vltimū verbū. s. tuū: descendit statim filius dei: z clausit se sub illa corporalia alba z purissima. Et ideo multum debet precauere sacerdos q̄ sit mundus et castus sicut beata ꝙgo Maria que fuit mūdissima: quoniā posito q̄ tam bon⁹ presbyter q̄ malus conficiant: tamē malus ad sui dānationem z vestram celebrat si sit notorius cōcubinarius: qz si nō sit notorius sed per suspicionem nō est vitandus: habeatis ergo deuotionē in sacramento altaris: z cū lachrymis z fletu accedatis ad illud. ¶ Quinto dico q̄ sunt lachryme siue modus lachrymandi in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

affectione celestiali sicut quando homo cogitat quõ per peccatũ homo qui erat collocatus in paradiso terrestri exulat a patria propria ⁊ habitat in hac valle miserie. Pro quo notãdum ꝙ deus ab initio fecit tres habitationes: vnã pro angelis. s. celum empyreũ. Secũdam pro hominibus. s. paradisuz terrestrẽ. Tertiam pro bestijs scz istum mundũ: qꝛ Adam ⁊ Eua fuerũt positi in paradiso terrestri ⁊ nullũ aliud animal potuit intrare paradisum terrestrem cõtra illos qui dicũt ꝙ psitachi siue los papagays veniũt de paradiso terrestri nisi cõducta fuerunt animalia ad Adam vt imponeret eis nomina. Sed nos sumus modo in ista habitatione bestiarũ: et ideo rationabiliter bestie possunt nobis facere guerrã: ⁊ idcirco nos munimus nos contra illa ⁊ facimus domos: villas: et castra vt nos defendamus ab eis. Quapropter quando cogitamus ꝙ sumus bãniti a propria ciuitate ⁊ habitamus in stabulo bestiarũ: debemus flere ⁊ lachrymari desiderãdo exire de ista valle lachrymarũ ⁊ ploratio nis: ⁊ desiderare reuerti ad propriã ciuitatẽ ⁊c. Et iste sunt lachryme affectionis spiritualis: exẽplo ipsius Dauid: qui cuz fuit propinquus morti: qꝛ centum milia quintalia auri ⁊ mille milia quintalia argenti vltra regnum dimisit Salomoni filio suo et habebat multa bona in isto mũdo: tamen sentiẽs se exulatũ a ꝓpria patria sua fecit Ps. lxxxiij. Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ cõcupiscit: ⁊ deficit anima mea in atria dñi: vel Ps. xlj. Quẽadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuũ quãdo veniã et apparebo ante faciem dei. Fuerũt mihi lachryme mee: panes die ac nocte dũ dicitur mihi quotidie: vbi est deꝰ tuus. Nota ibi die ac nocte erãt sibi lachryme panes: vnde de die quãdo stabat in mensa cogitabat in exilio suo ⁊ flebat et miscebant lachryme cum pane: dicebãtqꝫ sibi milites: dñe cur fletis: nõne bene est vobis: nõne habetis satis epularum ⁊c. dicebat ipe: iste epule statim corrũpunt: sed quando ero in paradiso et comedã in mensa cũ Jesu christo: et de suis epulis que non corrũpũtur nec possunt corrumpi tũc cessabũt lachryme: ⁊ hoc de die: de nocte vero qñ iacebat in suis lectis delicatis ⁊ mollibꝰ flebat et dicebant ei milites: dñe cur fletis: nõne habetis bonum lectũ et mollẽ. O miser dicebat ipse: hic iaceo sicut bestie: qꝛ quãdo ero in illa requie paradisi: tũc ero extra terram bestiarũ: ⁊ in patria mea. Sicqꝫ flebat die ac nocte desiderando paradisum: ⁊ ille erant lachryme affectionis celestialis. Sed modo nõ desideramus illam patriã: qꝛ nemo vellet ire illuc propter malã vitam quam tenemus sicut malefactores qui sunt in carcere: et iudex expectat eos ad condẽnandum ad mortẽ qui nolunt exire libenter: sed si scirent absolutionẽ eorum libẽter exirent ⁊ gratanter et cum gaudio. Sic est de nobis peccatoribus qui nõ audemus exire de carcere huius mũdi. Sed si essemus boni libẽter ⁊ cum magno gaudio exiremus. Et de isto carcere fetido ⁊ doloroso: vnde cũ cantamus. Salue regina dicimus beate Marie ꝟgini. Ad te clamamus exules filij eue: ad te suspiramꝰ gemẽtes ⁊ flẽtes in hac lachrymarũ valle. Non ergo est nostra ista patria sed paradisus: ergo inflãmemus nos ad desiderãdum et querendum paradisum. Et erit bonũ desiderium. Et ad hoc inducit nos beatus Mat. in. vj. c. sui euãgelij dicens. Primũ querite regnum dei: et iustitiam eius: ⁊ hec omnia adijcient vobis: primũ. i. primitus aduerbiũ ⁊ iustitiam. Nota moraliter ꝙ iustitia dei et regis celestis inquãtum tangit cõmunitatẽ stat in istis punctis. Primus tãgit iudices ⁊ rectores ciuitatum ⁊ villarum: vnde iustitia diuinalis est ꝙ nõ debetis sustinere diuinos nec diuinas in vestris terminis: alꝰ ira dei est in nobis. Secundo ꝙ nõ sustineatꝫ blasphematores nominis dei: nec renegatores. Secũdus punctus iustitie diuinalis ꝙ diebꝰ dominicis nõ aperiãtur operatoria: nec apothece: nec aliquis palam faciat negotia tẽporalia alꝰ erit periculum in villa vel ciuitate. Tertius pũctus est ꝙ non sustineantur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lusores taxillorū: quia non est nisi officiū robādi ꝛ blasphemandi deū ꝛc. et qui lucrantur tenētur ad restitutionem ꝛc. Itē ꝙ non sustineātur laquei notorij. s. male mulieres i diuersorijs nec alijs locis p. i uatis: vt alibi notatū est de his ꝛ alijs: ꝛ istā est iustitia dei ad seruandū cōmunitatē. Et hoc facto hec omnia. s. abūdantia pacis et sanitatis: bladum vinū oleū et aliorum bonorum terrenaliū vel temporaliū adijcientur vobis: et in fine regnum celeste ꝛc.

¶De lepra que septem peccata mortalia significat. Distinctio. xcj.

LEpra septē peccata mortalia significat propter septē defectus quos infert lepra corporalis. ¶Primꝰ defectus lepre est: quia facit inflare carnē et pellem: et per istam inflationem intelligitur superbia: quia sicut lepra facit inflare pellē: ita superbia facit inflare animam in corde dum considerat pulchritudinem corporis genus diuitias honores eloquentiam verborum: fortitudinem scientiarum: que facit inflare: iuxta illud. j. ad Cor. viij. Scientia inflat. Item quando considerantur bona spiritualia quibꝰ superbit homo qđ petius est prima supbia: et hoc cum videt se deuotū largitorem elemosynarū: ꝛ ita de similibus: et istis rebꝰ et bonis multi superbiūt cum deberēt magis humiliari cum manus onus habēat ꝛ de maioribus reddere rationē deo debeant. Et patet quō superbia est inflatio animę. Et ideo beatus Paulus loquēs illis qui de talibus superbiūt dicit. j. ad Cor. v. Et vos inflati estis: et nō magis luctū habuistis. q. d. vos de bonis a deo datis superbitis cū tamen magis deberetis lugere et humiliari. ¶Scōs defectus lepre corporalis est: quia facit sitire nec possunt satiari: per hunc defectū intelligitur peccatū auaritie quis auarus semper sitit diuitias et nūq̄ satiatur. Et est ad hoc ratio naturalis: qm̄ potus aurum vel argenti vel altorū bonorum tēporalium nō potest intrare vbi est sitis ꝛardoꝛ: qz sitis est in corde: et thesaurus est in bursa: et thesaurus nunq̄ ingreditur ad cor: et ideo nō possunt satiari cum nō possit ingredi cor: sed magis crescit sitis sicut sitiens videns liquorē bonū ad potandū quem tamen nō potest habere ad potandū: magis sitit q̄ si non videret: et ideo dicit scriptura Eccl. v. Auarꝰ non implebitur pecunia: ꝛ qui amat diuitias fructum nō capiet ex eis ꝛc. fructus diuitiarū est satiari. Et iste fructus nūq̄ habēt ex eis. ¶Tertius defectꝰ lepre corporalis est: quia trāsit de vno ad aliud: qm̄ si in vna familia domo aut cōmunitate simul cōuersante sit vnus leprosus statim inficit alios: ꝛ efficiuntur leprosi: nō tamen ita est de alijs infirmitatibus. Per istum defectū intelligitur peccatum luxurie: qm̄ si in aliqua domo sit aliquis seruus vel ancilla luxuriosus vel luxuriosa statim inficiet secū conuersantes: ꝛ facit luxuriari tū p mala verba ꝛ corrupta ac inhonesta: tum per actꝰ illicitos: vnde mirū est ꝙ si in vna domo sint centū persone: quarū vna sit luxuriosa ꝛ nonaginta nouē sint deuote ꝛ honeste luxuriosa corrūpet omnes vel per verba aut gestus vel actus ꝛc. aut per malā famaz quam habebūt propter illā. Et ideo alie non possunt sanare istā luxuriosam si sit inter illas. Et ideo precepit dñs Moysi vt tales eijceret de castris: hoc est de cohabitatione ꝛ conuictu cū alijs: vñ dicit Mume. v. locutus est dñs ad Moysen dicens. Precipe filijs Israel vt eijciant de castris oēm leprosum et qui semine fluit pollutusq̄ est super mortuo tā masculū q̄ femina eijcite de castris ne cōtaminiēt ea que habitauerūt vobiscū. Nota q̄ dicit precipe: preceptū em̄ obligat ad peccatū mortale: tres species gentiū precepit deus eijci. s. leprosos ꝛ illos q̄ patiuntur fluxū seminis per quē intelligitur luxuriosus. Ubi sciendū ꝙ cū dicit habere fluxū seminis intelligit qui vel q̄ secrete peccat ꝛ illi q̄ palā peccāt. Et illū qui pollutus est super mortuo. s. super homicidiū per quem intelligitur ruffianus vel ruffiana qui cū non possunt peccare cum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance

sint senes vel alꝰ faciunt peccare alios cū procurant vel permittunt. Et ideo dr alibi scz Nume. xix. Quicquid tetigerit immundū immūdus erit: vocat immundū luxuriosum qui cum tangit aliosvel verbo vel facto: facit ipsos immundos. ¶Quartus defectꝰ lepre corporalis est: quia cōsumit humidū radicale: ꝛ sic pauper ducit ad mortē: quoniā humidum radicale conseruat vitam sm phos quo consumpto homo moritur: per hūc defectum intelligitur inuidia que consumit humiditatem radicalem .s. charitatem ꝛ dilectionem dei ꝛ proxīi dei sup omnia ꝛ proxīm ordinate: quequidem dilectio est causa vite spiritualis: vt testatur beatus Jo. in sua. j. epla. c. iij. dicēs. Nos scimus quoniā translati sum⁹ de morte ad vitam: quoniā diligimus fratres qui nō diligit manet in morte humiditas est vite radicalis anime est charitas: quā consumit inuidia: et per cōsequens vitam: ꝛ ideo dicit Prouerb. xiij. Vita carnū sanitas cordis putredo ossium inuidia: dicit vita carnū .s. hominū in carne viuentium: putredo ossiū. medullarū que cōseruant vitā est inuidia. ¶Quintus defectus lepre corporalis est: qz facit anhelitum fetidū et cozrumpit alios: et ideo cum deus daret legem. Leuit. xiij. precipit vt quando leprosi trent per ciuitatē haberent os veste velatum ꝛ contectum ne scilicet anhelitus fetidus trāsiret ad alios: quapropter leprosi non petūt elemosynam proferēdo ore verbū: sed cum instrumētis ligneis sonoris: per hūc defectum intelligitur peccatū gule: qm̄ gulosus semper habet anhelitū fetidum: ꝛ maxime deo et angelis cum vadit prandsus vel post potū ad ecclesiam p audiendo missam. Sed anhelitus ieiunij est sicut incensum: vnde Dauid ps. cxl. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Eleuatio manū mearū sacrificium vespertinum: ergo simus ieiunii in missa: alꝰ ferebit anhelitus deo et angelis eius. Cōtra tales loquitur Dauid ps. v. Sepulchrū patens est guttur eorū: nam sicut sepulchrū apertum siue patens emittit fetorē ita os illorū. Item sicut sepulchrum clausum non fetet: ita nec ipsi donec apertantur ora ipsoꝝ. Jtē ad loquēdum vana ꝛ linguis agunt dolose scz decipiendo se ꝛ alios in peccato. Sed quid sequit inde dixit. O deus iudica illos .i. dāna eos. ¶Sextus defectꝰ lepre corporalis est: quia facit vocē rauca: per hunc intelligitur ira q̄ facit rauca cum hominem in voce minando alijs: ꝛ raucū etiam reddit, maxime coram deo: et ideo dicit Esa. loquens in persona hominis iracūdi vel mulieris. Esa. xxviij. Erit q̄si phitonis de terra vox tua. q. d. O iracunde vox tua erit quasi phitonis septem demonis. Septimus defectus lepre corporalis est: quia reddit hominem debilem ꝛ impotentem ad operandum: per hunc intelligitur peccatum accidie: maxime in operibus virtuosis. .s. in anima. Satis enim quis potest esse diligēs in temporalibus: quia si non sit diligēs in spiritualibus dicitur esse accidiosus: clare patet: ille enim dicitur otiosus qui in vespere nihil portat ad domū suam. Sed dicitur diligens qui lucratus fuerit in die quattuor vel quinq; grossos ꝛ portat in sero domū: ita est de nobis qui habemus vespere ventre ad hospitiū siue ciuitatem nostrā: de qua loquit Paulus ad Heb. vlti. Non habemus hic ciuitatem manentē sed futuram inquisimus. Si autem laborauerimus per totū tempus vite nostre in hoc mūdo ꝛ ditati fuerimus bonis temporalibus nihil portabimus ad domū .s. ad paradisum: quoniam omnia talia auferuntur in morte. Primo ab vxore ꝛ filijs et nolumus largiri pauperibus qui portarent illū thesaurum in celo. Mat. xix. Da pauperibus et habebis thesaurum in celis: non aūt non curamus: si autem largiremus nūc post mortem: quoniam diceremus Christo, Domine domine aperi nobis. Tunc visis nostris manibꝰ plenis diceret christus. Euge serue bone ꝛ fidelis: qz super pauca fuisti fidelis: supra multa te constituā intra in gaudiū domini tui. Mat. xxv. Sed hodie vocantur otiosi vacātes spūalibus ꝛ non terrenis. Contra quos loquit Paulus dicens .ij. ad Thessa. iij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Apparet q̃ sit ibi ꝛ dictio qꝛ dicit nihil operãtes: et postea curiose agẽtes. dicit autẽ ista: audiuim⁹ aũt inter vos quosdam ambulantes in quiete nihil operãtes supple spũale ꝛ meritoriũ: sed curiose agentes supple circa temporalia ꝛ ita nõ est cõtradictio. Et ecce repsentatio leprę corpalis intellecta spũaliter: vñ qs põt esse sanus i corpore: ꝛ infirm⁹ in alia: vnde Dauid ps. vj. Sana me domine qñ cõturbata sunt omnia ossa mea. Et anima mea turbata est valde ꝛc.

¶ De lepra corporali que quinq; modis in sacra scriptura inuenitur fuisse sanata. Distinctio. xcij.

Lepra corporalis qnq; modis inuenit fuisse curata vel sanata in sacra scriptura.

Primo lottione corpozali.
Scõo tactu manuali.
Tertio ostensione visuali.
Quarto absolutione sinuali.
Quinto elongatione ꝑsonali.

quam faciūt religiosi in capitulis de culpis ibi em̄ sufficit numerare peccata in genere. Tertia cōfessio est generalissima scz illa que fit dicēdo deo: ego sum pctōr et ista est aliquotiēs bona ita ꝙ obtinet gratiā dei. Nota historiā Luce. xviij. de publicano dicēte. Deus propitiꝰ esto mihi peccatori: ⁊ nullū peccatū nominabat nec in specie nec in genere: ⁊ tamen iustificatus descendit in domū suam. Nota nisi auisent̄ ne faciant confessionē illius Italici qui dicebat se habere tria paruula peccata. s. vsuram: luxuriā: ⁊ non credere in deū: iste male numerabat pctā: melius nominabat Manasses rex Juda. ij. Paralipo. Peccaui super numerū arene maris. s. venialiter: peccata em̄ venialia vt arena maris multiplicātur multiplicate sunt iniquitates mee. s. peccata mortalia que multiplicātur sed nō sunt innumerabilia. Prouerb. vlti. ¶ Sexta scientia philosophorū est geometria que est de mēsuris: geometria etiā christi docet bene mensurare vitā propriā bona tēporalia et seruitiū qd̄ debemus facere deo. Et si bene mensuremus ista videbimus ꝙ totū est parū. Et primo vita nostra est valde modica et parua q̄ quasi nihil est: ideo mēsurari nō potest. Nā vita nostra in puncto cōsistit: qr de tēpore non habemus nisi nūc: vt dicit phs: ideo beatꝰ Jacobus: qui bene sciebat mēsurare vitam dicebat Jaco. iiij. que est vita nostra? Respondet statim vapor ad modicū patēs et deinceps exterminabit̄: cum ergo vita nostra sit tā modica debemꝰ humiliari. Scd̄o debemus mensurare bona tēporalia: honores: officia: dignitates vel prelationes: videtur nobis magnū bonū esse regem vel papā ⁊c. Dico ꝙ nullū bonuz est si mensuretur. Quod enim bonū esset facere se fideiussorem sub pena mortis. Tale bonū est esse papam vel regem esse scz obligatū dare rationem deo: de om̄ibus sibi subditis sub pena dānationis eterne nisi det bonam rationem. Ecce ꝙ bonū est dare deo rationē de animabus cum de sua propria habeat satis agere. Itē videtur vobis ꝙ habere multas diuitias sit magnū bonum: sed male mensuratis: quoniam bastaxus siue portitor onerū auro oneratus qui nō potest secū portare ad domū suam nō est sibi bonū: ita quilibet diues est bastaxus istiꝰ mundi: qui est dn̄s diuitiarū. Et si vultis cognoscere quis est dn̄s diuitiarū vos vel mūdus. Notate similitudinem de cane qui in biuio dimisso alio sequitur dominum suū: ⁊ tūc cognoscitur cuius est: ita et vos ⁊ mūdus vaditis per eandē viam sed in biuio. s. in morte diuitie nō sequūtur vos sed mundum: ideo oneretis vos virtutibus ⁊ meritis: qr illa sequunt̄ hominē. Item delectationes carnis vident̄ nobis magne esse delicie ⁊ complacētie. Sed est sicut de febricitāte cui cum pluma galline datur gutta aque ⁊c. Itē debemus mensurare seruitium dei: tu religiose clerice vel laice quot annis sunt ꝙ seruis deo. l. vel. lx. anni: magnuz vobis videtur: sed si bene mēsuretur inuenietis ꝙ de. l. annis non seruiuistis deo pure per annū sine aliquo peccato mortali vel veniali: idem de mēse: idē de hebdomada et de die: quia septies in die cadit iustus: ideo decipiūtur multi male mensurando: et ista est ratio quare se humiliabant: ⁊ quanto erant sanctiores tanto erāt humiliores: iuxta regulā dei Eccl. iij. Quanto maior es: humilia te in om̄ibus et corā deo inuenies gratiam: quoniam magna est potētia dei solius: et ab humilibꝰ honoratur. ¶ Septima sciētia philosophorū est astrologia que ostēdit motus celorū: ⁊ ordinationem planetarum et influentias eorū: ita est de astrologia que legit̄ in scola Jesu christi: quia sicut non est nisi vnus sol in celo: in quo sunt tria. s. substantia radius ⁊ calor: ita nō est nisi vnus deus in toto mundo qui est pater ⁊ filius et spiritussanctꝰ. Aliqui volentes contēplari trinitatem decipiūtur: sumētes personas in deo sicut in nobis. Item sol circuit mūdum a principio anni vsq; ad finem: circuit duodecim signa et illuminat: calefacit: ⁊ facit fructificare: ita sol iustitie christus circuit duodecim articulos fidei contētos in credo in deum dicatur. Item luna totā claritatem recipit a sole: ita ecclesia totā clarita

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tem habet a christo. Et nota hic septem conditiones lune ita ecclesia. Nã primo fuit noua tẽpore christi et apostolorum. Secũdo fuit crescens tẽpore martyrum. Tertio fuit plena tẽpore doctorũ. Quarto fuit minuens tẽpore confessorũ. Quinto conuertẽs modo qꝛ totus mũdus versus est ad vanitates. Sexto eclipsabitur tempore Antichristi nigra per errores ⁊ sanguinolẽta per tormenta ⁊ percussiones Antichristi: in die autem iudicij erit perfecta: iuxta dictũ Dauid Ps. lxxxviij. Sicut luna perfecta in eternũ ⁊ testis in celo fidelis: vel alr sol est de quo dicit ecclesia Marie. Felix nanq; es sacra virgo Maria ⁊ omni laude dignissima: qꝛ ex te ortus est sol iustitie xp̃s deus noster. Et in sole sunt tria: substantia radiꝰ ⁊ calor. Nam christo substãtia corporis radius diuinitatis ⁊ calor dilectiõis: luna est virgo Maria q̃ fuit noua in natiuitate crescens: in tẽpli habitatione plena: in filij dei cõceptione minuens ꝑm representationem hoim in Egypti fugatione: vertẽs in xp̃i passione: eclypsata in corporis defunctiõe: ⁊ tandẽ perfecta in corporis et anime glorificatiõe: vt merito dicatur illud Abacuch tertio. Sol et luna steterunt in habitaculo suo. Lucifer qui solẽ precedit fuit Jo. baptista. Itẽ contẽplare planetas. s. angelos q̃ influunt in hoc mũdo custodiendo nos. Et illi qui talia contẽplantur sunt boni astrologi: ⁊ possunt dicere cũ apostolo ad Phil. iij. Nostra conuersatio in celis est. Unde et saluatorem expectamus dñm Jesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue: cuius claritatis nos ⁊c.

¶ De libero arbitrio quod reperitur in quadruplici differentia.

Distinctio.xcv.



Liberuz arbitriũ reperit̃ in quadruplici differentia: q̃ddã est nãq; liberum arbitriũ infirmum valde debiliter. Sanũ veraciter: ligatũ terribiliter: ꝑfectũ totaliter. ¶ Dico primo ꝙ est quoddã liberũ arbitrium infirmũ debiliter: et illud est in illis qui sunt in peccato mortali: qꝛ quantũcunq; aliquis sit peccator adhuc habet liberũ arbitriũ ad bonũ vel malũ agendũ tamẽ illud liberũ arbitrium est infirmũ ⁊ debile: vnde sicut qñ aliquis est infirmus ea que facit facit debiliter: ambulat em̃ debiliter manducat ⁊ bibit debiliter ⁊c. Itẽ etiã existens in pctõ mortali facit debiliter opera bona: vñ in hoc poterit cognosci vtrũ aliquis sit in peccato mortali. s. qñ sine deuotione facit orationem ⁊ aliã spũalia opera: puta qñ orat nõ flexis genibus sed induẽdo zonãdo ⁊c. q̃uis em̃ tales agãt aliquid boni tamẽ valde debiliter. Silr in die dñico quãdo non possunt expectare missam ieiuni: nec etiam seruãt alias cõditiones audiẽdo ipsam. O quanta debilitas liberi arbitrij est in aliquibus q̃ stant quãdo dr missam ante portã ecclesie. Sed duz pulsatur cãpana ad consecrationẽ intrant cum impetu faciẽdo tumultũ ad modũ gregis porcorũ et amoto caputio ad modũ illius q̃ aliũ salutat quasi dicẽdo bona vita sit vobis reponatis: et post statim exeunt ecclesiã: silr debile est in illis qui nolũt confiteri nisi in ipsa pascha nec eucharistiã sumere: ⁊ isti habent debile ⁊ infirmũ liberum arbitriũ: vñ Dauid post cõmissum pctm̃ cognouit liberũ arbitrium debile ⁊ infirmũ: ⁊ ideo dicit Ps. vj. Miserere mei dñe qm̃ infirmus sum sana me dñe: qm̃ conturbata sunt omnia ossa mea. Ossa sunt tres potentie anime.

Quarũ prima est memoria preteritorũ.
Secũda est intelligentia presentium.
Tertia est voluntas futurorum.

Et dicũtur ossa: qꝛ sicut ossa sustinẽt corpus: ita iste tres potẽtie sustinent aiam in gratia dei. Unde primũ os. s. memoria est infirmũ: qꝛ nõ memoratur beneficia que deus cõtulit neq; gratiã: puta nõ recordatur quomodo deus creauit ip̃m hominẽ non brutũ. Itẽ quomodo redemit eum: quõ voluit suspẽdi ne nos suspenderemur ⁊c. Est etiam infirmum os intelligentie quia nõ cogitat gloriam paradisi et cantus angelorum: sed cogitat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quomodo poterit defraudare proximū. Et si est meretrix in lupanari ꝛc. Siliter est infirmū. Tertium os volūtas qꝛ non cogitat futura quō. s. si est bona in fine et in obitu suo deus mittet multos angelos. Et ꝙ si sit malus veniet magna multitudo demonū qui portabunt eū in infernū: infirma ergo sunt ossa ꝛ liberū arbitrium: habemus em̄ infirmū et debile liberū arbitrium propter inclinationem carnis. Caro em̄ trahit ipsam animā. Et facit ipsam declinare: iuxta illud apli ad Gal. v. Caro cōcupiscit aduersus spm̄: ꝛ spūs aduersus carnē: hec enim sibi inuicem aduersantur: vt non quecūq; vultis illa faciat: patet ergo ꝙ habemus liberꝝ arbitriū sed infirmū propter inclinationem carnis: ꝛ ideo dicit Paulus in persona cuiuslibet nostrū ad Roma. vij. Condelector legi dei ꝑm interiorē hominem video autē aliam legem in mēbris meis repugnātem legi mentis mee: ꝛ captiuātem me in lege peccati: verū tamē q̄uis liberū arbitriū sit infirmū deuoti tamen ꝛ spirituales condelectant̄ in bonis operibus duplici ratione: primo ꝓpter consuetudinē que est quasi cōuersa: itē propter dei gratiā que consortat eos. Et de talibus dicit Paulus ad Rom̄. vj. Cum em̄ serui essetis peccati: liberi fuistis iustitie: quem ergo fructū habuistis tūc in illis in quib⁹ nunc erubescitis. Nā finis illorū mors est. Nūc vero liberati a peccato: serui autē facti deo habetis fructū vestrū in sanctificationē: dicit fructū vestrum: qm̄ in tempore estiuo fructus dat multā delectationē gustui: ita siliter talia bona opera inferūt delectationē deuotis: ideo dicit fructū vestrū in sanctificationem: finē vero vitam eternā: patet ergo ꝙ habemus liberū arbitriū sed infirmū ꝛ debile: q̄diu sumus in pctō mortali. ¶ Est etiā secūdo quoddā liberum arbitrium sanū veraciter. s. qn̄ quis post peccatū conteritur de peccatis cōmissis et proponit non reuerti ꝛ confitet̄ ꝛ agit penitentiā: talis habet liberū arbitrium sanū veraciter. Et ratio est: qꝛ infirmitas pcti erecta est: et hoc potest cognosci per hoc qd agit opera spūalia fortiter ꝛ cum diligētia: sed que sunt illa opera que q̄s debet facere cū diligentia? Dico ꝙ oportet orare mane ꝛ sero capite discooperto hoīes ꝛ mulieres virgines: quia vidue ꝛ maritate debēt orare capite cooperto: vt ptz per cōsilium Pauli. j. ad Cor. xj. Uñ cū dicimus pater noster debem⁹ cogitare ꝙ loquimur cū tanto dño. Et qn̄ dicimus aue Maria debem⁹ cogitare ꝙ loquimur cū tanta dña: et sic timor ascēdit ad cor: ꝛ fiet deuote oratio: et sic libertas erit sana in libero arbitrio: iuxta ꝑm modū vnde dicebat xp̄s Jo. viij. Amen dico vobis ꝙ si filius vos liberauerit vere liberi eritis ꝛ cognoscetis veritatē: ꝛ veritas liberabit vos. q. d. Si filius dei vos liberauerit a pctō: supple vere liberi eritis. Sed quare dicit melius: si fili⁹ ꝛc. q̄ pater ꝛ spūssanctus qui etiam liberant: ratio est: qꝛ nō possumus liberari a pctō nisi per passionē christi. Et ideo dicit filius. Sed sequit̄ in auctoritate ꝛ cognoscetis veritatē: et veritas liberabit vos. Que ergo differētia est inter primā et secundā. Pro quo sciendū ꝙ peccatū est in voluntate. s. qn̄ quis est in pctō mortali ꝛ illud vult: ꝛ est etiā in intellectu. s. ꝑ errorem cōtra fidē: ꝛ ideo dicit ibi bina vice liberi ꝛ liberabit vos: ad ostēdendū illud duplex peccatū a quo liberamur ꝑ xp̄m. Et sequit̄ in auctoritate cognoscētis veritatē. s. fidei ꝛ hoc sciēdo Credo in deū: ad cuius nesciētiam nemo excusat̄: quia nullus est quin sciat cantilenas. Et ideo dicit post veritas liberabit vos. s. Credo in deum ab Antichristo qn̄ veniet. Et de ista liberatione arbitrij sine libertate loquebat̄ Paulus ad Rom̄. vj. Nunc vero liberati a pctō ꝛc. vt. s̄. ¶ Tertio est q̄ddam liberū arbitriū ligatū terribiliter: ꝛ illud est in dānatis: tñ liberū arbitrium nunq̄ dimittit animā: qꝛ est ei essentiale et ideo nūq̄ separat̄ ab ea. Et ad hoc intelligendū potestis videre in aliq̄ stulto qui q̄uis habeat liberū arbitriū habet tamen ligatū ꝛ rabidum. Et nota exemplum: Luce. vj. de diuite qui rogabat ne fratres sui venirent ad infernum: ꝛ illud erat bonū qꝛ nolebat ipsos dānari. Tamen finis nō erat bonus qꝛ volebat im-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pedire iustitiã diuinam ad hoc.s. ne ipse haberet maiorẽ damnationẽ: qz ad augmentũ damnatoꝝ sequitur augmentũ pene: ergo pater qꝫ habẽt liberum arbitriũ sed ligatum: et de ista libertate dicit Ysaie.xxxiij. Ecce ego predico.i. prius dico libertatem ad gladium ad pestẽ et ad famẽ: ꝛ dabo vos in cõmotionem cũctis regnis terre: in qua auctoritate ostendũtur quattuor que sunt in dãnatione dãnatorum. Primũ est sententia dei irrenocabilis que dabit in iudicio cũ dicet. Ite maledicti in ignẽ eternum. Et ideo dicit: predico vobis libertatẽ gladij. s. sententie dei: qz sententia dei ẽ gladius: vt ptz per Jo. apoca. xix. De ore eius ꝓcedebat gladius ex vtraq; parte acut⁹ vt ex ipso percutiat gentes: dicit gladius ꝓcedebat de ore: clarũ autẽ est: qꝫ gladio non percutimus cũ ore sed cũ manu: ergo intelligit de sententia: dicit ex vtraq; parte acut⁹ scz dãdo sententiã cõtra corpus ꝛ cõtra animã. Corpus tamẽ modo non torquet cũ secũdario peccauerit sed resurget in iudicio vt sumat retributionẽ boni vel mali: prout testat apls. ij. ad Cor. v. dicẽs. Oẽs nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit siue bonũ siue malum. Secundũ qꝫ est in dãnatione est fames valida: que ostenditur in hoc qđ dicit: ecce predico vobis libertatẽ dicit dñs ad famẽ. O si sciretur validitas famis quã habent dãnati: quam ostendit xps Luce xvj. de diuite petenti guttã aque: de quo dicit textus. Cũ esset in tormentis leuauit oculos ꝛ vidit Abrahã a longe ꝛ Lazarũ in sinu eius: ꝛ ipse clamãs dixit. Pater Abrahã miserere mei: ꝛ mitte Lazarũ vt intingat extremũ digiti sui in aquã vt refrigeret linguã meã: habet enim anima oculos ꝛ cetera mẽbra spiritualia q̃ a philosophis vocant virtutes: dicit ergo et rogauit vt haberet guttã aque: cũ vidit Lazarũ quoniã damnati vsq; ad iudiciũ vident beatos. Verũtamen ꝓpter hoc non satiãtur sed plus esuriunt: sicut aliquis esuriens: videns mensam plenã ferculis ꝛ cibarijs nõ potens tamen porrigere manus ad cibos: sed hz aliquem prohibẽtem cũ ense amplius esurit. Ita similiter dãnati videntes beatos magis torquent: verbi gratia: si aliquis sit damnatus in inferno per superbiã: cum videt Paulũ qui fuit superbus in tanta gloria dicit. O miser: nõne ille fuit superb⁹ sed egit penitentiã. O miser cur non feci ego ita. O maledicte pater cur me genuisti. O maledicta mater cur me peperisti. O in despectu dei natus fuz: ꝛ si possent interficerent seipsos. Similiter vsurarij vt dẽtes beatum Matthеũ qui fuit theolonarius dicunt. O miseri: est ne ille ꝛc. Si deo fecissem ꝛc. et post maledicunt hozã natiuitatis eorum ꝛ obstetricẽ: quia non occidit eos in natiuitate: ꝛ sic pater verberat filiũ dicẽdo. O ribalde ꝓ te fuit dãnatus: quia volebã tibi dimittere magnam hereditatẽ ꝛ iniustam: ꝛ filius insurgit cõtra patrem ꝛ maritus cõtra vxorẽ. Item luxuriosi videndo beatam Mariã Magdalenã: ꝛ ita de alijs. Tertiũ qꝫ habent dãnati est qꝫ habent dolorẽ de omi bono quod fecerũt in hoc mundo cũ nihil prosit illis. Item dolẽt de gloria beatorum. Item de honore dei. Et illud intelligitur per hoc qđ dicitur: predico vobis libertatẽ ad pestem. Unde pestis est morbus procedens ex infectione aeris: hanc pestem generalẽ habent damnati quia in omnibus sensibus habent dolorem. Primo in visu videndo demones ꝛ bona que fiunt cum nihil prosint illis. Item in auribus audiendo clamores et ita de alijs. Quartum est cõmotio inter ipsos. s. qz demones cõmouentur contra demones ꝛ verberant et bellant inter se. Et illud intelligitur per id qđ dicit: predico vobis libertatẽ: qz dabo vos in cõmotionem vniuersis regnis terre: vnus eñ insurgit contra aliũ: ꝛ potissime ꝓtra se inuicẽ illi qui fuerũt occasio peccandi vnus alteri: ꝛ de isto libero arbitrio ligato loquebatur christus Mat. xxij. dicẽs. Ligatis manibus ꝛ pedib⁹ mittite eũ in tenebras exteriores ibi erit fletꝫ ꝛ stridor dentiũ: dicit ligatis. Ubi sciendũ qꝫ sicut qñ volum⁹ facere aliqđ opus vadim⁹ cũ duobus pedib⁹. s. dextro ꝛ sinistro: ita etiã alia habet duos pedes. s. dextrũ scz

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

amorem boni ⁊ sinistrū. s. timorē mali et pene: due manus sunt actio: boni ꝑ amorem: ⁊ ista est dextra ⁊ actio boni per timorem: ⁊ ista est sinistra. Et ideo dicit ligatis hoc est ꝙ non possit: nec ꝑ amorez nec per timorem bonum agere: ptz ergo libertas dānatoꝝ qꝛ habent liberum arbitrium: sed ligatum taliter ꝙ non possunt exire in bonū actum. ¶ Quarto est quoddā liberū arbitriū quod est ꝑfectū cōplete: ⁊ totaliter. Et illud est in beatis qui habēt liberum arbitrium taliter ꝑfectum a deo ꝙ non possunt peccare sicut nec dānati possunt bene agere. Sed diceret aliq̄s quō beati habent liberū arbitriū: qꝛ liberuz arbitriū nihil aliud est nisi posse agere bonū vel malū: dr̄ ꝙ verum est in viatoribꝰ qui sunt in hoc mūdo sed isti non hn̄t liberū arbitrium ꝑfectum. Sed beati habēt liberuz arbitriū perfectū: quia sunt omnipotētes sue voluntatis. Sicut determinat magister in primo libro sententiaꝝ. Omnia em̄ q̄cūq̄ volunt possunt ⁊ in hoc cōsistit perfectio liberij arbitrij: ergo magis habēt liberū arbitriū saluati quā illi qui sunt in hoc mundo cum ipsi adhuc possunt peccare. Et de tali libertate loquitur Paulus ad Roma. viij. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis: in libertatem glorie filiorū dei: ⁊ de tali etiam libertate loquebatur xp̄s Joā. viij. Amen amen dico vobis si filius vos liberauit vere liberi eritis ⁊ cognoscetis veritatē ⁊ veritas liberabit vos in eodem. Rogemus ⁊c.

¶ De quattuor libris quos dedit nobis Christus in quibus possumus studere et acquirere scientiam.

Distinctio. xcvj.



Libros quattuor dedit nobis magister noster dn̄s iesus christus in quibꝰ possumus studere: ⁊ acquirere scientiam.

Quoꝝ primus est nature: ⁊ iste est generalis.

Scd̄s est scripture: ⁊ iste est specialis.

Tertius est gratie: ⁊ iste est supnalis.

Quartus est cōscientie: ⁊ iste est spūalis.

¶ Et quicq̄d in istis libris scriptū est ad nostram doctrinā scriptū est. ¶ Primus ergo liber quē dn̄s iesus xp̄s nobis scripsit est liber nature gn̄alis. Et iste liber est totꝰ mūdus: qm̄ in libro sunt multe carte seu folia multa capitula mlti quaterni: ⁊ lr̄e magne ⁊ parue. Sic i isto mūdo sūt multe carte. s. celuz sol luna stelle ignis aer aqua terra: lr̄e aūt sunt creature: in quo libro duas habemus lectiōes quas possumus eligere: addiscere: ⁊ legere: prima lectio est quid credendū q̄d faciēdum: ⁊ quid sperādū: vn̄ q̄tū ad primam lectionē supposito ꝙ nō essent magistri: nec p̄dicatores quilibet sane mentis videndo ⁊ respiciēdo mundū celum solē lunā stellas per se cognosceret: ⁊ veniret in eo ista opinio ꝙ aliq̄s magnus dn̄s fundauit: ⁊ fecit palatium huiꝰ mūdi. Sic qui intrat palatiū regis etiam si non videat regē: sed vidēdo solū palatiū ita magnū: ita pulchrū: depictū ⁊ ornatū statim per intellectū naturalez intrabit in corde suo ⁊ imaginabit istā lectionez ꝙ magnus dn̄s debet esse ille qui tā magnum palatium fabricauit. Idē de mūdo isto: vnde apl's ad Hebre. iij. Omnes nāq̄ domus ab aliquo fabricatur qui aūt omnia creauit deꝰ est: ideo idē apostolus ad Roma. j. Inuisibilia dei. s. eternitas dei potētia sapiētia magnitudo: ⁊ sic de alijs attributis q̄ sunt inuisibilia ꝑ ea q̄ facta sunt visiblia ab homine possunt cognosci: deꝰ enim q̄ inuisibilis est natura fecit opus: ꝑ cuius visibilitatem ostēderet opificem quātꝰ et qualis esset vt dr̄ in primo sentētiaꝝ. Ex ꝑpetuitate rerum cognoscit conditor eternꝰ: ex magnitudine creaturaꝝ cognoscit omnipotens ex bonitate creaturaꝝ bonꝰ ex pulchritudine pulcher ex dispositione ⁊ gubernatione sapiens. Ideo bene dr̄ ꝙ inuisibilia dei ꝑ creaturam. i. hoīem intellecta cōspiciuntur. s. per visibilia creata ita vt sint inexcusabiles. Itē ostēdit nobis q̄d faciendū legēdo sic. O nos sumꝰ in palatio huius mūdi tā magni in deo qui oīa fecit ⁊ creauit tu cogitas O quilibet dominus vult ꝙ sui domestici qui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bus ꝓuidet sint sibi fideles: ⁊ sic seruabit primum mandatum non ire ad diuinos: nec ad inimicos dei. Sed petamus dño ea q̄bus indigemus: ita deus non vult ꝙ sui seruitores ⁊c. Et ita de alijs mandatis quere supra vbi satis reperies. Sed aliqui nesciunt legere in isto libro vel nolunt: ⁊ de isto libro est auctoritas Esa. xxix. Erit vobis visio omniuꝫ sicut verba libri signati quē cū dederint scienti litteras dicent ei lege istū. Et respondebit non possum signatꝰ enim est. Et dabitur liber nescienti litteas: diceturqꝫ ei lege. Et respondebit nescio litteras. Nota ꝙ liber mundi huiꝰ d̄r signatus ꝓpter occupationē tēporaliū negocioꝝ qm̄ multi nō cogitāt de operibꝰ dei respice ergo litterā solis a quo est facta qꝛ a deo. Et ꝯsidera quō obediuit p̄cepto ⁊ mādato dei qm̄ sex milia annoꝝ sunt ⁊ vltra ꝙ deus precepit soli ꝙ de oriente in occidentē faceret cursum suum in oī die ⁊ fuit ita obediens ꝙ nunq̄ fregit p̄ceptum: nec fecit oppositum: de quo ꝑhibet testimoniū Dauid p̄s. cxlviij. dicens Statuit ea ī eternū ⁊ in seculū seculi p̄ceptum posuit: ⁊ non preteribit. Idem de luna ⁊ stellis vsqꝫ in diem iudicij qñ habebūt a deo p̄ceptum de opposito: qꝛ tūc sol ⁊ luna non habebūt oriens: nec occidens: qm̄ nō mouebuntur: sed sol stabit in oriēte fixe ⁊ luna in occidēte. Abacuch iij. Sol ⁊ luna steterūt in habitaculo suo ⁊ tūc non erit vicissitudo diei ⁊ noctis ꝑ cursum solis ⁊ lune: qꝛ cessabūt oēs motus firmamēti: planetaꝝ ⁊ stellaꝝ ex dei p̄cepto vt d̄r: in quarto sn̄iaꝝ dist. xlviij. Idē de elementis plantis auibꝰ qui certo tp̄e faciunt effectus suos indeficienter. O magna verecūdia est homini: qm̄ oīa deo obediunt ⁊ sunt ordinata ad faciendū dei p̄cepta: ⁊ seruādū regulā sibi a deo datam: ⁊ homo non vult obedire. Animalia enim bruta respiciunt ⁊ ꝟuāt tempus ad ꝓlem habendā homo nūq̄. Exemplum de elephante qui nō cognoscit femellam nisi ratione generationis ⁊ dum est pregnans portat per duos annos setum ⁊ post duos annos vel tres: ꝑ quinqꝫ dies vacat operi carnali: ideo viuunt per centum annos quia sunt tante abstinentie. Alia autez bruta que viuūt inter homines non seruant dei ordinationē quia qñcūqꝫ reperiūt se statim cōiungūtur sicut asini canes galli equi ⁊ iumēta ⁊ videt̄ ꝙ ab hoīe didicerint: aīalia enim que non cōuersantur inter homines non cōiūguntur nisi ratione prolis. Omnia sunt obedientia deo homine excepto. Aqua enim obedit dando pisces: terra dando fructum: sed homo nō vult obedire Hester. xiij. Domine deus in ditione tua cūcta sunt posita ⁊ non est qui possit resistere voluntati tue: excepto homine qui in omnibꝰ facit oppositū: dicit enim homo deo. Quid dicitis vos dñe? volo ꝙ sitis humiles: dixistis dñe: ita et nos erimus sup̄bi pomposi vani sup̄flui portabimꝰ magnas vestes: ⁊ preciosas foderaturas portabimus cornua ⁊ ememus crines vt appēdamus capitibꝰ nostris q̄ sunt scabiosa fardabimꝰ nos domine in vultu quē dedisti nobis: ⁊ ita de alijs vitijs: ⁊ sic ptꝫ ꝙ oēs creature sunt obedientes deo excepto homine qui nō vult obedire: nec legere in isto libro mūdi vt capiat exemplū obediendi. Sed dicit ꝙ liber est signatꝰ firmatꝰ ⁊ clausus. Et tñ nō est signatus īmo apertus. Sed tu homo habes oculos clausos culpa ⁊ peccato ⁊ occupatione polueris bonorū terrenoꝝ. Et sequitur dabitur liber nescienti lr̄as. i. rudi. Et dicet nescio lr̄as: vult ergo dicere deus in ꝓphetia ꝙ nec litterati: nec illiterati legūt in isto libro sed in his q̄ sunt in mundo ea cogitādo que sunt obediētia hominibꝰ et nō deo.

¶ Secūdus liber factus a deo ꝓ nostra eruditione est liber scripture: ⁊ iste est liber specialis: et iste liber est biblia in qua textualiter habetur: ⁊ est omnis scriptura dei qꝛ oēs alij libri sunt ad declarandā sacram scripturam biblie: ⁊ dicit̄ liber specialis quia non omnes sciūt ibi legere nisi litterati ⁊ clerici: ⁊ de isto libro dicitur Ezechel. ij. Et vidi: ⁊ ecce manus missa est ad me in qua erat inuolutus liber ⁊ expandit illum coram me qui erat scriptus intus ⁊ foris: ⁊ scripte erant in eo lamentationes ⁊ carmen ⁊ ve. Mora-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

liter manus missa est persona filij dei. s. iesus xps. Rō: qm̄ sicut manib⁹ nos operamur oia opa vt dicit philosophus q manus est organum organorū: ita deus pater per filium fecit omnia. Joānis. j. Omnia facta sunt per ipsum. s. per filiū. Et de ista manu dicit dauid psal. cxviij. Fiat manꝰ tua: hoc est veniat filius tuus vt saluet me. Jsta manꝰ missa fuit in incarnatione: liber aūt inuolutus. s. biblia clausus erat ante aduentum christi quātum ad secreta. Sed post erpādit ⁊ aperuit secreta apostolis declarando ⁊ ipsi postea predicando secreta fidei: vnde de christo dicitur Luce vlti. Aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Sequitur in scriptura Ezechiel. Et scripte erāt in eo lamētationes ⁊ carmē ⁊ ve: lamentiones penitentiū: carmen. s. in gloria regnantium ⁊ ve impenitentium: qz tota scriptura dei stat in tribus cōclusionib⁹. Prima cōclusio est q sacra scriptura puocat nos ad penitentiam ⁊ dolorē quia maior pars scripture est ad inducēdum nos ad penitentiam de peccatis p contritionem cogitādo peccata que cōmisit et dicēdo intra se. O miser ego feci ista ⁊ offendi deum ⁊ sic ploratus. etc. Nota: secūda cōclusio scripture est prouocatiua ad carmina gaudiorum glorie. s. eorum qui per penitētiam venūt ad gloriam: ideo dicit carmē. Carmen est cantilena gaudij quā qui habet per penitentiam ⁊ lamentationē veniet ad carmē ⁊ cantū glorie celestis. iuxta illud Matthei. iij. Penitentiam agite: ecce ibi dolor et lamentatio: appropinquabit regnum celorum ecce carmē glorie. Tertia cōclusio ⁊ lectio sacre scripture est ve. i. dānatio ⁊ maledictio eterna. Luce. xvij. Dico vobis nisi penitentiā egeritis oēs simul peribitis. Et sic patet q sacra scriptura stat in istis tribus. Primo ad prouocādum ad penitentiam. Secūdo ad desiderandum gloriam. Tertio ad intimādum penam eternam. Sed dicitur q erat scriptus intus ⁊ foris. Intus est scriptus p clericis qui intelligunt secreta. Et foris p rudib⁹ et simplicibus: ideo magni clerici scz apostoli de secretis interioribus istius libri extraxerunt. xij. cōclusiones scilz duodecim articulos fidei qui continentur in credo in deū: ideo dicitur scriptus foris pro rudibus inquātum illud qō extraxerunt magni clerici. s. apostoli qui extraxerunt credo q̄ tenemur scire dicatur hic. Et istam lectionē tenemini scire et legere qualibet die mane et sero iuxta ysiliū beati Hieronymi. Et si sine defectu venietis ad bonum finem ⁊ salutationem. Et si aliquis diceret. O pater ego nescio credo. Et scitis aliquā cāntilenam. O pater ego de francia ⁊c. O deus sciunt istas vanitates et cantilenas et cantilenā spiritus sancti nesciunt. Qua propter sciatis et dicatis vt possitis resistere diabolo et eius ministro antixpo. Jdeo prime Petri. v. dicitur. Aduersarius vester diabolus vt minister eius antichristus tanq̄ leo rugiens circuit quesrens quem deuozet cui resistite fortes in fide. Nam quecunq̄ scripta sunt non solum in primo libro sed etiā in isto fecido ad doctrinam nostram scripta sunt.

¶ Tertius liber factus a deo est de gratia et iste est supnaturalis. Jste liber est christus qui dicitur liber gratie vite misericordie et glorie. De quo Esaie. viij. Et est verbum dei patris ad mundum. Sume tibi librum grandem: et scribe in eo stilo hominis. q. d. sume tibi. s. christum ad vtilitatem et redemptionem et salutem tuam. Et iste liber grandis est christus. s. quātum ad diuinitatē: ⁊ sunt in illo libro due charte. s. humanitas et diuinitas: tamē excedit oēs libros factos et fiendos ad Colk. ij. In quo sūt in christo sunt omnes thesauri sapiēte et scientie dei absc̄diti. Sequitur in auctoritate Esaie. Et scribe in eo stilo hominis. s. per operationē hominis: hic liber xps fuit apertꝰ in cruce: quia nudus crucifixus fuit scriptꝰ opere hominis. s. iude et iudeorū Pylati cayphe calamis clauoꝝ flagellorum spinaꝝ ⁊ lācee acutissime. Scriptores fuerunt ministri. s. iudei iudas pylatus ⁊ cayphas. Incaustum fuit sanguis. Pergamenū sua caro. Littere plage magne: quinq̄ in isto libro debemus legere: charitatē humi-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tatem paupertatem deuotionē: quanta charitas fuit in isto libro: qz ibi ipse voluit tanta pati vt nos redimeret z ne pateremur in inferno. Et ideo in opere tuo debes tibi istum librum passionis christi assumere quē tunc recipis et assumis quādo te debito modo signas: sed quidam volētes sibi proponere z assumere librum vite assumūt sibi librum mortis s. signū dyaboli qui sibi vsurpauit signū circuli. Ostēde hic modum signādi: ideo dicebat apls ad Gal. vj. Mihi aūt absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu xpi. Et propter q̄cūq; scripta sunt nō solū in primo libro: sed etiam in tertio qui est liber vite. s. iesus xps ad nostrā doctrinā scripta sunt. ¶ Quartus liber est de conscientia z iste est spūalis vñ cōsciētia vel alia in natiuitate estvt liber in quo nihil depictū est vel scriptū. Dicit em philosophus q̄ aia in prima sui creatione est tanq̄ tabula rasa in qua nihil depictum est. Sed postq̄ hō habet vsum liberi arbitrij incipit sibi scribere bona opera vel mala q̄ facit opera transeunt actualiter: sed remanēt scripta in libro cōsciētie: verbi gratia: q̄ hodie feci sti bonū opus. s. q̄ primum saluasti ille actus trāsiuit: sed remanet scriptus in libro cōsciētie. Idē declara de oibus bonis operib⁹, z discurre per singula qz oia opera remanēt scripta in illo libro cōsciētie. Auctoritas ad Rom. vj. Cū enim gētes que legē nō habēt naturaliter ea que legis sunt faciūt: hmōdi legem nō habentes ipsi sibi sunt lex qui ostēdūt opus legis scriptū in cordib⁹ suis: vt rudes qui nesciunt legere idē de malis operib⁹. Si hodie cōmisisti aliq̄ peccatū mortale in ipse videt z in libro tuo scribit. s. in libro cōsciētie: qz dicit liber dei duplici rōne. Primo qz ipse eā creauit ita q̄ rōne creationis liber cōsciētie nostre ē liber dei. Secūdo est dei quia ipse ponit ibi legere omnes defectus: z omnes virtutes: solus enim videt conscientiam hominis: z in isto libro conscientie debemus legere: per memoriam peccatorum z radere malam literam z defectus peccatorum scindi pēmo confessionis: vnde quando peccator absolutur scriptura illa destruitur: ita q̄ nullus posset in ea videre in iudicio Secus est de illis qui nolunt nunc legere in libro conscientie per confessionem quoniam in iudicio omnes legent in libro conscientie omnium: vt dicunt doctores super quarto sententiarum. Et ratio est quia deus vult q̄ sententia per eum data bonis z malis approbetur ab omnibus: non autem possent approbari nisi prius videantur merita z demerita: z ideo in die iudicij liber conscientie erit apertus omnibus ita q̄ quilibet videbit clare bona z mala alterius. Nota quomodo tunc manifestabūtur omnia mala quomodo clamabunt bona cōtra malos: bene est auctoritas prime ad Corinthios quarto. Nolite ante tempus iudicare quoadusq̄ veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum z manifestabit consilia cordium z tunc laus erit vnicuiq̄. s. bono: et derisio malis. Tunc libri conscientiarum aperientur manifeste iuxta auctoritatē Danielis septimo capto. Judicium sedit z libri apti sunt. z Apocalipsis vigesimo Et alius liber apertus est qui est vite. In hoc libro tenemini legere z quilibet anno semel ad minus confiteri: scilicet in quadragesima: sed deo in qualibet die in deuota oratione ostende modum orandi contra illos qui orant in duendo se z velatis crinib⁹ vel orando se vel ambulādo: quia oratio est ascēsio mētis ad deū teste Damasceno: imo ores genibus flexis cogitando cuz quo loqueris quem vides iratum contra te ppter petā tua: z tū cipe Pater noster ꝛc. Nota cōsilium xpi Luce. xvij. Oportet semp orare manere z nō deficere: z sic ptz q̄ q̄cūq; scripta sunt in his q̄tuor libris ad nram doctrinā scripta sunt.

¶ De q̄tuor locis i q̄bus locantur seu manēt aie defūcto⁹. Distin. xcvij.



Loca quattuor ad que vadunt aie post hanc vitā. Est enim locus condēnatorum: et hic tormentosus. Locus dānatorum: et hic tenebrosus.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Locus purgandorum: ⁊ hic dolorosus.
Locus beatorum: et hic gloriosus.
¶ Pro quorũ declaratiõe sciendũ ꝙ terra est rotũda siue spherica sicut pomũ: ⁊ in medio sunt quattuor loca: scilicet
Infernus damnatorum.
Limbus puerorum.
Purgatorium.
Limbus patrum.
¶ In vltimo aũt loco nullus est modo: sed in ãlo est paradisus: ⁊ ideo ponit̃ hic pro quarto loco nõ curãdo de limbo patrum. Qd̃ aũt sint tot loca infernalia patet per articulũ fidei Descendit ad inferos. Itẽ paulus ad Ephe. iiij. Qd̃ autez descẽdit quid est nisi qꝛ ⁊ descendit. Primum in inferiores partes terre: sꝫ ꝙ iste sit in medio in corde terre patet per christum dicentẽ Mat. xij. Sicut em̃ fuit Jonas in vẽtre ceti tribus dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctibus: sic erit filius hoĩs in corde terre tribus dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹. Per tantuz em̃ tẽpus fuit aĩa xp̃i in inferis per quãtum stetit corpus in sepulchro ⁊ ampli⁹: qꝛ corpus fuit per magnũ tẽpus in cruce post separationẽ aĩe. ¶ Primus ergo locus ad quẽ vadunt aĩe defunctorũ est tormẽtosus: et ad illũ locũ vadũt dãnati impenitẽtes qui in hoc mũdo nolunt facere penitentiã nec habere cõtritionẽ de pctis respectu dei: tales em̃ vadũt ad locũ tormentoruz. Et ideo scriptura sacra loquens predicatoribus qui debent sepe loqui de isto loco dicit per hũc modum Luce. xvij. testetur illis ne ⁊ ipsi veniant in hũc locũ. Etiã hoc ostẽdit sanctus Jo. Apo. xxj. Timidis ⁊ incredulis ⁊ excecratis ⁊ homicidijs ⁊ fornicatorib⁹ ⁊ veneficijs ⁊ ydolatris ⁊ oĩb⁹ mẽdacib⁹ pars illorũ erit in stagno ardẽti igne et sulphure. Timidi sunt qui timore pene siue passionis nolũt agere penitentiam nec affligere carnẽ. Et de istis loquit̃ dauid p̃s. xiij. Illic trepidauerunt timore vbi nõ erat timor. Itẽ timidi sunt illi qui nolunt incipere bonã vitã ꝓpter mundi illusionem sicut mulieres dimittere cornua ⁊ alias vanitates excessiuas. Itẽ religiosi ⁊ religiose incipe bonã vitã ⁊ indui iuxta regulã: tales em̃ sunt similes illis qui timẽt catellũ latrantẽ ⁊ non leonẽ rabidum ipsos vorare, volentẽ. Itẽ timidi sunt iudices ⁊ rectores q̃ timore aliquorum timẽt iustam sententiã dare ꝑm iustitiam. Breuiter timidi sunt illi qui magis timent displicere creatori q̃ꝫ creaturis incredulis. s. iudeis ⁊ infidelibus: et nõ solũ illis sed etiã christianis qui heresitant volẽtes mẽsurare fidẽ cuz intellectu. Tales em̃ sunt similes volẽti purificare scuta auri purissimi cũ candela parua: quorũ pars est in igne ardẽti ⁊ modicum ardent ⁊ vident se vt augeat̃ pena. Excecrati sunt illi qui enormiter iurant qui debẽt excecrari ab alijs tanq̃ꝫ publici homicide. Homicide sunt illi qui sine iustitia occidũt per vindictã vel irã. Est tñ alius modus occidẽdi. s. ꝑ iustitiã: et iste debet exerceri al's qui debet malefactorem occidere ⁊ nõ occidit nõ intrabit in regnũ dei. De talib⁹ nõ intelligit̃ sed de illis qui occidũt per irã vel inuidiaz vel diuitias aut hereditatẽ habẽdã vel propter crimẽ celandũ: sicut mulieres q̃ occidũt pueros ne diffament̃. Fornicatores sunt qui simpliciter luxuriant̃: clarũ est illud: tales autẽ habẽt partem in sulphure. Istud est minus pctm̃ luxurie: et ideo ponẽdo illud paruũ pctm̃ bene dat̃ intelligi alia pctã luxurie que sunt maiora: veneficij sunt ꝓprie illi malefactores sortilegi ⁊ eis credẽtes: ydolatre proprie sunt illi qui adorant creaturas sicut sunt illi qui adorãt solem: lunam ⁊ alias creaturas mẽdaces. Ubi sciendũ ꝙ sunt mẽdacia que sunt pctã venialia sicut sũt illa que nulli ꝓsunt nec nocẽt sicut truffe. Sed sunt alia mẽdacia q̃ nocẽt alicui sicut false testificãdo in iudicio. Item vt nõ soluãt debita dominoꝝ: ⁊ ita de alijs qui pro euitãdo dãno suo vel ꝓximi siue patris siue matris mentiũtur. Itẽ diffamantes proximos cũ mẽdacijs. Itẽ qui in diffamatione miscẽt bonũ vt ipsi credantur: pars illorũ sulphur est: collũ em̃ taliũ immediate ligat̃ cathena que tangit vsq̃ ad infernũ que nõ põt frãgi nec precib⁹ angelorũ nec sctõꝝ nec btẽ virginis nisi fama reparetur posito ꝙ sit verum si sit secretũ multo magis quãdo est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mendaciū: de quibus loquit̄ Dauid p̄s xlix. dicens. Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris ⁊ aduersus filiū matris tue ponebas scādalū hec fecisti ⁊ tacui. Existimasti inique ꝙ ero tui similis: arguā te et statuā cōtra faciem tuā. Tales em̄ vadūt cū iuda qui malicia vendidit xp̄m. Actuū. j. Preuaricatus est iudas vt abiret in locū suū. Caueat ergo quilibet ne descēdat in hunc primū locū. ¶ Secundus locus est bannitoꝝ: ⁊ hic est tenebrosus illuc descendūt illi qui nō meruerūt damnationē inferni sed sunt exulati a regno xp̄i: ⁊ isti sunt infantes morientes sine baptismo. Sed diceret aliquis quare sunt exules? Rn̄det̄ ꝑ similitudinem vnius regis habētis vnum castrum altum inexpugnabile qd̄ tradidit cuidā militi ⁊ vxori sue: qui tradiderunt illud inimicis. Qd̄ vidēs rex noluit eos occidere sed eiecit de castro dicens. Filij vestri nunq̄ intrabunt castrum meū. Et istud fuit valde iustum. Rex est deus: castrum paradisus terrestris: miles ⁊ vxor adam ⁊ eua quib⁹ deus tradidit castruz ad custodiendū. vnde Gen̄. ij. Posuit illū in paradiso voluptatis vt oparet̄ ⁊ custodiret illd̄. Et i pr̄ia die custodie tradidit castrū inimico. s. demoni. Qd̄ vidēs deus dedit sn̄iaz ne vllus filius ade intraret paradisum. Sed diceret aliq̄s: ergo nullus intrabit cum oēs sumus filij ade ⁊ eue. Rn̄detur ꝙ verū est q̄diu sumus ante baptismū: sz in baptismo mutatur gn̄atio qꝛ efficimur filij xp̄i: qꝛ al's nō intraremus. Unde Jo. iij. Amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ sp̄ūsancto nō pōt intrare in regnum dei. Ideo filij ade sunt exules ⁊ isti vadūt in locū tenebrosuz prope infernū: nō tamē intelligit̄ de tenebris corporalib⁹ sed de tenebris gratie dei q̄ ibi nō lucēt. Sz est ibi maxima claritas ⁊ vigent in intellectu disputādo: qꝛ nunq̄ Aristoteles fuit nec aliquis ph̄s ita sciens sicut isti sunt. Isti cognoscēt in die iudicij patres ⁊ matres: ideo bene cauere debēt patres ⁊ matres ne ex culpa eoꝝ moriantur sine baptismo al's clamabūt iustitiā ad deū eis ministrari de parētib⁹. Isti v̄o nō habēt disceptationē inter se nec habent aliquā displicentiā qꝛ sciūt ꝙ nunq̄ intrabunt paradisum cū eis nō ꝑtineat. Sicut nec displicet rustico qꝛ nō est rex: itē sicut nec displicet homini qꝛ nō habet alas ad volandū: ita etiam nō dolent isti. Melius em̄ esset dānatis ꝙ discessissent in infantia sine baptismo. Et de isto loco sunt auctoritates: vn̄ Job. xxxviij. Indica mihi si nosti oīa in qua via habitet lux: ⁊ tenebrarū quis locus sit. Loquit̄ deus Job dicēs. Ubi est lux? Ipse nesciebat: potest modo rn̄di. Dn̄e in baptismo. Ubi tenebrarum locus. s. in limbo. Qd̄ aūt in limbo nō sit pena ptz Job. iij. Quare non in vulua mortuus sum ⁊ egressus ex vtero statim nō perij? Quare cexcept⁹ genub⁹ cur lactatus vberib⁹? Nūc em̄ dormiēs silerem ⁊ somno meo requiescerē. loquitur Job timens hr̄e impatiētiā in penis quas habebat. Dicit silerē cōtra clamorem qui fit in inferno. Qd̄ aūt sit ibi sciētia in ipsis ptz ꝑ Moysem cui dixit dn̄s Exo. xxxiij. Ecce est locus apud me ⁊ stabis sup̄ petrā. Cūq̄ transibit gloria mea ponā te in foramine petre ⁊ ꝓtegā dextera mea donec transeā. Tollāq̄ manum meā ⁊ videbis posteriora mea: faciē aūt meam videre non poteris. Locus apud ip̄m cui dicit posteriora mea videbis: dicit loquēdo illi in ꝑsona paruuloꝝ. Ubi sciendū ꝙ deus est prior ante creaturas ideo intelligit̄ ꝑ faciē que est prior. Per posteriora intelligunt̄ creature: ideo dicit illis ꝙ videbunt posteriora. i. creaturas. i. habebūt scientiā creaturarū scientes illas. ¶ Tertius locus est purgādorum ⁊ hic est dolorosus. In illo vadūt illi qui nō egerūt pn̄iam cōdignā de pctis ⁊ ibi purgant̄ ⁊ mūdant̄. Et de isto loco loquit̄ Job. xxviij. ca. vbi dicit sic. Habet argentū venarū suarū principia: ⁊ auro locus est in quo cōflatur. Dicit argentū: vbi sciendū ꝙ in purgatorio nullū metallū intrat nisi aurū ⁊ argentū sicut bonum semē. De istis dicit: habet argentū principia venarū suarū: vn̄ sicut vene cōtinent sanguinez q̄ viuificat ꝑ venas intelligunt̄ articuli fidei quorū principiū est xp̄s. Istud necessarium est illis q̄ sunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in purgatorio. Per auruz intelligit̄ gr̄a diuina que est necessaria illis ⁊ tales habent locū in purgatorio in quo ꝯflant̄. i. purgant̄ siue mūdant̄: ⁊ est tanta pena ꝙ nō pōt meditari. Ubi nota exemplū de quodā ducto in purgatorio et educto in corpus suū: vide ꝑ temet. Et ista est pena inextimabilis ideo faciūt illum planctū Dauid p̄s. cxix. Heu me qꝛ incolat⁹ meus prolongat⁹ est: habitaui cū habitātib⁹ cedar multū incola fuit aīa mea. Ubi habem⁹ documentū morale. s. illoꝝ qui nolunt soluere legata ⁊ testamenta: cōtra quos clamāt ad deū cū sint in penis: deus aūt vindicabit eos ⁊ pro hora que stabit aīa q̄ fecit legatū in purgatorio stabit aīa nō soluentem legata mille milibus annis in inferno. Ubi nota exēplū de ep̄o turpino ⁊ duob⁹ socijs quoꝝ vnus obijt ⁊c. In hystoria Karoli magni ponit̄. Et ideo cū tribulemur debem⁹ rogare deū ꝓ ipsis: quapropter dicit eccl̄ia loquendo de illis q̄ sunt in purgatorio Tu eis dn̄e dona requiē ⁊ locū indulgētie. ¶ Quartus locus est btōꝝ: ⁊ est hic gloriosus scz paradisus celestis. In hūc locū vadunt illi qui egerūt pn̄iam cōdignam in hoc mūdo ⁊ innocentes baptisati. Et de isto loco dicit Dauid p̄s. xxj. Dn̄s regit me ⁊ nihil mihi deerit in loco pascue ibi me collocauit. Dicit dn̄s regit. s. in intellectu nō dubitādo in fide in sensib⁹. s. in visu nō videndo vanū: in auditu nō audiendo diffamationes: qꝛ dicit Bern̄. Qui plus peccat aut qui iudicat ⁊ cōdēnat aut odit ⁊ nō facile dissentit. Similiter regit in memoria in intellectu ⁊ voluntate ⁊ nihil deerit mihi cuz bene rexerit me in oībus in loco pascue ibi ⁊c. Et de isto loco loquitur scriptura Judicū. xviij. Tradet nobis dn̄s locū in quo nullius rei est penuria: immo oīm bonorū abundantia. Beatitudo em̄ est status omniū bonoꝝ aggregatione ꝑfectus. Ad quam beatitudinem nos perducat ille qui in trinitate perfecta viuit et regnat in secula seculorum.

¶ De tribus locis in quibus manent anime defunctorum.

¶ Distinctio. xcviij.



Loca tria sūt in quibus manent seu locantur anime defunctorum.
Primus infernus.
Secundus purgatoriū.
Tertius paradisus.
In primo. s. in inferno manet fides.
In secūdo. s. in purgatorio manet spes.
In tertio. s. in paradiso manet charitas.

¶ In primo loco sunt dānati qui habēt fidem oēs. s. tā fideles. s. xp̄iani q̄ etiam illi q̄ in hoc mundo fuerūt infideles: qm̄ posito ꝙ in hoc mūdo fuerint infideles habent tn̄ fidē. Et ratio est ꝓpter penam quā sentiūt. Un̄ mali xp̄iani q̄ errauerūt in aliquo articulo: puta qꝛ non crediderunt trinitatē vel aliū articulū habēt penam propriā pro illa infidelitate: ⁊ tunc illi cognoscūt ꝙ ꝓpter infidelitatē quam habuerūt de illo articulo habēt illā penam. Et tūc habēt fidem de illo. Itē etiā iudei q̄ nō crediderūt in xp̄m habēt certam penā quā cognoscūt se hr̄e ꝓpter illud. Itē sarraceni oēs em̄ habēt fidē: sed nō est meritoria: qꝛ violenta est. s. ꝓpter penā. Et iō dicit btūs Greg. Oculos q̄s culpa claudit pena aperit. Culpa claudit in hoc mūdo: pena aperit in inferno. Clarū ergo est ꝙ dānati habēt fidē: imo est fortius ꝙ demones habēt fidē ꝓpter miracula ⁊ mirabilia q̄ viderūt. Et ꝙ illud sit verū est textus sacre scripture: vn̄ btūs Jaco. in. ij. c. sue ep̄le dicit. Credis tu qm̄ vn⁹ est deus bene facis: ⁊ demōes credūt ⁊ cōtremiscūt qꝛ expectāt diē iudicij cū maximo timore: non timem⁹ ergo. In inferno est fides sz nō spes neq̄ charitas: nō spes iuxta illd̄ Prouer. xj. Mortuo impio hoīe non erit vltra spes: dicit impio. s. infideli vel xp̄iano impenitenti: spes. s. exeūdi inde vel reuertendi: ideo bona facta pro ipsis nō ꝓsunt ipsis. Itez nō est charitas sz odiū ⁊ rācor qm̄ maledicūt deū q̄ eos creauit ⁊ patres ⁊ mr̄es ⁊ oēs maledicūt: ⁊ ita nō hn̄t charitatem nec spem: sz dicūt illi qui sunt in inferno illd̄ Sap̄. v. Uirtutis quidē nullū signū valuim⁹ oñdere: in malignitate aūt nr̄a ꝯsumpti sum⁹. Talia dixerūt in inferno

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

hi qui peccauerūt. ¶ Scd̄s locus est purgatoriū in quo vadūt xp̄iani penitentes nō cōpleta pnia decedētes: ⁊ isti habent spem: vñ q̄uis habeāt fidē ⁊ charitatē ⁊ spem: tñ simpl'r habēt spem in respectu nostrū: qm̄ viuētes in hoc mūdo habent spem sz nō firmā qr pōt deficere. Multi em̄ habēt spem saluādi sz deficit illis: sz illis q̄ sunt in purgatorio nō pōt deficere spes: iō simpl'r habēt spem. Et iō Dauid loquēs in p̄sona illoꝝ dicit p̄s. iiij. In pace in idip̄m dormiam ⁊ requiescā: qm̄ tu ta dñe sing. i spe ꝯsti. me. dicit quātū ad corp⁹ qd̄ dormit nūc vsq̄ resurgat ⁊ excitetur in iudicio. dicit in idip̄m. i. firmiter sum in pace. dicit req̄escā quātū ad aīaz in purgatorio: nō tñ quantū ad tormēta sed quātū ad spem firmā ꝙ declarat vsq̄ sequēs. Qm̄ tu dñe singulariter in spe cōstituisti. i. simul cōstituisti me in spe. s. ꝙ post pactā pniam in purgatorio ibo ad paradisum: vñ cū aīe portate sunt ab angelo in ignē cū hābeāt magnā penā habent spem tñ exeūdi: qr illa pena non est nisi purgamētū aīe. iuxta illud Eccl'i. ij. In igne ꝓbat̄ aurū ⁊ argentū: hoīes v̄o receptibiles in camino humiliationis. Scd̄o habēt spem qr si iuuent̄ ab amicis hui⁹ mūdi exibūt citi⁹: vñ possunt multis modis iuuari maxime ꝑ missas ⁊ potissime si sacerdotes sint deuoti: quoniā si sint pctōres non ꝓsunt illis tm̄ qr dicit scriptura Joā. ix. Scim⁹ qm̄ pctōres de⁹ nō audit. Sed si q̄s dei cultor est ⁊ volūtatē eius facit hunc exaudit. ¶ Tertius locus est paradisus in quo manet charitas ⁊ nō fides: qr fides s̄m Aug. est credere qd̄ nō vides. Cū aūt in paradiso videant clare deū nō habēt fidē. Item nō habēt spem qr spes est de nō habitis sed habēdis. Cū aūt illi q̄ sunt in paradiso iam habeāt gloriā nō habēt spem q̄uis expectēt corporis glorificationē in resurrectione: sed ista expectatio nō est ꝓprie spes: qr gl'ia corpis nō est ꝓprie nisi gl'ia aīe ⁊ gl'ia aīe cōicat̄ corpi: quēadmodū candela illuminat lanternā: ita aīa illuminabit corpus: ergo nō habēt spem qr clare vident deū quē desiderabāt ⁊ videre sperabāt. vnde p̄s. xlvij. dicūt aīe btē. Sicut audiuim⁹ sic vidimus in ciuitate dei s̄m charitatē habent qm̄ habent supremū amorem ad deū ⁊ ad proximū: qr tātū gaudēt de eoꝝ gl'ia sicut de ꝓpria: ⁊ ita habēt charitatē q̄ semp est in ip̄is. Et ideo btūs Jo. loquēs de btis dicit. j. Jo. iiij. Deus in nobis manet ⁊ charitas in nobis ꝑfecta est. Habeamus ergo nos si nos volumus esse cum ipsis in paradiso charitatē ⁊ amorez in hoc mūdo vt cum alijs duab⁹ virtutibus fide. s. ⁊ spe possimus venire ad gloriam.

¶ De quattuor luminib⁹ necessarijs ad eundum ad paradisum.

Distinctio.xcix.



Lumina quattuor sunt necessaria ad eundum ad paradisum.
Primū lumen est intellectus naturalis.
Secundū lumen est doctrine spiritualis.
Tertiū lumen est gratie diuinalis.
Quartū lumen est exempli virtualis.

¶ Primū lumē est intellectus naturalis scz credere vnitatē dei quantū ad operationē. s. opari moral'r s̄m duo q̄ sufficiūt ad lumē intellectus naturalis. s. credere vnū deū solū ⁊ facere bonū moral'r cum oīb⁹. Ad cognoscēdū aūt monemur cuz scz videm⁹ rerū creationē mirabilē ordinationē ⁊ gubernationē mūdi tā ineffabilē ⁊c. vñ Paul⁹ ad Ro. j. Inuisibia em̄ ipsi⁹ dei a creatura mūdi ꝑ ea q̄ fctā sunt intellecta ꝯspiciunt̄: sempiterna q̄z eius virt⁹ ⁊ diuinitas ita vt sint inexcusabiles vñ ꝑ intellectū ⁊ effect⁹ deuenim⁹ ad cognitionē dei: inexcusabiles supple sūt q̄ nō credūt vnū deū. Per itellectū etiā possum⁹ scire quō moral'r bñ viuere ⁊ bonū agere debeam⁹: vñ cū videm⁹ mūdū bñ dispositū ⁊ ꝙ bñ regit̄ a deo possum⁹ cogitare ꝙ null⁹ dñs vult ꝙ vassalli ei⁹ ꝯhāt ei⁹ fed⁹ vl' habeāt ꝯsiliū cū iimicꝫ suis ⁊ ita sil'r de⁹ nō vult ꝙ cū demōib⁹ iimicꝫ suis habeam⁹ aliq̄ mō ꝯsiliū nec familiaritatē. Et hoc est primū p̄ceptū. De alijs preceptis ꝑ intellectū naturalē p̄nt sciri: ⁊ est vna auctoritas clara q̄ hoc dicit: vñ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ Quartus modus quē tenet medicus est qr dat ⁊ assignat dietā ⁊ abstinentiaz. Iste est modus curādi animā qm̄ postq̄ pctōr cōfessus est: medicus. s. cōfessor debet dare dietā ⁊ abstinentiā s̄m cōditionem pctōꝝ. Unde si pctōr sit supbus dieta debet esse cōtra istud pctm̄: puta mulieribus iniūgere nō portare cornua ne trahāt post se caudas. Item ne sint vane ostendēdo mānmillas ⁊ impingendo faciem. Itez etiā viris ne portēt manicas magnas ⁊ foldratas aut stricturas in vestibus: ⁊ ita de alijs. Itē auaro det̄ dieta nō prestandi ad vsurā non rapiendi sed restituēdi aliena. Item luxuriosis vt fugiāt cōsortia mala ⁊ occasiones scz ꝓijcere a se: et ita de alijs penitētijs que iniūgi debēt s̄m conditionez pctōꝝ. Et ideo beatus Petrus in prima sua epl̄a. c. ij. dicit. Obsecro vos tanq̄ aduenas ⁊ peregrinos abstinere vos a carnalib⁹ desiderijs que militant aduersus animā conuersationē vestrā inter gētes habentes bonā. Dicit aduenas ⁊ peregrinos: iuxta illud Hebre. vlti. Non em̄ habem⁹ hic ciuitatem manentē sed futurā inquirim⁹: vnde sicut peregrini nō curant portare nisi necessaria: ita nec nos in hoc mundo debemus curare nisi de necessarijs ⁊ nō de superfluis cū simus peregrini: vnde est clara auctoritas Dauid. j. Paralipo. vlti. Dn̄e peregrini sumus corā te ⁊ aduene sicut oēs patres mei: ergo bene dicit beat⁹ Petrus. Obsecro vos tanq̄ aduenas ⁊ peregrinos: ⁊ a quib⁹ debet abstinere: certe a carnal⁹ desiderijs. s. superfluitatibus quibuscūq; sicut sunt desideria carnis: vnde sicut infirm⁹ abstinet se iuxta cōsiliū medici a cibo nociuo: ita pctōr debet abstinere a nociuis cibis puta carnibus ⁊ vino puro ⁊ alijs iuxta consiliū medici. s. cōfessoris vel poti⁹ xp̄i qui loquit̄ per os cōfessoris eius locū tenens. Attn̄ sec⁹ est qr ꝓ medicina corporis abstinebant a carnibus ⁊ vino: et ita de alijs: sed ꝓ anima minime. Item pro occidendo hominē portabunt loricas ⁊ cassides nocte et die cum magno labore vt possint se vindicare. Sed ꝓ aīa viuificanda nō possunt portare staminiā. Itē pro sanitate febris obtinēda iuxta consilium medici faciēt extrahi a se sanguinē a corpore in magna quantitate. Sed ꝓ febre anime ⁊ luxuria nolūt a se extrahere sanguinē cum virgis aut al's: ergo caueamus ⁊ audiamus Petrū apostolū dicentem. Obsecro vos tanq̄ aduenas ⁊c.

¶ Quintus modus quē tenet medicus est qr ordinat syrupū. s. quantū dz comedere ⁊ sub qua portione: syrupus est medicina dulcis ⁊ disponit ad recipiendum alias medicinas. Per istū modū intelligitur oratio que est valde dulcis: vnde valde dulce est alicui seruo loqui continue cū rege vel prelato magno si posset quotiēs vellet intrare camerā habendo clauē illius. Ita est in oratione in qua loquimur cū solo rege omniū ⁊ intram⁹ cameram. s. paradisum per spiritū aperiēdo primo paradisum per clauē q̄ est crux Unde Rabanus in libro de laude crucis Crux xp̄i clauis est paradisi: iō si volumus intrare camerā xp̄i in spiritu ꝑ orationem deuotā prius fiat signū crucis ⁊ ita inueniem⁹ orationē dulcē: vn̄ q̄ oratio sit dulcis patet per Dauid p̄s. cxviij. Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua super mel ori meo. Et sicut syrupus datur bis in die: ita oratio debet fieri bis in die scz mane ⁊ sero: iuxta illud ad Thessal. quito. Sine intermissione orate. Et sicu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

syrupus datur cum aqua calida: ita oratio debz fieri cũ aqua calida.s. cũ lachrymis q̃ sunt potus aĩe iuxta illud p̃s. Potum dabis mihi in lachrymis in mẽsura In mẽsura.s.qꝛ syrupus dat̃ cũ certis coclearijs aque ⁊ certa portione syrupi:ita aĩa debet pasci certis oꝛonibus.s.duob⁹ vel tribus Pater noster vel plurib⁹ cũ lachrymis. ¶ Sextus modus quem tenet medicus est qꝛ dat purgã ad euacuãdũ: ꝑ hoc itelligit̃ alienorũ restitutio:qꝛ al's nõ põt sanari aĩa sicut nec corpus si habeat venenũ nisi recipiat purgã: ⁊ illud ostendit̃ in quodã principe publicanoꝝ scz Zacheo q̃ dicit xp̃o Luc.xix. Ecce dimidiũ bonoꝝ do pauperib⁹: ⁊ si q̃d aliquẽ defraudaui quadruplũ reddo. Ait iesus ad eũ: qꝛ hodie salus huic domui facta est. Et nota qꝛ dixit salus: qꝛ restituendo aliena fit salus aĩe. Sz dixit Zacheus. Dimidium bonoꝝ meoꝝ.s.bene acquisitoꝝ ⁊c. Sed de male acquisitis illis a quib⁹ habuerat reddebat quadruplũ. Nõ est tñ intelligendũ ꝙ si rapuerimus aliena debeamus reddere quadruplum:sz intelligit̃ ꝙ quattuor modis dz fieri restitutio ꝓximo ꝑm quadruplicem modũ quo defraudam⁹ ꝓximũ. Nã primo defraudamus in corde portando illi rancorẽ ⁊ odiũ. Et ideo debemus facere restitutionẽ de corde ip̃m amando ⁊ diligẽdo. Scdo defraudamus ip̃m in ore ip̃m diffamando. Et iõ dz fieri restitutio in ore restituendo famã. Tertio defraudamus ꝓximũ in bonis opere.s.bona rapiendo vel dãnificando in bonis: ⁊ tunc debet fieri illi restitutio de bonis raptis quocũq; mõ. Quarto defraudamus ꝓximũ in corpore ip̃m verberando vel ledẽdo ⁊ de isto dz fieri restitutio pacificãdo eum ⁊ veniã petendo ⁊ facere emendam bonã. Et ita intelligit̃ auctoritas predicta.s.si quẽ defraudaui.s. istis quattuor modis predictis reddo ei quadruplũ faciendo quadrupliciter restitutionẽ vt dictũ est. ¶ Septim⁹ modus quẽ tenet medicus est qꝛ dat vel cõcedit infirmo comedere carnes vt ꝯfortetur: ⁊ cõcedit ei bibere vinũ. Per istũ modũ intelligit̃ cõio eucharistie:qꝛ ibi dat̃ ad comedẽdũ corpus xp̃i ⁊ sanguis eius ad bibẽdũ. Sed diceret aliquis qꝛ nõ datur nisi corp⁹ sed nõ sanguis qꝛ nõ datur nisi hostia:sz tales decipiunt̃ qꝛ totũ corpus et sanguis xp̃i est in vtraq; specie: nõ tñ vi verborũ: qm̃ per vim verboꝝ in hostia nõ est nisi corpus ⁊ in calice nõ est nisi sanguis:sed tñ cõcomitatiue xp̃s est totus in vtraq; specie.s.tam corpus ⁊ sanguis ⁊ aĩa ⁊ diuinitas. Quẽadmodũ si q̃s inuitaret aliquem principẽ cũ ipso cõcomitatiue venirent plures milites: non tñ vi verboꝝ inuitationis:ita est de xp̃o. Sumat̃ ergo ille cibus qui est vera xp̃i caro iuxta illd̃ Jo.vj. Caro mea vere est cib⁹ et sanguis meus vere est potus: qui mãducat meã carnem ⁊ bibit meũ sanguinẽ in me manet ⁊ ego in eo. Immo sumamus xp̃m vt plene sanemur ⁊ sic possemus venire ad gloriam. Ad quam ⁊c.

¶ De christo qui tenuit medium iuxta quattuor virtutes cardinales.

Distinctio.ciiij.



Edium tenuit xp̃s iuxta quattuor virtutes cardinales. Et primo.

In natiuitate in medio duorum animalium.

In templo in medio doctorum.

In nazareth in medio eum precipitare volentium.

In cruce in medio duoꝝ latronum.

¶ Primo ergo xp̃s fuit in medio duorũ aĩaliũ: vñ cũ xp̃s natus est ⁊ ip̃amet virgo maria cepisset eũ:qꝛ nõ habebat dolorem sicut alie mulieres: ⁊ cũ inuoluisset eũ in pannis posuit eũ inter bouẽ et asinum: ⁊ de isto est auctoritas clara ipsius Abachuc ꝓphe in.iij.c. qui attonit⁹ fuit cum deus reuelasset sibi tantã humilitate ⁊ xp̃i ⁊ dixit. Dñe audiui auditũ tuũ et timui:cõsideraui opa tua ⁊ speraui in medio annoꝝ. Trãslatio auctoꝝ autenticorũ ponit in medio duoꝝ aĩalium cognosceris. Et ꝑ istam positionem xp̃i in medio intelligitur prudẽtia que est inter duo media quoꝝ vnũ est dolositas: secundũ est bestialitas:mediũ est prudẽtia. Per bouem intelligit̃ dolositas: per

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

asinum bestialitas: per xp̄m v̄o qui est medius intelligit̄ prudentia. Per bouē ergo intelligit̄ dolositas: vnde sicut bos habet duo cornua quib⁹ ꝑcutit: ita etiaz dolosi percutiūt ꝓximos cū cornib⁹: aliqui cū cornu sciētie vt sunt aduocati dolosi ⁊ notarij: aliqui cum cornu potentie vt sunt iudices ⁊ p̄ncipes qui ꝓpter eoꝝ dolum percutiūt ⁊ hoc diuersimode: qꝛ aliqui percutiūt ⁊ defraudant alios cornu lingue. s. diffamādo: aliqui cornu manuū. s. illi qui propter maliciā ⁊ dolū furant̄ ⁊ damnificant proximū. Caueam⁹ ergo ⁊ audiamus Petrū dicentem. j. Petri. ij. c. deponentes oēm maliciā ⁊ omnē dolū ⁊ simulatiōes ⁊ inuidias ⁊ oēs detractiōes sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac cōcupiscite vt in eo crescatis in salutē. s. charitatis. Quia sicut pueri cōcupiscunt lac ita nos debemus appetere charitatē et dilectionem. Aliud extremū est bestialitas que intelligit̄ per asinū: vnde fatuis dicit̄ ꝙ sunt asini: ⁊ isti sunt qui oīa credūt sicut sortilegia ⁊ fatuitates. Et ideo Daniel sciēs illud ꝑ sp̄m ꝓphetie dicit nobis in hunc modū Dañ. xiij. Sic fatui filij israel non recte iudicantes neqꝫ qd̄ verū est cognoscentes cōdemnastis filiā israel. s. aīam: ergo caueam⁹ ne simus in duob⁹ extremis cū boue ⁊ asino sed in medio cū xp̄o per prudentiā. Et audiamus sapientem dicentem Prouer. xv. Auris q̄ audit increpationē. s. in sermonib⁹. ¶ Scd̄o fuit xp̄us in medio. s. in tēplo inter doctores vnde cū maria ⁊ ioseph iuissent in hierusalem ⁊ xp̄s cū ipsis dimiserūt ipsum in hierl̄m ⁊ reuersi sunt in nazareth: q̄ perquirentes xp̄m inter cognatos ⁊ notos ⁊ non inuenietes reuersi sunt in hierl̄m ⁊ inuenerūt ip̄m disputantē in medio doctorum: vnde dicit textus Luc. ij. Inuenerūt illum in templo sedentem in medio doctoꝝ audientes illos ⁊ interrogātes. ⁊ per illud mediū intelligit̄ iustitia: cuius extrema sunt crudelitas ⁊ remissibilitas: ⁊ sic est iniustitia: vnde cū doctores essent in extremis ⁊ nō in medio xp̄s increpauit eos existens in medio. s. in iustitia: vnde crudeles erant ipsi qꝛ fecerūt institutionem ꝙ filius nō iuuaret patrē quantūcūqꝫ pater esset miser: sed ꝙ daret in sacrificiū templo: quos redarguit xp̄s dicens Matth. xv. Hypocrite quare vos trāsgredimini mandatū dei propter traditionem vestrā. Nam deus dicit. Honora patrem tuū ⁊ matrem tuā: ⁊ qui maledixerit mr̄i vel patri morte moriatur. Uos aūt dicitis. Quicūqꝫ dixerit patri vel matri minus quodcūqꝫ est ex me tibi ꝓderit: vnde maledictus est ille qui facit iniuriam patri vel matri: iuxta preceptū dei. Et ipsi doctores legis ordinauerant oppositū: quapropter ꝑ iustitiam xp̄s redarguit ipsos. Ergo honorētur pater ⁊ mater qꝛ primū preceptū qd̄ promittit ꝓmissiones est illud ad Ephe. vj. Honora patrem tuū ⁊ matrem tuam qd̄ est primū mandatū in promissione vt bene sit tibi et sis longeuus super terrā. Aliud extremū est remisibilitas. s. qn̄ nō fit iustitia de malefactorib⁹: ⁊ in isto extremo sunt rectores cōmunitatū ⁊ principes qui nō faciunt iustitiā de magnis peccatis que debēt puniri: sicut blasphemia diuina ⁊ cetera peccata que tangūt honorem diuinū. Teneamus ergo medium scz iustitiā non crudelitatem scilz debitores nimis puniendo sed miserando illis. Et similiter nō teneamus remisibilitatem in hoc in nō puniendo offensas diuinas: ⁊ isto modo faciens poterit dicere istud Prouer. viij. Ecce in vijs iustitie ambulo in medio semitarū iudicij. ¶ Tertio fuit xp̄us in medio in ciuitate Nazareth quando incepit predicare exiuit a nazareth ⁊ venit in capharnaū ibi predicauit ⁊ fecit miracula. Qd̄ audientes nazarei indignati sunt: ⁊ cū redijsset xp̄s nazareth venerunt ad ipsum rectores ciuitatis ⁊ dixerūt ei illud Luce. iiij. Quāta audiuimus facta in capharnaū fac ⁊ hic in patria tua. Quibus respōdit christus in sentētia ꝙ nō erant digni. Et ratio erat quoniā deridebant ip̄m quando predicabat. Ipsi v̄o hoc audiētes voluerunt ip̄m precipitare a ciuitate q̄ erat in monte in vallem ruinosam ⁊ duxerūt illum: ⁊ cum vellent ip̄m precipitare factus est inuisibilis ⁊ nō inuenerūt ipsuꝫ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vnde Luc. iiij. Ipse aũt iesus transiens per medium illoꝝ ibat. Et istud est tertium per qđ intelligit̃ fortitudo siue stabilitas: vnde duo extrema sunt pusillanimitas ⁊ temeritas. Ubi sciendũ ꝙ parentes morabant̃ in nazareth: ⁊ isti cum xp̃s duceret̃ ad rupem habuerunt pusillanimitatem ⁊ timuerũt xp̃m mori. Alij v̄o inimici habebant temeritatem qꝛ nõ timebant xp̃m volentes eum occidere. Attamen xp̃s in medio illorũ stetit scilꝫ per fortitudinem ⁊ stabilitatem: ergo simus nos in medio nõ in temeritate: sed in debita audacia. Unde illi sunt temerarij qui cum pro se retinuerũt sex dies septimane pro opere suo faciendo cum hoc nõ timent sed audent infringere diẽ dominicũ ⁊ sunt pusillanimes. s. quando in die sabbati non audent nec volũt aliquid facere qđ tamen est iudaizare. s. cũ collitur dies sabbati. Caueamus ergo vt stemus in stabilitate. s. ꝙ nõ simꝰ temerarij sed iuxta preceptũ diuinũ colamus diem dominicũ audiẽdo missam cum cõditionibus debitis: quoniã tunc magis multiplicãtur bona q̃ꝫ per opus quod fit in tota septimana: ergo simus fortes. Item illi sunt pusillanimes qui timent facere penitentiam: sed simus in medio per fortitudinez. Et illud est mediũ de quo ait Daniel in. iij. c. dicẽs. Fecit dñs mediũ fornacis quasi ventum roris flantem. Fornax est iste mundus plenus tribulationibus: ⁊ illis qui stant in fortitudine dat dñs rorem cũ habent patientiã ⁊ agunt bona opera qꝛ habent rorem celestium gaudioꝝ. ¶ Quarto fuit xp̃s in medio in sua sanctissima passione: ⁊ istis quattuor vicibꝰ fuit xp̃s in medio ante resurrectionẽ: ⁊ nõ inueniũtur plures. Fuit ergo in passione in medio latronũ prout testat̃ Jo. in. xix. c. Crucifixerunt eũ ⁊ cũ eo duos latrones hinc et inde: mediũ aũt iesum. Per illud mediũ intelligitur tẽperantia: qm̃ per dexteraꝫ intelligitur prosperitas: per sinistrã v̄o aduersitas. Uñ aliqui existẽtes in ꝓsperitate nesciũt tenere tẽperantiã sꝫ tenẽt extremũ qđ đr excessus: hoc est qñ habẽt multa bona nimis affluunt in diuitijs ⁊ edulijs. Alij v̄o existẽtes in aduersitate faciũt excessum in pnia nimis affligẽtes se qđ nõ debẽt facere iuxta dictũ bti Augu. dicẽtis. Carnem vestrã domate vigilijs ⁊ ieiunijs quantũ valitudo ip̃a permittit. Queramus ergo mediũ. s. tẽperãtiam ⁊ tunc erimus in medio: de qua sacra scriptura dicit Eccli. liiij. Quasi stella matutina in medio nebule. Nebula habet duo. s. frigiditatẽ ⁊ humiditatem. Per hũiditatẽ intelligit̃ ꝓsperitas: qꝛ existentes in ꝓsperitate abũdant in hũiditate: hoc est in abundãtia edulioꝝ. Per frigiditatẽ intelligit̃ inopia discretionis ad agendã pniam: ⁊ stella. s. tẽperãtia est in medio nõ declinãdo hinc nec inde: et audiamus illud qđ dicit̃. Surge ⁊ sta in medio nõ declinãdo ad aliqđ extremũ ꝑ vnũ sed debemꝰ stare in medio per virtutem vt acquirere valeamus gloriã celestem. Ad quam nos ⁊c.

¶ De memoria passionis quã christus in quinq̃ sensibus nobis reliquit.

Distinctio.cv.

Memoriam passiõis sue dimisit nobis xp̃us in q̃nq̃ sensibꝰ. Prio in visu ⁊ hoc i crucifixo et in cruce. Nã cũ vidimꝰ crucifixũ ⁊ crucẽ statim reducit̃ ad memoriã xp̃i passio: ⁊ debemꝰ cõpati in corde: quẽadmodũ si aliq̃s parẽs vel amicus suspẽderet̃ et post amicus illius patibulũ statim recordaret̃ ⁊ cõpateretur: ita ⁊ nos similiter videndo crucem debemus cõpungi corde dicendo. In tali cruce dñs meus est pro me crucifixus. Et ita ptꝫ quomodo deus voluit ponere memoriã sue passionis in visu. Et de isto est ꝓphetia Esa. xviij. vbi đr. Omnes habitatores orbis qui moramini in terra cum eleuatũ fuerit lignũ in montibus videbitis ⁊ clangorem buccine audietis. Dicit habitatores terre: quia illi qui habitant in celo non indigent in cruce que reducat ad memoriam passionem christi: quia vident ipsum xp̃m cum signis plagarum ideo semper habent memoriaꝫ. Illi qui sunt in inferno nõ habent illud signum:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qꝛ maior dãnatio eoꝝ est: quia fuerunt obedientes cruci christi. Solum ergo est nobis signum qui sumus in terra: dixit eleuatuꝫ in montibus: qꝛ cõiter crux ponitur in alto loco: dixit clangorẽ buccine audietis. s. verba cõpunctionis: cũ dicimus: heu in tali cruce fuit xp̄s cruci fix⁹ talis em̄ vox d̄r clangor tube. ¶ Secũdo dimisit memoriam passionis in auditu sine p̄dicatione: qꝛ predicator sepe dꝫ p̄dicare de passione xp̄i. Et de isto est auctoritas Canti. iiij. vbi xp̄s loquẽs ecclesie dicit. Sicut vitta coccinea labia tua ⁊ eloquium tuum dulce: vbi sciendũ ꝙ ecclesia est vnum corpus mysticum cuius oculi sunt ꝯtemplatiui: qꝛ sicut oculi vident alta: ita contẽplatiui eleuantur in contemplatione. Mares sunt q̄ sentiunt odorem sanctoꝝ preteritoꝝ ⁊ eos sequũtur imitando: sed labia sunt p̄dicatores qui loquuntur verba diuina. Et ista labia debent esse rubea. i. debent predicare de passione xp̄i: qꝛ per illam fit citi⁹ cõtritio ⁊ cõuersio peccatoꝝ. vnde Dauid p̄s. lxvij. Dixit dn̄s ex basam conuertaꝫ: conuertam in profundũ maris vt intingatur pes tuus in sanguine lingua canuꝫ tuoꝝ ex inimicis ab ipso: dixit ex basam qd̄ significat confusionem per quod denotatur peccator qui viuit in cõfusione: qꝛ peccator non tenet ordinem in vita. Boni enim tenent ordinem ad orandum: ad agendum pn̄iam: ad ieiunãdũ: ad confitendum: ⁊ ita de alijs. Sed peccator nullum tenet ordinem: ideo d̄r basam. Et ideo dixit xp̄s ex basam. i. ex cõfusione in profundũ maris. i. in ꝯtritione: vnde nihil est ita profunduꝫ sicut cor hominis: ⁊ ideo dixit conuertam in profundum maris. i. amaritudinis. i. in cordis amaritudine. Sed quomodo ostendit cum dixit: domine hec conuersio fiet ita. s. vt intingatur pes tuus in sanguine: vnde pes xp̄i est humanitas: et caput est diuinitas: qꝛ sicut caput ẽ pars altior ita diuinitas xp̄i est altior. Et sicut pes est infimior pars corporis ita humanitas est sub diuinitate: ⁊ hic pes. s. humanitas intingatur in sanguine. Sed dixit lingua canum tuoꝝ ex inimicis ab ipso: vnde canes sunt predicatores: qꝛ sicut canis latrat cõtra lupos ⁊ seruat oues: ita predicator latrat contra demonem ⁊ seruat oues xp̄i: vnde qd̄ predicatores sint canes ptꝫ Job. xxx. Nunc autẽ derident me iuniores tp̄e quoꝝ non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei: dixit gregis mei. vnde patres istoꝝ q̄ deridebant xp̄m fuerunt patriarche: sed fuerunt ita digni sicut predicatores q̄ sunt canes ouium xp̄i: ⁊ dixit ꝙ lingua eoruꝫ intingatur in sanguine. s. predicando de passione: ⁊ isto modo fiet cõuersio ab inimicis demonibus: sed per quem? d̄r qd̄ ab ipso. s. deo. i. virtute dei. ¶ Tertio dimisit memoriam in odoratu: ⁊ signatur in thuribulo cuꝫ incenso: vnde odor incensi est calidus ⁊ odoriferus: ita xp̄s ꝓpter ardorem amoris erga nos erat plenus igne charitatis ⁊ fumo or̄onis propter nos. Et ideo d̄r xp̄s thuribulũ ⁊ hoc propter quinqꝫ conditiones thuribuli. Nam thuribulum primo est clausum a parte inferiori ⁊ aptũ a p̄te supiori. Et denotat corpus christi quod fuit apertum versus celum: ad capienduꝫ contemplationes ⁊ affectiones celestes. Et clausuꝫ ad terrena qꝛ nullam delectationem in corpore suo in hoc mundo vnq̄ꝫ habuit. Simus ergo nos illi sil̄es affectando celestia ⁊ fugiendo terrenas carnalitates: vnde beatus erit ille qui poterit dicere illud p̄s. lxxvj. Renuit consolari anima mea memor fui dei et delectatus suꝫ: dicit renuit consolari: idest in terrenis ⁊ delectatus sum in superioribus. Scd̄o rep̄ñtatur corpus xp̄i in thuribulo qd̄ cũ est nouũ exiens de domo argentarij vel aurifabri: est clarum ⁊ pulchrũ: sꝫ postq̄ diu seruierit in ecclesia fit nigrum: ita similiter xp̄us in exitu a domo argentarij in qua formatus est. s. a ventre virginis erat pulcher teste Dauid p̄s. xliiij. Speciosus forma pre filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. Sed post in fine vite fuit turpis quasi leprosus: intantum qd̄ dicit Esa. liij. cap̄. Uidimus eum ⁊ non erat ei aspectus: ⁊ desiderauimus eum despectum ⁊ nouissimum virorum virum dolorosum ⁊ scientem infirmita-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tem:⁊ quasi absconditus vultus eius ⁊ despectus:vnde nec reputauimus eũ vere langores nostros ipse tulit:⁊ dolores nostros ipse portauit: ⁊ nos reputauimus eum esse quasi leprosum ⁊ ꝑcussum a deo et humiliatum vbi habemus qđ cum xp̄s pro nobis fuerit humiliatus et deturpatus ꝙ non velimus artificialiter fieri pulchri per vanitates.s.per cornua ⁊ ornamenta alia ⁊ vestes supfluas. Tertio denotatur corpus christi in thuribulo:qꝛ sicut thuribulum est perforatum:ita corpus christi fuit perforatuꝫ a capite vsq̄ ad pedes.s.cum coronis spineis:et clauis:et lancea:et flagellis:⁊ iõ velimus esse similes sibi.s.vt perforem⁹ nos per pniam ⁊ afflictiones corporis et carnis. Quarto thuribulum est plenũ prunis calidis:ita christus erat plenus igne dilectionis ⁊ charitatis:de quo ip̄e dicebat Luce duodecimo. Ignem veni mittere in terram:⁊ quid volo nisi vt ardeat:dicit scilicet charitatis:quia vult vt omnes diligamus nos inuicem: et ideo dicebat ipse Johã.decimotertio. In hoc cognoscent omnes quod mei estis discipuli si dilectionem habueritis inuicem. Quinta conditio est quod sicut thuribulum posito incenso super prunas emittit fumum album ⁊ odoriferum:ita christus in passione emisit odorem ⁊ fumuꝫ deuotionis:ita quod angeli habebant complacentiaꝫ in odore ipsius:vnde est auctoritas ad Epheseos quinto. Christus dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. Patet ergo quomodo per thuribulum intelligitur christ⁹. vnde de omnib⁹ istis est auctoritas Johan. Apocaly.octauo. Uenit alius angelus ⁊ stetit añ altare habens thuribulum aureuꝫ:⁊ data sunt illi incensa multa vt daret de orationibus sanctorũ omnium super altare aureum quod est ante thronum:⁊ ascendit fumus incensorũ de orationibus sanctoꝝ de manu angeli coram deo:dicit alius angelus ꝑ similitudinem angeli:dixit thuribulum aureum.i.corpus rubeum propter passionem:dixit in manu.i.in potestate:qꝛ nullus poterat eum occidere nisi ip̄e vellet vnde ipse ait Jo.x. Nemo tollit animaꝫ meã ⁊ potestatẽ hẽo iterũ sumẽdi eã. Et dicit fumus aromatũ.i.v̄tutũ.s.patiẽtie ⁊ deuotionis ascendit:ꝑtꝫ ergo quomodo in incẽso ecclesie dimisit memoriam passionis in odoratu. ¶ Quarto dimisit memoriam in tactu:vnde si quis velit sentire qualitateꝫ alicuius rei tãgit illã ⁊ statim sentiet:ita simil̄r tangendo xp̄i passionem sentiem⁹ ipsam:vnde si velimus sentire paupertatem christi.s.quõ fuit nudus cum verecũdia possumus illud sentire si simus pauperes ⁊ cum patientia toleramus nostrã paupertatem. Item si velim⁹ sentire ieiuniũ.s.quomodo non comedit de tota die mortis: sed potatus est vino acetoso. Si comedamus panem grossum ⁊ bibamus aquaꝫ et habeamus patientiam tunc tangemus christum. Item tangimus eius vulnera cum patienter sustinentur vulnera mũdi scilicet detractiones et diffamationes. Item tangimus ip̄m exñtem in cruce dure conclauatũ qñ orãdo nos sentimus pulices mordentes nos ⁊ finaliter tangimus eũ cum omnia mala patiẽter sustinemus. Sed quod bonuꝫ habebimus inde cuꝫ ita tetigerimus eum ostenditur Lu.vj. Cum dicitur. Oĩs turba querebat euꝫ tangere quia virtus de illo exibat et sanabat oẽs. ¶ Quinto dimisit memoriã sue passionis in gustu.s. in cõione. O q̄ dulcis est iste cibus:vnde xp̄s in passiõe habuit duos sapores:vnũ amaruꝫ:scꝫ dolorem passionis cui nunq̄ fuit similis. Et iõ Hieremias Threñ. primo dicit. O vos omnes qui transitis ꝑ viam attendite ⁊ videte si est dolor similis sicut meus dolor. Scđs sapor fuit dulcissimus:scilicet redemptio ⁊ deuotio redemptionis. Si ergo velimus gustare saporem cum cõmunicamus habeamus amaritudinem:⁊ dolorez ⁊ dulcedinẽ deuotionis:iuxta illud p̄s.xxxiij. Gustate ⁊ videte quoniaꝫ suauis est dominus beati oẽs qui sperant in eo ⁊c.

¶ De quattuor mẽsis quas parauit nobis Christus.

Distinctio.cvj.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

B. Uin. De quattuor mēsis quas parauit nobis christus.

Mensas quattuor parauit nobis christus.
Quarū prima est penitentialis virtuosa.
Secūda est eucharistialis gratiosa.
Tertia est scripturalis fructuosa.
Quarta est celestis gloriosa.
Iste ergo sunt mense nobis parate: sed in nulla istarū cōmedimus sed solum cōedimus de micis que cadūt de istis mēsis: scdm ꝙ Lu. xvj. dr. Nā ⁊ catelli edūt de micis que cadunt de mensa dñoruz.
¶ Prima ergo mēsa est pnialis virtuosa de qua loquitur Dauid ps. xxij. Parasti in conspectu meo mensaz aduersus eos qui tribulant me. Sed quomodo parauit istaz mensaz? dicitur ꝙ in primo suo sermone qnez palam fecit cū dicit Mat. iiij. Penitētiā agite appropinquabit em̄ regnum celorum: dicit qui tribulant me id est aduersus peccata. Uerūtamē sup istam mensam non comedimus: qr grādia peccata cōmittimus: sed modicā penitentiam facimus. Et ideo quia non facimus condignaz penitentiam non cōedimus super mensam. Sed antiqui. s. apostoli ⁊ christus q̄uis non indigerent sed ad dandū nobis exemplum comedit ipse ⁊ alij sancti super mensam: nos autē comedimus de micis: ⁊ frustis illius mense: vnde decem sunt mice seu frusta que cadunt ne mensa ista penitentiali: scilicet decem opera penitentialia.
Quorum primum opus penitentie est cordis contritio.
Scdm non redeundi propositio.
Tertium occasionum vitatio.
Quartum oris confessio.
Quintum corporalis afflictio.
Sextum deuota oratio.
Septimum liberalis largitio.
Octauum damnorum restitutio.
Nonum iniuriarum remissio.
Decimum fame refectio.
¶ Uide auctoritates de quolibet supra a: iste ergo sūt mice q̄ cadūt de mēsa xp̄i diuitis de q̄b⁹ possumus nos comedere sicut catelli. ¶ Scda mensa quā xp̄s nobis parauit est mēsa eucharistialis gratiosa. s. altare i q̄ dātur cibi gratiosi ⁊ incorruptibiles: nō em̄ sūt ad modū alioꝝ ciboꝝ quos comedūt reges ⁊ pricipes q̄ sunt corruptibiles: sed cibi qui dātur in altari sunt incorruptibiles ⁊ imortales: scz corpus xp̄i ⁊ caro eius cocta in cruce inter duos ignes. s. doloris ⁊ charitatis: ⁊ iste cibus datur in hostia: vñ excellentior creatura corporalis. s. caro christi: et excellentior creatura spūalis. s. anima et diuinitas datur in isto cibo: ista est ergo mensa de qua dr Prouerb. ix. Sapientia edificauit sibi domū: excidit colūnas septē immolauit victimas suas: miscuit vinuz ⁊ ꝓposuit mēsam suam. Que est illa sapia dr ꝙ illa de qua loquit̄ Apl̄us ad Coꝝ. j. Nos aūt p̄dicamus xp̄m crucifixum: iudeis q̄dē scandalū: gentibus aūt stultitiam: ipsis aūt vocatis iudeis atq; grecis xp̄m dei virtutē ⁊ sapiaz dei: ⁊ edificauit domū. s. xp̄ianitatē ⁊ ecclesiā: pro cuius edificatione xp̄s māsit in hoc mūdo. xxxiij. annis vt ipsam sctificaret ⁊ dotaret: qr dicit Dauid ps. xcij. Domū tuā decet sctitudo in longitudinē dieruz. Et excidit septē colūnas. i. septem status et conditiones gentiū in q̄bus tota xp̄ianitas sustentat̄. Quoꝝ primus est stat⁹ p̄latoꝝ ecclesiasticoꝝ quos xp̄s ordinauit qñ fecit Petrū papā ⁊ alios patriarchas ⁊ ep̄os: ⁊ ista colūna est de fuste putrida: qñ non intrāt ꝑ ostiū ⁊ non curant de saluatione aīaꝝ: sed de ꝯgregatione pecuniaꝝ. Sz est de bono ligno siue fuste qñ faciunt quod debent ⁊ curam apponunt ad saluationem animarum subditoruz. Secundus status est dominorum terrenorum qni habent potestatem secularē. Et hec columna est de auro puro quando faciunt ⁊ fouent iustitiam: et non opprimunt subditos: si vero faciunt oppositum est de ligno putrido. Tertius status est religiosoruz. Quartus status est sacerdotum simplicium qui non habēt curam animarum: quia illi qui habēt curam animarum comprehendunt̄ in primo statu. Quintus status est heremitarum. Sextus status est matrimonij qui est de auro quādo vnus est fidelis alteri

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ꝛ educant pueros in bonis moribus et virtutibus: qñ vero fit contrarium est de ligno vermibus putrido. Septimus status est continentium. s. viduarum ꝛ virginum ꝛ alioꝝ. Et hic status est bonus: qz bona est castitas coniugalis: sed melior est continentia vidualis: sed optima castitas virginalis: ptz ergo quomodo intelligitur auctoritas: sapientia. i. xp̃us edificauit sibi. i. ad suum honorem: domum. i. christianitatem: ꝛ immolabit victimas. s. corpus ꝛ animam suam ꝛ diuinitatem: ꝛ miscuit vinum: vnde ad litteram intelligitur ista miscuit vinum sibi q̃ nunq̃ bibebat vinum purum: sed miscebat aquam: ꝛ ideo bene miscuit sacrificium altaris: miscuit aquam cum vino ꝛ ita etiam sacerdos cum sacrificat miscet vinum cum aqua: sed in parua quãtitate debet poni aqua. s. in minima quãtitate que possit poni vt vinum conuertat aquam in suam speciem. Et parauit mensam. s. eucharistiã sup quã comedũt sacerdotes: sed simplices comedunt de micis. s. de fructibus qui sequuntur quãdo auditur missa deuote qui sunt duodecim: quoꝝ quattuor permẽt ale: ꝛ tuor corpori: alij quattuor vite: vnde fructus quos hz anima sunt isti. Panus recordatio passionis xp̃i: qz cum elenatur corpus xp̃i debemus recordari q̃ crucifix⁹ fuit, lenatus in cruce vel cum cruce. Secundus illuminatio intellectus: qz sicut sol illuminat mundum: ita xp̃s illuminat intellectum qñ respicitur. Tertius inflãmatio deuotionis: qz deus noster ignis cõsumens est ad Heb. xij. ꝛ iõ sicut ignis inflammat. Quartus remissio peccatoꝝ Fructus aũt corporis sunt isti. Non defecit fructus corporalis non perdit visum in die qua viderit ipsum. Item sanat infirmitates. Item dat alia necessaria. Fructus aũt vite sunt isti: dat longam vitam seruat a periculis. Item q̃libet passus qñ itur ad ecclesiam numerat: ꝛ p quolibet dat retributio. Item habetur p cõicato qui audierit missam si moriatur sine cõfessione die qua viderit corpus christi. ¶ Tertia mensa quam parauit nobis christus est mensa scripturalis fructuosa: et ista est biblia in qua stat textualiter tota scriptura in qua dantur cibi. s. intellect⁹ scripture. s. allegoricus: tropologicus: anagogicus ꝛc. Et istos cibos habẽt magni clerici: de qua mensa loquitur scriptura sacra Eccli. xxxj. Super mensaꝝ magnã sedisti: non aperias super illam faciem tuam. i. si studeas i scriptura: caueas ne aperias os tuum ad docendum quouisq̃ sis bene doctus. Super istam non possunt comedere simplices. Sed tamen de micis que cadũt de quibus stat tota scriptura debent comedere que in summa sunt duodecim: scz duodecim articuli fidei: quos declara. Sed quomodo debet fieri refectio de istis micis dicitur q̃ sumant mane ꝛ sero cum protestatione: et sunt tante efficacie q̃ si credideris quoniam deus excitauit illum a mortuis saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam. Ore autem confessio fit ad salutẽ. ad Roma. x. ¶ Quarta mensa quaz christus parauit est mensa celestis gloriosa: O qualis est. Et de ista non possum⁹ adhuc comedere: sed bene possumus ymaginari quales sunt cibi per talem estimationem: scilicet dum aliquis inuitatur ad comedendum in mensa regis potest cogitare quod boni erũt cibi cum comedat de cibo regis: ita est de Christo rege qui inuitauit nos ad comedendum super mensam suam dicens Lu. xxij. Ego dispono vobis sicut disponit pater meus mihi regnũ vt edatis ꝛ bibatis super mẽsam meam in regno meo. Quomodo dispositi? dicitur quod per mortem: iuxta illud Luce vltimo. Nonne hec oportuit pati christum: et ita intrare in gloriam suam: et tamen ipse non requirit a nobis tantam dispositionem: sed penitentiam et afflictionem corporalem et ducere bonam vitam. Et qui sunt cibi: dicitur quod eius diuinitas in qua comedit ipse christus: et in ista comedũt sancti gloriosi. Sed nos nõ possumus comedere nisi de micis que cadũt: scilicet de gaudijs et consolationibus spiritualibus. Quomodo autem poterunt haberi: dicitur per modum quo catelli habẽt micas de mensa dominorum suorum

ꝛ iuj

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qui leuant caput ad mensam ⁊ respiciūt et aperiunt os. Ita similiter nos si velimus habere de micis glorie paradisi: debemus leuare caput ad celum et aperire os in oratione ⁊ contemplari. Et statim habebimus micam scz consolationem. Sed tamē auisemus ꝙ cor concordet cū ore: qꝛ al's non haberet cōsolatio: qꝛ dicit Paulus. j. ad Coꝝ. xiiij. Si orem lingua: spūs meus orat: mens autē mea sine fructu est. Quid ergo est? orabo spū orabo ⁊ mente. Et ideo quia nō oramus corde: nō possumus obtinere quod petimus: qꝛ dicit xp̄s Mat. xv. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum lōge est a me sine causa colūt me: dicit em̄ sine causa. i. sine vtilitate colūt me: ergo disponamus nos taliter ꝙ possumus comedere in illa gloriosa mensa celestis paradisi. Ad quā nos perducat ⁊c.

¶ De ministris siue seruitoribus qui in ecclesia dei sicut in domibus regū inueniuntur in septemplici differentia.

Distinctio. cvij.



Ministri siue seruitores in ecclesia dei sicut in domibus regū inueniunt' in septemplici differentia: sunt nāq; in domo regis

Primo ianitores.
Secundo dispensatores.
Tertio coci.
Quarto scutiferi.
Quinto mimi.
Sexto elemosynarij.

¶ Primo ergo sunt ianitores qui custodiūt ianuas qui amicos regis ⁊ idoneos permittūt intrare. Alios v̄o nō idoneos vel inimicos cum massa vel virga repellunt: ianitores in domo dn̄i nostri Jesu Christi sunt dn̄i terreni rectores et gubernatores populi qui debēt admittere idoneos mores ⁊ ritus ⁊ debēt expellere et extirpare malas cōsuetudines et pctā cū massa ⁊ baculo iustitie: vnde. ij. Paralipo. xxxv. dr̄ ꝙ ianitores per portas singulas obseruabāt ita vt nec pūcto quidē discederēt a ministerio suo: dicit portas singulas. Ubi sciendū ꝙ inueniūtur in sacra scriptura porte paradisi et porte inferni: porte inferni sunt mali mores et consuetudines ⁊ peccata: de quibus loquitur scriptura Mat. xvj. Porte inferni non preualebūt aduersus eā. s. christianitatem: porte paradisi sunt virtutes et boni mores: vn̄ Apoca. vlt. Beati qui lauant stolas suas vt sit potestas eorū in ligno vite: ⁊ per portas intrēt in ciuitatē sanctam. s. glorie celestis. Et dicit singulas: custodiebat enim portas paradisi. s. custodiēdo ⁊ fouendo in virtutibus: ita ꝙ in puncto nō esset transgressio: debent etiā isti ianitores siue rectores in ciuitatibus suis repellere cū virga vel massa potestatis et iustitie malas consuetudines ⁊ peccata notoria: vnde apl's ad Roma. xiij. Non em̄ sine causa gladiū portat: dei em̄ minister est: dicit non sine causa: quoniam causa quare portat baculū vel gladium est vt scz extirpet vitia ⁊ puniat malos: ⁊ peccata notoria. Et maxime quinq;. s. sortilegos quos dz corrigere vsq; ad mortē: vnde Leuit. xx. Uir siue mulier in quibus phitonicus vel diuinationis spiritus fuerit morte moriant'. Secundo blasphemias diuinas contra quos dr̄ Esa. lij. c. Dominatores populi mei inique agūt ⁊ iugiter nomen meum tota die blasphematur. Tertio negligētias festiuales: vnde Exod. xx. Memēto vt diem sabbati sanctifices: non em̄ debet fieri opus tēporale sed bene spirituale quia tūc est meritoriū. Quarto iniqua cōsortia siue criminalia. s. malas mulieres debēt separare a bonis nec morētur in eadē domo vel vico. Non em̄ sustinetur vn⁹ leprosus inter alios sanos: quia alij statim inficiūtur lepra: ita etiā vitare debemus infirmitatē anime: qm̄ si vna mala mulier stet inter alias i vna domo vel vico statim corrūpit eas: sicut vnum pomū putridum corrūpit alia. Et ideo debent manere in vno angulo ciuitatis vel extra: qꝛ ita precipit scriptura Num. v. vbi dicitur. Locutus est dominus ad Moysen dicens. Precipe filijs Israel vt eijciant de castris omnē leprosum: ⁊ qui semine fluit: pollutusq; est sup mortuo: tam masculū q̄ feminā eijcite de castris

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ne contaminent ea: ergo caueant ianitores. Itē debēt extirpare lenones pari ratione. Item etiam prouideant contra lusores taxillorū vt puniantur ⁊ eis assistētes et consentiētes: vnde ad Rom̄.j. Qui talia agunt digni sunt morte: non solū illi qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientib⁹: dicit glo. Augu. Consentiunt facientibus qui possunt: ⁊ debent corrigere et non faciūt. Corrigant ergo absq; nulla misericordia: quoniā dicit Chrys. Summum genus pietatis est in his esse crudelem. ¶ Secundi ministri sunt seruitores siue dispēsatores. s. illi qui tenēt claues panis ⁊ vini qui ministrant amicis dñi panem ⁊ vinū ⁊ prouident de necessarijs. Tales in domo dei sunt prelati ecclesiastici. s. archiepī: episcopi ⁊ abbates et priores qui tenent claues ecclesie: vnde Christus dans illud intelligere dixit primo prelato. s. Petro. Mat. xvj. Tibi dabo claues regni celorum: isti enim sunt dispēsatores bonorum spiritualiū: qđ testificatur beatus paulus apl's. j. ad Cor. iiij. dicēs. Sic vos existimet homo vt ministros Christi ⁊ dispensatores ministeriorum dei. Hic iam queritur inter dispēsatores vt fidelis quis inueniatur. Pauci enim inueniuntur fideles. Unde fideles sunt illi q̄ dant beneficia dignis. Siue sint extranei siue domestici ⁊ q̄ non respiciunt parētelam nec munera. Similiter fideles sunt ⁊ boni dispēsatoris illi curati qui nō faciunt sicut aliqui qui in die pasche pro labore vitando sine expēsis frangunt hostiam in plures partes ⁊ ita tradūt hominibus et male: qr hostia debet representare illud quod est intra: vnde rotūditas representat diuinitatis infinitatem: ⁊ albedo significat qđ Christus fuit sine macula. Item male dispensant quādo ferunt pro modico excōmunicationem que eadē facilitate contēnitur qua fertur. Nō enim debet dari nisi pro magno peccato: vnde Paulus nō tulit nisi tantūmodo vnam qui fuit legat⁹ a latere. xxxvij. annis s̄m quod dicit beatus Hieronymus in libro de viris illustribus. Breuiter iam queritur vt fidelis quis inueniatur: ⁊ istam questionem fecit Christus Petro. Luce. xij. dicens. Quis putas est fidelis dispēsator ⁊ prudens quem cōstituit dominus super familiam suam. ¶ Tertij ministri siue seruitores sunt coci qui parant escas corporibus. Sed qui sunt coci in domo domini Jesu Christi: dicitur ꝙ illi qui dant et parant cibum anime: vnde Matth. iiij. Nō in solo pane viuit homo: sed in om̄i verbo quod procedit ex ore dei. Cib⁹ anime est verbum dei: scilicet sacra scriptura: noui et veteris testamenti. Et biblia dicitur esse os dei: vnde sicut in ore sunt due maxille: ita in biblia sunt due maxille scilicet superior ⁊ inferior: in superiori autem sunt omnes sensus et masticādo stat immobilis per quam denotatur nouum testamentum quod stat immobile per inferiorem in qua nullus est sensus: denotatur antiquum testamētum quod mobile est et motum est. Os vero est scriptura existens inter illa duo testamēta. Sed coci huius cibi sunt predicatores. Sed attende ꝙ dominus cocus anteq̄ det cibum domino seruat quattuor. Primo enim emit bonum cibum ⁊ non malum: ita predicator debet emere bonum cibū de macello dñi nostri Jesu Christi: scilicet de euangelio. Et ita precipit ipse Christus Matth. vltimo. Ite predicate euangelium omni creature. Non enim deberet sumere cibum a macello Uergilij et Ouidij aut aliorum Poetarum sed de euangelio. Secundo cocus lauat cibum et mundat ipsum: ne sit aliquid immundum: ita etiam predicatores debēt mundare cibum scilicet predicationē bene studēdo: ne dicant aliquem errorem in sermone: et ideo dicitur Ps̄. xj. Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum: probatum terre purgatum septuplum: dicit eloquia casta qr non debet predicare eloquia luxuriosa vel truffatoria: dicit septuplum id est septies purgatum: et ideo datur communiter tempus septem dierum ad studendum sermonem: sed hodie non student sed ambulant per loca inter gentes. Nō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

enim faciunt sicut Christus qui statim post sermonem fugiebat a consortio hominum: vnde Ps. liiij. Elongaui fugiēs et mansi in solitudine. Tertio cocus ponit cibum in olla scilicet in memoria ⁊ coquit in igne: de quo dicit Christus Luce xij. Ignem veni mittere in terram: et q̄d volo nisi vt accendatur: quia debet predicare amore charitatis non amore terrenorum et cupiditatis sicut hodie faciunt multi predicatores qui nunq̄ predicarēt nisi ꝙ sperant habere aliquod magnum lucrum. Quarto cocus gustat cibum si est bonus: ita etiam predicator debet gustare cibum quem daturus est: quoniam si vellet predicare de humilitate debet primo ipse esse humilis. S misericordiam gustet primo paupertatem: et ita de alijs. Et ideo dicebat beatus Paulus apostolus ad Romañ. xv. Non audeo loqui aliquid eorū que per me non efficit Christus. Et ita in ministratione coquine bene gloriabat̄ Paulus apostolus. ij. ad Corinth. iij. dicens. Sufficientia nostra ex deo est: qui et idoneos nos fecit ministros: dicit idoneos quoniam nullus debet predicare nisi sacerdos vel magnus clericus: et cum licētia prelati: ⁊ nullus laicus audeat predicare: alias peccat mortaliter. ¶ Quarti ministri siue seruitores sunt scutiferi q̄ sunt in mensa qui manus habent mundas et non audent in mēsa emittere sputum nisi valde remote a mensa sunt etiā honeste induti: isti in domo dei sunt sacerdotes simplices: quia si habeant curam dicuntur ianitores sub prima specie: sed simplices sunt qui non seruiunt nisi in altari in quo non debent emittere sputum mendacij: vnde Ambrosius. Verbum sacerdotis aut verū aut sacrilegiū. Similiter debent esse bene induti et honeste scilicet veste castitatis que est valde pulchra vestis et sine macula: de qua dicit Dauid Ps. c. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Sed debet habere manus lotas non immundas: a tactu carnalium vel taxillorum: non enim debet tractare arma lanceam nec similia: de istis loquitur beat⁹ Paulus apostolus prime ad Timotheū. iij. Hi probentur primum: et sic ministrent nullum crimen habentes: ⁊ sequit̄ infra. Qui enim bene ministrauerint gradum bonum sibi acquirent: ⁊ multam fidutiā in fide que est in christo Jesu domino nostro. Primo enim debent probari vtrum sint digni ab examinatore episcopi. Similiter in confessione quia alias iudiciū sibi manducat et bibit. j. ad Cor. xj. vbi dicit glosa Ambrosij. Ita punietur ac si proprijs manibus Christū interfecisset. Sequit̄ in auctoritate digne ministrent si non habeant peccatum: ⁊ maxime sint mundi a peccato luxurie: quod tantū est in sacerdote ⁊c. pone ꝙ est mai⁹ furto ⁊c. et quia committit sacrilegium. Et pone auctoritatem. j. Regū. xxj. vbi sacerdos dicit Dauid. Si mundi sunt pueri: maxime a mulieribus manducēt. Et ideo caueant sacerdotes: tamen qui bene ministrauerint gradum sibi acquirent immo maiorem gradum angelorum quoniaz facit aperiri celos et descendit Christus et remanet in celo: sicut verbū hominis est in mille auribus: et in ore proferētis: vnde Gregorius in quarto libro dialogorum. c. vlt. Quis fidelium dubium habere possit in ipsa immolatiōis hora ad sacerdotis vocem celos aperiri ⁊ angelorum choros: in illo Jesu Christi ministerio adesse? quasi dicat nullus. Unde angeli leuant brachia sacerdotis quando leuat corpus domini: ⁊ dicūt si sacerdos sit bonus. O benedicte sacerdos tanta gloria est tibi parata quia maiorem dignitatez habes q̄ nos: si vero sit malus dicunt. O domine da nobis potestatem vt occidamus istum peccatorem. Christus vero respondet: nolo mortem peccatoris sed vt conuertatur ⁊ viuat. Ezech. xviij. Et ideo vt sacerdotes conseruētur in bona vita: quando dantur ⁊ celebrantur ordines vniuersus populus ieiunat tribus diebus: vt scilicet deus velit ꝙ accipientes illos ordines sint puri et perseuerent in bona vita: et tales accipient et acquirent fidutiā in Christo Jesu: quo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

niam si bonus est sacerdos per ipsum potest cōseruari vna prouincia vel ciuitas ab ira dei. ¶Quinti ministri siue seruitores sunt mimi qui cantant in cytharis et fistulis sisti in domo dei sunt penitentes qui cantāt in domo domini. Et sicut in cantoribus debent esse tres species. s. tenor: quinta et octaua: ita in penitente debēt esse tres voces: vnde tenor est fundamentum cantus: ita in penitente contritio. Secunda vox siue species cantus est quinta: et ista in penitente est confessio: qz in confessione exaltatur vox: quoniam scilicet voce dulci et tremebūda dicit mihi parce domine vel mea culpa. Tertia vox est octaua: et ista est deuota et spiritualis oratio: et ista cantatur vna voce et melodia tam alta q̄ deus in celo audit et auscultat: vnde dicit deus penitenti Cant. vij. Ostende mihi faciem tuā: sonet vox tua in auribꝰ meis: vox enim tua dulcis: et facies tua decora: dicit ostēde mihi faciem tuam. O penitens quia decora est. Apparet nobis q̄ flens p̄ peccatis habeat faciem turpem: tamen illa pulchra est coram deo: et quanto magis quis flet propter peccata et deturpat lachrymis faciem suam: tanto magis illa facies est decora Christo: dicit vox tua dulcis scilicet oratio que est dulcis vox: non solum Christo sed etiam omnibus angelis: vnde dicit Cant. viij. Que habitas in hortis: amici auscultant te: fac me audire vocem tuam. Communiter videtur q̄ quando aliqui phylocapti vadunt de nocte per hortos z cantant vt audiantur ab amasijs suis q̄ veniunt ipse z respiciunt per senestras. Ubi sciendum q̄ omnes celi sunt quasi in fenestris z quilibet angelus et sanctus habet suam fenestram: vnde fenestra per quam vnusquisq; respicit est sua scientia: et tres persone diuine habent vnam fenestram scz vnam essentiam et scientiam: quia sola sua essentia est sua scientia: sed quilibet sanctus habet suaz de quibꝰ nos respiciunt: vnde Canticorum secūdo. En ipse stat post parietem nostrū respiciens per fenestras: prospiciens per cancellos: dicit en ipse id est populus gloriosus stat post parietem. Unde inter nos et istos est vnus paries scilicet mors: quia nos sumus ante mortem z ipsi post mortem. Et ita sancti vident nos scilicet quando facimus penitentiam. Et isti sunt mimi sonantes cum ore. Sed sunt alij qui sonant cum instrumentis: de quibus Esa. xxiij. Sume tibi cytharam: z circui ciuitatem meretrix oblionni tradita: bene cane frequenta cāticum vt memoria tui sit: et erit post septuaginta annos visitabit dominus tyrum: et reducit eam ad merces suas: et rursuz fornicabitur cum vniuersis regnis super faciem terre: construccio incipit ibi. O meretrix loquitur ibi anime que est in peccato siue ciuitati plene peccatoribus: dicit ergo sume cytharā: scilicet crucem Christi que dicitur cythara. Unde sicut sit cythara de ligno sicco: ita crux Christi fuit sicca quia lignū fuit scissum mille annis ante: quod vidit regina Sabba veniens ad Salomonem in cythara etiaz sunt octo chorde quattuor pares et ita auditur cythara a longe quando chorde sunt bene extense: ita Christus fuit extensus in cruce: tantum q̄ nerui eius apparebant: Et octo chorde que fecerunt sonum per vniuersum mundū sunt octo verba quē christus dicit in cruce. Primum enim dicitur: dimitte illis non enim sciunt quid faciunt. Luce vigesimotertio. Secundū hodie mecum eris in paradiso. Luce vigesimotertio. Tertium mulier ecce filiꝰ tuus. Quartum ecce mater tua. Joānis decimonono. Quintum hely hely lama zabathani. Matthei vigesimo septimo: et Matthei vigesimoquinto. Sextum Sitio. Joannis decimonono. Dicit etiā circa ciuitatem in processionibus: et de talibꝰ ministris potest intelligi illud verbum Joannis duodecimo. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus qui in celis est. ¶Septi ministri siue seruitores sunt elemosynarij q̄ reponunt fragmenta in cophinis: z post ea dāt pauperibus: isti in domo dei sunt boni diuites qui habēt plura bona: que quidē bona dicūtur canti in mensa christi. Et dicuntur canti qz sicut cantus est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

imperfectus ita bona huius mūdi sunt imperfecta ⁊ gl̄ia siue bona celestia sunt pfecta: vñ apostol⁹ ꝓme ad Cor. xiij. Cum venerit qđ perfectū est euacuabit quod ex parte est: ergo diuites de cātis mense christi debent dare pauperibus cum sint omnes elemosynarij et miseri: vnde illud officium habuit martha de qua dicitur Luc. xx. Martha autem satagebat circa frequens ministeriū q̄ stetit ⁊ ait: domine non est tibi cure q̄ soror mea reliquat me solam ministrare. allegorice declaratur hoc qr lingua ⁊ manus sunt sorores ⁊ tantum significat illud quod sicut man⁹ ministrat bona tēporalia dando elemosynam: ita similiter lingua debet ministrare instruendo per predicationem vel instruendo insipientem vel per orationē: vnde maior est elemosyna lingue q̄ manus. Vbi nota exē pluꝫ de quodaꝫ paupere q̄ perijt elemosynaꝫ a quodā alio paupere qui non habebat aliq̄d dare. Et dixit ei ego rogo deus vt te adiuuet: ⁊ sic paup egressꝰ fuit ad alīū q̄ dedit ei panē ⁊ ad alīū q̄ dedit ei potagiū: ⁊ ad alīū q̄ dedit sibi vnū. Et postmodū cū paup deprecaretur deū ꝑ tribus vltimis ⁊ non pro ꝓmo affuit angelus increpans eum quia non orabat pro primo qui dederat maiorem elemosynam q̄ alij quia eius oratio fuit causa quare alij dederunt tibi. Et ita ptz quo modo est tales elemosyna lingue. Et breuiter omnes tales orationes siue benedictiones sunt elemosyne ⁊ dicant hoies. Prouerbio. x. Benedictio dñi diuites facit nec sociabitur eis afflictio. Et est aduertendum q̄ martha dicebat primo. Soror mea reliquit me ⁊c. quia aliqui elemosynam cuꝫ manu tñ non dant cum lingua: quod faciunt cōtra illud prouerbium qui non habet panē in manu habeat mel in ore: ergo fiat elemosyna de lingua: quia dicit scriptura Proverbio. xij. De fructu oris sui vnusquisq̄ replebitur bonis. Quidā tamē loco benedictionis dant maledictionem vt matres filijs qui non audiunt paulū dicentem ad Roma. xij. Benedicite ⁊ nolite maledicere. ¶ Septimi ministri sunt seruitores sunt camerarij siue cubicularij: ⁊ isti parant cameram ⁊ sternuntle ctum ⁊ mundant ipsum a pulicibus custodiunt cameram a fumo vento ⁊ similibus. Per istos intelligūtur contēplanti ut qui non curant nisi de seruitio christi et nonde alijs que fiunt in mundo: cauent tamen a vento superbie: ⁊ puluere auaritie: ⁊ luto luxurie. Et illud officiuꝫ habuit virgo maria Ecclesia. xxiij. In habitatione sctā cozam ipso ministrauit ⁊ sic in ipō firmata sum: ⁊ in ciuitate sanctificata similiter requieui: dicit in ipō. Vbi sciendū q̄ ypon ꝑm interpretationē hebraicam est idē quod speculuꝫ: ⁊ ideo anime que contēplanē in hoc mundo firmantur in speculo: quia illud qđ videmus nūc in speculo videbim⁹ in alio mūdo facie ad faciē vt ptz ꝓme ad Cor. xiij. Et ratio est propter velum charitatis q̄ anima de se bene videret: ⁊ ideo qui volunt contēplari faciant sicut virgo maria: mundemus ergo cameram nostraꝫ vt digne ministremus deo: ⁊ nos audiemus illō Jo. xij. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eū pater meus q̄ est in celis dicit dominus.

¶ De nouem miserijs quas habemus in hoc mundo.

Distinctio. cviij.

NJserias nouē habemus in hoc mūdo. Quarū tres sunt anime tres corporis: ⁊ tres vite. Contra quas David ꝑ spīm ꝓphete fecit nouē ỹsus incipiētes ꝑ miserere: ⁊ nō plures versus sic incipictes in toto psalterio cuius sint bis mille sexcēti: ⁊ ser versus in toto psalterio ⁊ ꝑs. cētum q̄nquaginta: miserie ergo anime sunt tres. Quarum prima est inefficatia orandi. Scōa est inconstantia perseuerandi. Tertia est impotētia resurgendi.

¶ Prima ergo miseria anime est inefficatia orandi: qm̄ non habemus efficaciā in oratione: non enim possumus dicere vnuꝫ pater q̄n statim meditemur in mūdanis cuius eleuemus mentem quātuꝫ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

possumus ad deuz. Et ratio est propter grauitatem corporis per quam inclinatur anima subtilis quemadmodū falco deprimeretur a volatu si ligetur ei lapis grossus in pede: ita est de anima q̄ a corpore ponderoso deprimitur. Et hoc testat̄ sapiēs Sapiētie.ix. Corpus qd̄ corrumpitur aggrauat animā et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantez. In hoc apparet inefficatio orandi: scz ꝓpter grauitatez corporis immo sancti viri non possunt penitus extrahere animam a corpore. Ubi nota exemplum de vita beati bernardi vbi legitur ꝙ cum beatus Bernardus iret predicatum per mundum ⁊ eq̄taret vnam bonā mulam inuenit quēdā heremitā: ⁊ dum irēt simul Bernard⁹ icepit narrare suos defectus: et inter ceteros dixit se non posse orare quin intellectus verteretur ad mundum. Cui dixit heremita ꝙ non habebat illum defectum: quia q̄tum volebat habebat intellectum altuz. Tunc cognouit beatus Bernardus ꝙ ille erat presumptuosus in illo verbo. Et dixit sibi. Ego promitto ꝙ si dicas Pater noster habendo semper altum intellectuz dabo tibi mulam meam. Cui dixit heremita placet mihi. Cūq; diceret Pater noster: et esset in medio dixit Bernardo. O domine abbas intelliguntur cum mula frenū ⁊ cella. Cui dixit Bernardus: vos ꝑdidistis. Et ita apparet quomodo habemus inefficatiam orādi: ⁊ contra istā miseriam petit Dauid misericordiā cuz dicit psal.iiij. Miserere mei domine: et exaudi orationem meaz: dicit exaudi.i. exaltando audi. ¶ Scd̄a miseria anime est inconstantia perseuerandi: quoniaz si quis incipiat bonam vitaz non potest perseuerare: sed statim dimittit. Exemplum quando aliquis vel aliqua mulier vult ⁊ ꝓponit dimittere vanitates sicut caudas in vestib⁹ ⁊ cornua statim dum erit in domo ⁊ voluerit scindere ad illusionem alterius dimittet. Item vsurarius si proponat restituere aliena duz videbit in theca aurum ⁊ francos non poterit dare executioni. Item si quis ꝓponat dimittere concubinam dum erit in domo ad solam lachrimā illius retinebit ipsam. Itē si quis ꝓponat dimittere iniuriā alterius ⁊ parcere sibi ad solū verbuz alicui⁹ non parcet: ⁊ ita de alijs. Et si ꝓponit agere penitētiam ad derisum alicuius dimittet statim: ⁊ ita ptz ꝙ habemus inconstantiam in anima qua non possumus perseuerare. Et ratio est quia vna regula est in ph̄ia dicēs. Quod vnaqueq; res tendit ad suuz principiū a quo exit. Cum autem anima creata sit de nihilo naturaliter tendit ad illud qd̄ est nihil scilicet ad peccatum. Et ideo dicebat xp̄s Jo.xv. Qui manet in me: ⁊ ego in eo hic fert fructum multum quia sine me nihil potestis facere. Contra autem hāc miseriam petit Dauid mīam dicēs Miserere mei domine: qm̄ infirmus suz sana me dn̄e qm̄ conturba sunt oīa ossa mea: dicit infirmus: vn̄ si infirmus vult sustētari traditur ei baculus ad susttētādum: ita similiter qui voluerit aliqd̄ bonum facere puta penitētiam sumat baculuz xp̄i.s.crucē meditando quomodo christus in ea passus est ⁊ ita sustentabitur in penitentia. Item si velit sustineri in humilitate sumat baculum crucis in quo christus humiliatus fuit portando spineam coronam. Item si sit infirm⁹ ad remittendum iniurias sumat sustentamentum: scz baculum crucis in quo christus orauit pro crucifigentibus euz: ⁊ ita de alijs. Contra ergo istaz miseriā petit Dauid mīaz dicens. Miserere mei domine qr infirm⁹ sum ⁊c. dicit quoniaz conturbata sunt omnia ossa mea: scz virtutes anime: vn̄ homo dicit̄ debilis qn̄ non habet ossa: quoniā carnes sole non possunt sustinere: ⁊ quādo ossa sunt fracta non possunt etiam sustinere: ita similiter ossa anime sunt virtutes que sustinent animam sicut fides spes charitas humilitas et alie virtutes que turbate sunt in anima ⁊c. ¶ Tertia miseria anime est impotentia resurgendi: quoniaz si cadat in pctō non pōt se resurgere: nec per iuuamē alterius creature nisi deus iuuet q̄uis q̄s cadat ꝑ seip̄m nō tn̄ resurgit ꝑ se: vn̄ Eze.xiij. Perditio tua isrl̄ tm̄mō ex me auxiliū tuū: vn̄ dat̄ exēpluz de

nota

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

aliquo qui cadit in puteum qui non pōt se resurgere: ita nec pctōr per se resurgit. Et contra istam miseriā petit Dauid misericordiam dicens p̄s. ix. Miserere mei dñe: vide humilitatem meā de inimicis meis qui exaltas me de portis mortis: dixit humilitatem meā de inimicis: qr q̄ humiliatus est in pctō ab inimicis non pōt resurgere: sicut nec ille qui cadit in duello: dixit portas mortis. s. pctā q̄ sunt porte inferni sicut virtutes porte paradisi: iuxta illud Apoc. vlt. Beati q̄ lauant stolas suas in sanguine agni: vt sit ptās eoꝝ in ligno vite: ⁊ per portas intrent in ciuitatem sanctā: dixit portas. i. virtutes ita silr pctā sunt porte inferni. Et de istis portis loq̄tur xp̄s cū dicit Mat. xvj. Sup hanc petrā edificabo eccl̄iā meā ⁊ porte inferni non preualebunt aduersus eaꝫ. Contra hanc portam. s. fidem christianam porte inferni. s. peccata non preualebūt ⁊c. Iste ergo sunt tres miserie anime: ⁊ ideo petit Dauid ter mīam. Cui cōcordat etiam in principio misse: quia dicit ter kyrieleyson: qd̄ tantum significat sicut deus miserere mei: kyri em̄ significat deus: ⁊ eleyson miserere: ⁊ dicit̄ ter dirigendo sermonem ad deum patrem. Et ratio est: qr anima hꝫ potestatem supra corpus: ⁊ ad implorandum misericordiam anime petitur misericordia dei cui attribuitur potentia. Sequunt̄ tres miserie corporis.

Prima est tribulatio naturalis.
Scd̄a est condēnatio iudicialis.
Tertia est persecutio humanalis.

¶ Prima ergo miseria corporis est tribulatio naturalis qm̄ tot sunt tribulationes in corpore humano: quas naturaliter habemus in corpore: qd̄ miꝝ est: qr vnum vitrum si non frangatur violenter: sed custodiatur in archa seruabitur per mille annos: sed homines statiꝫ cōsumuntur ꝓpter compositionem quam habent ex quattuor elementis habentibus qualitates contrarias. Et ideo dicitur Sap̄. v. Nos nati continuo desinim⁹ esse: dixit desinimus propter quattuor qualitates contrarias que semper corrodunt ad intra corpus: intantum ꝙ naturaliter deficit: immo dicit August. ꝙ cuꝫ xp̄s esset verus homo: posito ꝙ nō fuisset occisus naturaliter mortuus fuisset nisi voluisset miraculose cōseruare suū corpus. Et ꝯtra istas miserias petit Dauid mīaꝫ in p̄s. xxx. dicēs. Miserere mei deus qm̄ tribulor: cōturbatus est in ira oculus meus: aīa mea: ⁊ venter me⁹: dixit tribulor. s. propter qualitates contrarias: ⁊ aīa mea vocat aīaꝫ sensualē: dicit venter qr in ventre sunt qualitates contrarie: dixit oculus qm̄ in oculo cognoscitur infirmitas citius q̄ꝫ alibi: vt dicūt etiam medici. ¶ Secunda miseria corporis est condemnatio iudicialis: qm̄ in hoc mundo sumus condemnati ad mortem. Ex quo enim aīa est infusa in corpore dat̄ illi snīa mortis irreuocabilis: intantum ꝙ iudex met. s. xp̄s noluit eximere suam matrem: quin immo etiam ipse mortuus est: ergo irreuocabilis est iuxta illud ad Heb. ix. Statutum est hominibus semel mori: semper em̄ currim⁹ ad mortem: quemadmodū condēnatus ad suspendium portatur sup currum quattuor rotaꝝ: ita nos portamur ad mortez super currū. s. tempus qd̄ portatur in q̄ttuor rotis. s. in quattuor partibus anni: scꝫ ver: estatem: autūnuꝫ ⁊ hyemē: vnde sicut ille qui portatur ad furcam nō gaudet nec ridet: al's esset stultissim⁹: ita nos non debemus in hoc mundo gaudere: nec ridere: nec letari: al's vocamur stulti in scriptura Eccl̄i. vij. Cor sapientū vbi tristitia ⁊ cor stultoꝝ vbi letitia. Et contra istam miseriam petit Dauid mīam p̄s. l. Miserere mei deus ſm magnā misericordiam tuam: in isto ⁊ non in alijs: qr ista est maior miseria. ¶ Tertia miseria humanalis est persecutio humanalis: qm̄ tante sunt ⁊ tot tribulationes: qr vnus persequitur alium. s. rex regez: baro baronem: mercator mercatorem: ita breuiter ꝙ tam in villis q̄ꝫ in ciuitatib⁹: in omnibus statibus reperietis persecutiones ⁊ turbationes. Et miruꝫ est quia bruta animalia ⁊ fere in desertis viuunt pacifice ⁊ homines nō: immo ipsimet tribulant seipsos: quia demō nō facit illud quia a passione christi citra non hꝫ pote

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

statem nisi quantum homo dat sibi posse. Et nota hic exemplum quod legit in vita beate Margarite: que dum incarcerata fuisset ab olimbrio apparuit demō in forma vni⁹ heremite dicens ei. O margarita miserere tui quia nollē tuam mortem: sed crede mihi quia doleo de dolore tuo: heu vides olimbrium dominum magnum qui te vult in vxorem ⁊ faciet te magnam dominam: ⁊ illud potes facere quia te non vult in concubinam sed pro vxore: quapropter bene tibi erit: tūc Margarita icepit intra se orare ad deuz vt ostenderet sibi quis esset qui loqueretur. Cui respondit spiritussanctas quez secum habebat ꝙ erat demon. Tūc ipa cepit demonem per barbam ⁊ eiecit euz sub pedibus: ⁊ conculcauit ipsum pede supposito corpori. Qui incepit clamare vt dimitteret ipsum ire. Cui petiuit margarita: ⁊ illud quod sequitur fecit ad nostrum propositu3 quare faciebat tot mala ⁊ tot guerras ⁊ dissensiones in mundo? Qui respondit ꝙ iniuste accusabatur ab hominibus: quia nec ipse nec aliquis demon poterant aliquid mali facere nec rixas inter homines ponere nisi homines consentirent a passione christi citra: sed homines per se faciebant illas rixas ⁊ bella. Patet ergo ꝙ homines inter se bella gerunt ⁊ mouent. Et contra istam miseriam petit Dauid dei misericordiam: dicendo p̄s.lv. Miserere mei deus quoniam conculcauit me homo tota die impugnans tribulauit me: ꝓpter ea est ista petitio. Et iste sūt tres miserie corporis cōtra q̄s petit Dauid ter misericordiam. Cui concordat ecclesia dicendo ter christeleyson: ⁊ loquitur filio. Et ratio est quia solus filius assumpsit corpus humanū ideo vt iuuet nos petim⁹ veniam: ⁊ mīam ab eo: ⁊ iste sūt miserie corporis. Sequūtur tres miserie vite,

Prima est defectus amicitie
Scd̄a est abundantia tristitie.
Tertia est multitudo contumelie,

¶ Prima ergo miseria vite presentis est defectus amicitie: quoniam non est amicitia in hominibus huius mundi: sed illuque dicuntur amici sunt inimici tam spiritualiter q̄ temporaliter. Temporaliter quoniam q̄to quis est magis diues in temporalibus tanto plures habet inimicos. Ubi nota exēplū qd̄ legit: legitur em̄ ꝙ erant tres scutiferi in summo se diligentes et quadam die dum irent per iter occurrit eis quidā heremita clamans alta voce la mort: la mort illi vero euaginatis ensibus iuerunt ad eum petentes quidnam hoc esset ꝙ sic clamauerat. Qui ostenso nemore dixit ꝙ erat ibi mors: illi vero intrantes nemus inuenerunt vnum saccum plenum auro: et semoti ab itinere numerauerūt pecuniam post hoc esurierunt: et non audentes intrare ciuitatem ne ille qui perdiderat aurum inquireret illud et ipsi illud habuisse essent cogniti miserunt vnum de socijs pro cibis: et victualibus. Ille vero qui missus fuit cogitauit toxicare cibum vt socij sui inde comederent et morerentur et ipse haberet consequenter totam summam pecunie: et fuit emptum venenum ⁊ ipso prius saturato cibarijs miscuit venenum cum cibo ⁊ portauit socijs qui pari forma cogitauerunt illum occidere vt haberent totam pecuniam. Cunq3 ille poneret cibum ad terram socij sui interfecerūt ipsum: ipsi vero postea comedentes cibuz toxicatū mortui sunt. Et ita patet quomodo propter bona temporalia isti tres fuerunt inimici. Similiter pro spiritualibus de amico fit quis inimicus quoniam si aliquis religiosus sit deuotus vel aliqua religiosa sit deuota volens ipsam habere illum confessorez dum dicetur cōfessio incipient ambo flere propter deuotionem. Et post hec immiscet se diabolus ⁊ incipiet ridere et finaliter peccabunt. Item magistri docent discipulis vanitates: ⁊ breuiter frater non diligit fratrem. Et ideo dicebat Hieremias in nono capitulo. Uuiusquisq3 a proximo suo se custodiat ⁊ in omni fratre suo nō habeat fiduciā: qr om̄is frater supplantās supplātabit: ⁊ om̄is amicus fraudulēter incedet cōtra illam miseriā inimicitie: petit Dauid mīam cum dicit p̄s.lvj. Miserere mei dn̄e miserere mei

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qm̄ in te cōfidit aīa mea: cōfidit. s. in te solo ⁊ nō in alio. Ideo miserere mei ⁊c. dicit bis miserere mei ꝓpter duplicē inimicitiam sicut dictū est. s. spiritualē ⁊ tpalē. ¶ Scda miseria vite est abundātia tristitie qm̄ nullus in hoc mundo pōt habere gaudiū sine tristitia. Et ratio est qꝛ dicit regula phie. Omne mediū participat naturam extremorū. cum autē nos sim⁹ in medio duoꝝ extremoꝝ. s. inter paradisū in quo est summū gaudiū ⁊ inter infernum in quo est summa tristitia: ideo cū gaudem⁹ in spiritualib⁹ illud gaudium est gutta mellis gaudij paradisi: ⁊ tristitia est fumus procedēs ab inferno: et tñ magis abūdat tristitia q̄ gaudiū: qꝛ magis sumus ꝓpe infernū. ideo magis sumus repleti tristitia. Et iō dicebat Dauid p̄s. lxxxvij. Repleta est malis anima mea: ⁊ vita mea in inferno appropinquauit. Et ꝯ istā miseriā petit Dauid mīaꝫ dicens p̄s. lxxxv. Miserere mei qm̄ ad te clamaui tota die letifica animā serui tui qm̄ ad te dñe leuaui ani. meā. ¶ Tertia miseria vite est multitudo ꝯtumelie qm̄ totus mūdus plenus est contumelia qꝛ vnus deridet aliū: vir vxorē propter turpitudinē: princeps populū ipsum affligendo per tallias ⁊ alias extorsiones: sacerdos sacerdotē propter eloquentiam aut al's: religiosus p̄sbyterū ꝓpter ignorantiā: ⁊ ita de alijs: qm̄ iuuenis deridet senē ⁊c. Breuiter vniuersus orbis est plenus cōtumelia: imo ꝙ peius est quanto magis sunt spirituales tāto magis affliguntur. Exemplū de persona deuota in quocūq̄ statu sit que si meditet̄ in spiritualibus ⁊ contēplet̄ statim deridebitur ab alijs. vnde si mulieres sint vane ⁊ curiose in ornatu laudant̄. Si vero sint deuote ⁊ nō curēt de vanitatib⁹ affligūtur cōtumelijs. Similiter scutiferi ⁊ nobiles deuoti derident̄ ab alijs ⁊ negliguntur. Sed si sint ribaldi ⁊ renegatores dei laudantur. Breuiter oēs deuoti affligūtur cōtumelijs ⁊ opprobrijs. Et ideo contra istā miseriā petit Dauid mīam p̄s. cxxij. dicens. Miserere nostri dñe miserere nostri qꝛ multū repleti sumus despectiōe. Dicit miserere nostri dñe: et dicit nostri in plurali nūero ⁊ nō mei vel mihi sicut in precedentib⁹: ad denotādū ꝙ ista miseria tāgit omnes: ergo iste sunt tres miserie vite ꝯtra quos fecit Dauid tres versus. Cui cōcordat ecclesia cū dicit ter kyrie eleison. s. spiritui sancto cui pertinet bonā vitam. Ideo petimus ab eo mīaꝫ. Et cōtra istam miseriā petijt mulier cananea mīam Mat. xv. cum dixit Miserere mei fili dauid. Cui⁹ misericordie nos participes ⁊c.

¶ De septeꝫ operibus misercordie tam corporalibus q̄ spiritualibus.

Distinctio. cxix.



Isericordie opa corporalia que attribuunt̄ corpori sunt septem. Et totidē sunt opa misericordie spiritualia q̄ attribuunt̄ anime.

Primum dare manducare.
Secundum dare bibere.
Tertium vestire nudum.
Quartum visitare infirmos.
Quintum recipere peregrinum.
Sextum redimere captiuos.
Septimum sepelire mortuos.

¶ Primū ergo opus misericordie corporalis est dare manducare vel comedere. Unde sciendū ꝙ naturaliter homo non potest viuere sine comestione: sicut em̄ crucibolū vbi est ignis non pōt ardere nisi sit oleū: ita nec homo pōt viuere nisi habeat cibū. Et sicut in crucibolo consumitur oleum per cōsumptionem quam facit ignis: et si volumus ꝙ ardeat iterū oportet ponere oleū: ita oportet iterum comedere si velimus viuere. Et istud opus est ita complacens deo quod dicet in iudicio Mat. xxv. Esuriui ⁊ dedisti mihi manducare. Similiter displicet sibi tantū qñ non cōpletur istud opus ꝙ dicet in iudicio. Esuriui ⁊ nō dedistis mihi mādūcare. Et istud est opus mīe corporale: sed debem⁹ istud opus etiā dare aīe. Sed qđ est illud opus ostendit xp̄s Mat. iiij. dicens. Nō in solo pane viuit homo sed in omni verbo qđ procedit ex ore dei. Predicator enim dat istud scꝫ doctrinā celestē: nam sicut corpus comedit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cum ore: ita cum ore spūali comedit aīa. Et sicut in corporali ore sunt due maxille. s. superior ⁊ inferior. s. nouum ⁊ vetus testamentū. Uetus intelligit̄ ꝑ inferiorē qꝛ sicut in inferiori maxilla nō est aliq̄s sensus ita nec in antiquo testamēto non est aliquis sensus qꝛ nihil valet sine nouo. Per superiorem v̄o intelligit̄ nouū: qꝛ sicut superior maxilla preualet inferiori qꝛ in eo sunt oēs sensus: ita in nouo testamento est oīs doctrina ⁊ declaratio antiqui. Cum ergo quilibet velit cōiter comedere bis in die: ita debemus bis in die dare comedere aīe. s. mane ⁊ sero. s. facere signuz crucis ⁊ orare: ⁊ sic comedemus in mēsa xp̄i tres epulas ꝑm tres virtutes theologales. s. fidem spem ⁊ charitatē. Primo fidem. s. dicendo Credo in deum: spem dicēdo Pater noster. Nā in Pater noster sunt septē petitiones quas debem⁹ sperare. Scd̄o charitatez. s. Aue maria: qꝛ sicut charitas inflāmat amorē ita Aue maria. s. cogitādo ꝙ videbimus virginē mariā ad dexterā xp̄i: ⁊ tūc inflāmabūtur: ⁊ tunc istis peractis reddem⁹ gr̄as faciendo iterū signū crucis. Et sic preualet illud q̄ꝫ mille Pater noster sine deuotione. Et iterū in sero benedicere ⁊ signū crucis facere ⁊ easdem epulas assumere ⁊ post gr̄as reddere. s. faciēdo iterum signū crucis ⁊ iste epule impinguabunt aīam q̄uis corpus sit macrū: vnde Dauid p̄s. lxij. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleat̄ aīa mea ⁊ labijs exultationis laudabit os meū. Et ecce primuz opus ꝙ sicut nos debem⁹ habere corporaliter erga proximū: ita ⁊ sic debem⁹ habere spūaliter erga aīas nostras per modum predictū. ¶ Secundū opus est dare potum: vnde potus est necessarius qꝛ cibus nō posset dare potionez membris nisi poneretur liquor in stomacho. Et ideo quia est necessarius est opus mīe. Istud em̄ debemus habere erga proximum. s. dare ei bibere ⁊ nō solum de vino sed etiā de aqua. In cuius signū dicebat xp̄s Matth. x. Quicūq̄ dederit potum vni ex minimis istis calicem aque frigide tm̄ in noīe discipuli: amē dico vobis nō perdet mercedem suā. Et ideo dicet xp̄s in iudicio illis qui hoc opus compleuerūt. Sitiui ⁊ dedistis mihi bibere. Matth. xxv. Unde bene soluet talib⁹ qꝛ dabit eis regnū suū quando dicet Mat. xxv. Uenite benedicti patris mei possidete paratū vobis regnū a cōstitutione mundi. Sed illis qui noluerūt dare dicet. Sitiui ⁊ nō dedistis mihi potū. Sequitur. Discedite a me maledicti in ignē eternū qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Matth. xxv. Istud em̄ opus est multū placens deo: ⁊ debet etiā excusari erga aīas nostras. Unde sciendū ꝙ pot⁹ aīe sunt lachryme ⁊ sunt vinū album. s. a parte interiori corporaliter: ⁊ sunt rubee interius. s. in mēoria meditādo passionē xp̄i. De tali potu loq̄t̄ dd̄ p̄s. lxxix. Potū dabis nobis in lachrymis in mēsura. dicit in mensura. Ubi sciendū ꝙ plorās hz tres mensuras in lachrymis. Prima est cōterēdo de pctis: vnde sicut oleū extrahitur inter duas molas: ita debet quilibet ponere cor suum inter duas molas. Prima est iudiciū dei: vnde post mortez quando veniet ad iudiciū xp̄s ostendet vulnera sua dicēs. Quid feci pro te: ⁊ tu quid fecisti ꝑ me? Rn̄debit ille. Ego negaui vos et iuraui ⁊ blasphemaui: ⁊ ita ponetur in inferno. Et talis cogitans illud ponit cor suū inter primā molam et incipit statim flere et lachrymari et hoc cū mensura: qꝛ ꝑm quantitatē pctī debēt esse lachryme multe vel pauce. Secūdo modo mola est quando flet meditando passionem xp̄i. Et illa est melior prima: vnde sicut cera liquescit iuxta ignez: ita debet liquere cor nostrū: qn̄ appropinquatur passioni ꝑ meditationē. Tertio mō plorat ꝑ desideriū paradisi. s. dicēdo intra se. O deus tot annis mansi in hoc mūdo placeat vobis me sumere ad paradisum: et iste modus est melior: vnde talis vellet statim mori. Et ideo malum signū est quādo q̄s timet mortē: qꝛ mors est porta paradisi: ⁊ per illā oportet nos trāsire si volum⁹ intrare paradisum: vn̄ Dauid p̄s. cxvij. Hec porta dn̄i iusti intrabūt in eam. Et istis modis dantur lachryme in mēsura. ¶ Tertiū opus mīe corporalis est recipere peregrinū. Et ra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tio est: qr aliq̄ fera forte comederet illū si esset extra: vel inimici occiderēt: vel pluuia vel frigus corrūperet. Et ideo qr necessariū est ideo est opus mie. Nō est ita nobis in hoc mūdo sicut erat ade in paradiso terrestri: qr illic nō erāt aīalia fera: vnde nunq̄ intrauit aīal in paradiso terrestri nec auis nisi duz adduxit deus aīalia Ade vt imponeret ei noīa: ⁊ etiā qñ diabolus duxit serpentē ad tentādū: illud opus tantū placet deo: qr dicet in iudicio his qui cōpleuerūt illd. Hospes erā ⁊ collegistis me: venite benedicti ⁊c. Illis v̄o q̄ non cōpleuerūt dicet. Hospes erā ⁊ nō recepistis me discedite ⁊c. Mat. xxv. et hoc est quo ad corpus. Sed quo ad aīam videam⁹ quādo recipit aīa nostra peregrina. Ubi sciendū q̄ deus dedit nobis sex dies in septimana in quibus aīa nostra vadit peregrina: sed debemus ipsum recipere in die dñico: scilz audiendo missam: ponere cōditiones. Sicut em̄ rex venit ad atrium vt audiat supplicationē hoīm: ita xp̄s summ⁹ rex ⁊ papa venit ad ecclesiā vt audiat supplicationes hoīm: ⁊ ideo debēt facere supplicatiōes suas ieiuni. Et illud opus est tam corporale q̄ spūale: de quo sapiens Eccl̄i. xxx. Miserere aīe tue placens deo ⁊ cōtine ⁊ cōgrega cor tuū in sanctitate.

¶ Quartū opus mie est vestire nudū et est opus mie duplici modo. s. necessitatis et honestatis: necessitatis ꝓpter frigus ⁊ intemperiē tp̄is: honestatis qr turpe esset videre hoīem nudū: in paradiso aūt nō fuisset necessariū idui: qr tp̄s erat tēperatū lucis honestate: qr nō erat verecūdia. Unde sicut est modo de innocētibus paruis ita fuisset in paradiso. Unde Adam q̄ fuit pulchrior homo ⁊ etiam Eua pulchrior mulier in respiciendo se nō verecūdabant: vñ Gen̄. ij. Erat autē vterq̄ nudus. s. Adam ⁊ vxor eius: ⁊ non erubescebāt neq̄ habebāt motū in mēbris: sed statim post peccatū sic: quia verecundia fit propter peccatū. Istud aūt opus nunc est ita placēs deo q̄ dicet in iudicio his qui cōpleuerunt illud Mat. xxv. Nudus fui ⁊ cooperuistis me: ⁊ ita induet eos vestimento glorie. Sed alijs dicet: nudus fui ⁊ non cooperuistis me: discedite ⁊c. Et illud est opus mie quo ad corpus: sed videamus quo ad aīam. Ubi sciendū q̄ virtutes sunt indumēta aīe. Et ideo Phūs in lib. ethicoꝝ vocat virtutes habitus. Et beat⁹ Paulus ad Collo. iij. Induite vos sicut electi dei et sancti ⁊ dilecti viscera mie: ⁊ cōsequēter enumerat virtutes: benignitatem: humilitatem: modestiā: patientiā ⁊c. Sed bene scitur q̄ diuersimode induit corpus: qr aliter prelati ⁊ aliter presbyteri ⁊ aliter religiosi: aliter religiosi: aliter reges: aliter duces: aliter nobiles: aliter mercatores ⁊c. Unde indumenta prelatoꝝ debent esse quo ad aīam spūalis diligētia: vnde maiorem diligentiā debent habere de aīabus q̄ de bonis tp̄alibus. Sed indumenta dominorū terrenoꝝ sunt iustitia ⁊ facere iustitiā ita paruo sicut magno: ita inimico sicut amico: non rapere aliena: nō offendere aliquem nec vi opprimere: nec capere a subditis nisi debitum: nō extendere statū plusq̄ redditus se extendāt. Religiosoꝝ indumēta sunt deuota obediētia: paupertas ⁊ castitas. Presbyteroꝝ simplicium sine beneficio indumēta sunt deuotiones. s. dicere horas deuote ⁊ horis debitis: dicere missaz deuote: qr missa representat passionem xp̄i: nō fornicari: nō ludere: nō iurare ⁊c. Indumenta diuitū sunt pietas in pauperes ⁊ patienter sufferre eos: ⁊ ita portabunt sua indumenta in paradiso: vbi soluitur questio vtrum erimus nudi vel vestiti in paradiso: ⁊ dicit q̄ erimus vestiti istis virtutibus: ⁊ qui reperietur nudus istis virtutibus dānabit. Si v̄o inueniatur vestitus saluabit. Unde Apoc. xvj. Btūs qui vigilat ⁊ custodit vestimēta sua ne nudus ambulet ⁊ videant turpitudinem eius. ¶ Quintum opus mie corporalis est visitare infirmos propter necessitatem: non tamen fit hodie ita: qr tp̄e illo in quo magis debent visitare scz tēpore epidimie nō visitant: immo si aliquis sit infirmus statim dicetur nō appropinquatis vos tali qr statim essetis infirmus quoniā bocium habet: immo etiam si veniat aliunde vitabitur ⁊ ma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

le:q; nō capitur infirmitas nisi deo volente:sed fiat illud opus ꝙ dicet xp̄us facientibus. Infirmus fui ꝙ visitasti me ꝙ ideo venite benedicti ꝛc. Sed quo ad illos qui nō cōplent hoc opus dicet. Infirmus eram ꝙ nō visitasti me discedite ꝛc. Watth.xxv. ꝙ hoc quo ad corpus. Sed quo ad aiam est sciendum ꝙ sunt diuerse infirmitates quedā mortales alie nō mortales sed veniales q; quotidie peccamus:vnde Dauid qui erat ita sctūs ꝙ ꝑpheta dei dicebat p̄s.vj. Miserere mei dñe qm̄ infirmus suz. Et ideo debemus visitare aiaz.s. cogitando vtrum fecerit peccatū ꝙ quomodo: ꝙ hoc de sero in lecto quādo nō dormit: vnde Seneca qui erat infidelis faciebat pactū cum vroze sua in lecto ꝙ non diceret ei aliquid vt posset cogitare si fecerat aliq̄d in die q̄ esset contra virtutem. Ex quo ergo ille qui erat vxoratus hoc faciebat: multo magis religiosi ꝙ p̄esbyteri: ꝙ sic quādo inueniūt ꝙ peccauerunt debent christo dicere. Parcatis mihi q; cōfiteor vobis: et sic beati erūt illi. Unde Job.v. Visitās speciem tuā non peccabis. Species dicitur aia q; pulchra est: corpus aūt nō est pulchrum sine anima. ¶ Sextum opus est redimere captiuos: puta incarceratos inter fideles ꝙ etiam captiuos inter infideles. Et illud inter cetera opera maius est: quia ipsi sunt in via negandi fidem ꝙ esurīūt ꝙ sitiunt. Et illud est opus multum placens deo: vnde dicet. In carcere eram ꝙ venistis ad me: ꝙ idcirco venite benedicti patris mei possidete regnum vobis paratum a constitutione mundi. Illis vo qui nō fecerūt illud sed contrarium qui tenent excōmunicatos hoies vnde tales sunt in maiori carcere quā sit in barbaria vel i tartaria: dicet in carcere eram ꝙ nō venistis ad me: ꝙ ideo discedite a me maledicti ꝛc. Et hoc quo ad corpus. Sed videamus quo ad animam: vnde sciendū ꝙ peccata sunt carceres. O deus tot sunt incarcerati in carcere superbie. s. magni dñi extendendo statū vltra redditus: ꝙ sic onerant subditos in carcere auaritie: in carcere luxurie. O quot sunt in carcere isto fetido inuidie cuius carcer est niger ꝙ obscurus. In carcere gule pleno aque fetide. In carcere accidie in quo sunt vermes. Sicut eīm vermis consumit vestem que nō portatur vel que nihil facit: ita vermes accidiosum. Sed ille visitat animā qui est in carcere superbie qui se humiliat: auaritie per restitutionem damnoꝝ: luxurie per abstinentiam ꝙ macerationem carnis: inuidie per oratonem. Pro illo contra quem est inuidia: gule per abstinentiam cibi ꝙ potus ꝙ per ieiunia: q; dicitur cōmuniter ꝙ caro ꝙ panis faciunt panſam ꝙ vinum facit dansam. Quando eīm venter est plenus inuitat sociū suū. Unde intelligit illud ꝙ ita retinet animam: vnde Sapiens ait Eccli.xx. Est q̄ multa redimat modico ꝑcio et restituēs ea in septuplū: quasi dicat. Ego scio hominem qui multa ꝛc. quia per modicuz redimitur peccatū q̄ est tantū q̄ nō potest sustineri a celo. ¶ Septimuz opus mie corporalis est sepelire mortuos. Et ratio est quia inficerent aerem vel quia habent resurgere: ꝙ ideo propter dignitatem fit istud. Ecce cum isto opere adeptus est Thobias regnum paradisi: de quo dicit scriptura Thobie.j. Mortuus atq; occisis sepulturam solicitus exhibebat: et hoc quo ad corpus. Sed quo ad animā videndum est. Ubi sctendum ꝙ sepultura anime debet esse in vulneribus ihesu christi: ꝙ maxime in vulnere lateris. Unde christus dicit nobis Canticozum secūdo. Veni columba mea in foraminibus petre in cauerna macerie vel loquitur anime: petra est christus: foramina petre sunt fixure clauozum et vulnerum: cauerna macerie id est partietis est vulnus lateris. Et de tali poterit dici illud, quod dicitur Ysaie.xxij. capitulo. Excidisti tibi hic sepulchrum excidisti in excelso memoriale: ergo estote misericordes ꝙ patebit vobis gloria paradisi. Ad quam gloriam ꝛc. De isto autem opere misericordie non fit mentio in euangelio ꝛc.

¶ De sex misericordijs dei inter alias quas exerga nos exercet.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Misericordie dei inter alias sunt sex.
Quarum prima est qꝛ nõ punit nos imediate post pctm̃ seu nõ dat nobis immediate dãnationem infernalem.
Secunda est qꝛ non remouet nobis duꝫ peccamus bona tẽporalia: seu sustẽtationem vite: seu ꝓuisionem temporalem.
Tertia qꝛ supportat grauitatem criminalem.
Quarta est qꝛ parcit ⁊ remittit illi qui penitet oẽ pctm̃ mortale ⁊ etiam veniale.
Quinta est ꝙ relaxat penas ꝑ peccatis infligendas.
Sexta est qꝛ dat gr̃am ⁊ augmẽtat pctõribus ꝑ orõnes ⁊ alia bona opera.
¶ Prima ergo dei mia est: qꝛ non punit nos immediate post pctm̃: qm̃ de rigore iustitie statim post pctm̃ mortale dꝫ nobis dare infernalẽ dãnationẽ: sed tñ ipe sua magna mia expectat nos de die i diẽ vnde ipse videns ꝙ non conuertimur dicit. Adhuc expectabo illos vltra ⁊c. vnde illud potest declarari per sil̃itudinez alicuius regis habẽtis in terra sua aliquez malefactorem contra quem statim post primũ pctm̃ fit ꝓcessus ⁊ dat̃ snia: sed qꝛ rex est misericors non vult in executionẽ procedere: sed dicit. Expectemus ⁊ videbimus si conteretur: ⁊ post de die in diez ille facit peius: ⁊ clamoribus ⁊ conq̃stionibus auditis: rex nondũ vult sniaꝫ exequi: vnde talis rex iudicaretur a gẽtib⁹ stultus. Sed tñ non est ita de deo: qꝛ statim post pctm̃ scribitur in registro curie peccatum nostrum. vnde p̃s. cxviij. Imperfectum meum viderunt oculi tui ⁊ in libro tuo omnes scribentur. s. defectus. Et datur snia ꝓut dr̃ Ezec. xviij. Anima que peccauerit ipsa morietur. Itez Jac. j. Peccatum cum assumptum fuerit generat mortem. Item ad Ro. vj. Stipendia peccati mors: sed non datur imediate executioni: ergo magna est misericordia dei: vnde mirantur angeli ⁊ maxime mali: qꝛ non exequitur sniam: et dicunt. Cur non punitur ille peccator? Respondet xp̃s ⁊ dicit. Adhuc expectabo ipsum per diurna tẽpora. Et ideo dicebat Hiere. Threno. iij. Misericordie dñi qꝛ non sumus consumpti: qꝛ non defecerũt miserationes eius. O qualem moralitatez habemus qꝛ debem⁹ cogitare inter nos. O deus qꝛ iam est factus processus contra me: ⁊ data sententia certe debeo conuerti: qꝛ al's poneretur in executione: ergo conuertamur ad dñz: qꝛ nescim⁹ vtrũ hodie vel cras vel alia die vel hora magis propinqua deus velit se vindicare ⁊ dare executioni latam contra nos sententiam: ⁊ ideo dicebat Sapiens Eccl̃i. v. Non tardes conuerti ad dñm ⁊ ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius: ⁊ in tempore vindicte disperdet te: ecce prima dei mia. ¶ Scũda mia dei est: qꝛ non remouet nobis dũ peccamus bona tẽporalia ⁊c. Et in hoc ostenditur magna eius mia: vnde si aliq̃s magnus dñs haberet in suo seruitio aliquẽ eum offendentez statim remoueret ei victum ⁊ ꝓuisionem temporalẽ: nõ tñ facit ita xp̃s qui est magnus dñs ⁊ magnũ hꝫ hospitium: qꝛ totus mundus est hospitium eius. vnde Baruch q̃ fuit notari⁹ Hiere. dicit in. iij. cap̃. O israel q̃ magna est domus dei ⁊ ingens locus possessionis eius: qꝛ nõ remouet nobis aliquid: quinimmo dat bladũ in terra ⁊ vinuꝫ in vite: forte diceret aliqnis ꝙ immo sol et luna ⁊ stelle ⁊ planete dant vinum ⁊c. nõ est verꝫ qm̃ sol ⁊ alia corpora celestia nõ sunt nisi instr̃a dei: qꝛ deus dat oĩa: facit enim semen in terra fructificare vinũ in vite: agnum in ventre capre: lanã in pelle, ouis puerꝫ in ventre matris non aũt pater. vnde Dauid p̃s. cxviij. Man⁹ tue dñe fecerunt me: ⁊ plasmauerunt me: et idem. Et magis expresse dicit Job. x. ca. Verecundia enim est dicere illud qđ pater agit in puerum: dat simil̃r de⁹ aquaꝫ in fonte ⁊ omnia ista ad nostram prouisionem, Et breuiter omnibus dat escaꝫ: vnde p̃s. cxliiij. dicit Dauid. Oculi omnium in te sperant domine: ⁊ tu das illis escam in tempore opportuno. Sic ergo nobis prouidet: ⁊ nos nõ facimus qđ ipe dixit sed contrarium: vnde ipse precipit nobis ꝙ simus humiles ⁊ nos dicimus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

et.O dñe dixistis nobis q̄ sim⁹ humiles non erimus immo superbi:pōposi ⁊ elati. Sic̄ dixit nobis q̄ simus casti: nos econtra erimus luxuriosi:⁊ cōmittemus luxuriam cū parentibus ⁊ cōmatribus:⁊ cum nobilissimis:⁊ ita de alijs peccatis: et tñ deus non remouet nobis adhuc prouisionem:sed dat bladū in terra vinū in vite ⁊c.ergo misericors est dñs:⁊ ideo dicebat Neemias prophetа ca.ix. Ipsi superbe egerunt ⁊ non audierunt mandata tua non sunt recordati mirabiliū tuorum que fecisti eis:⁊ indurauerunt ceruices suas ⁊ dederunt caput vt conuerterentur ad seruitutem suā. Tu aūt deꝰ propitius clemens ⁊ misericors lōgani mus:⁊ multe miserationis non dereliq̄sti eos. Maximū documentū habemus hic ex quo deus est ita misericors erga nos q̄ non remouet nobis prouisionez nos non remouеamus prouisionez illis qui nobis iniuriantur non amoꝛē ⁊ cozde non loquelaz:sed debemus salutare eos nō famā diffamando:⁊ ecce quomodo dicit nobis xp̄s Mat.v. Diligite inimicos vestros:benefacite his q̄ oderūt vos ⁊ orate pro psequētibus ⁊ calūniantibus vos vt sitis filij patris vestri qui in celis est:qui solem suum facit oriri super bonos ⁊ malos:⁊ pluit super iustos ⁊ iniustos. Si enim diligitis eos quivos diligunt qualē mercedez habebitis:nōne publicani faciunt hoc:⁊ si salutaueritis fratres vestros tantū quid amplius facietis:nonne ⁊ ethnici hoc facūt. Esto te ergo vos perfecti sicut ⁊ pater vester celestis perfectus est:non em̄ est merces illis qui faciunt bonum:aut illis q̄ bona eis faciunt:qz publicani hoc faciunt immo qō est fortius bruta faciunt:vnde si quis det panem ⁊ vitam cani associabit ⁊ seruabit illuz qui ei bene fecerit. Si ergo nos non faciamus seu portem⁹ dilectionem nisi his qui benefecerunt nobis habebimus perfectionem alaltum: ergo faciamus quod dixit textus. Diligite inimicos ⁊c. ¶ Tertia misericordia est quia supportat grauitatē criminalē: vnde sciendum q̄ est conclusio omniuz theologoꝝ:qō tanta est grauitas peccati mortalis minimi q̄ celum non posset sustinere:cuius sit fortius quacunq̄ re corporali:immo si vnus sanctus vel angelus peccaret in paradiso statim descēderet:qz celū nō pōt illū sustinere: vt ptz in malis angelis qui erāt in paradiso q̄ statim post pctm̄ ceciderunt cum lucifero qui erat tūc maior amicus dei cū sanctus michael:sed post pctm̄ tāta fuit inimicitia q̄ nulluz bonum neq̄ meritum xp̄i profuit eis. Et ideo dicebat xp̄s discipulis suis Luce.x. Videbam sathanam sicut fulgur cadentem de celo. Sed diceret aliq̄s quomodo terra sustinet pctm̄ siue peccatorem cum celum non possit. Dicitur q̄ est ex misericordia dei que hz illū supportare. vnde dicebat Esa.j. Facta sunt mihi molesta:laboraui sustinēs molesta.i. ponderosa seu grauia ⁊ fatigantia. vnde si quis haberet aliquē saccum qui deambulans veniret ad ipsuz gentes ⁊ ponerent in sacco lapides statim aggrauarent ipsum:⁊ posset talis dicere. O tantuz est mihi ponderosum. Responderent illi certe vos portabitis:nulli dubiū quin esset ei graue:ita est de xp̄o qui est deus ⁊ homo qui portat onera et peccata quotidie:⁊ maxime tulit ea i cruce:ergo misericors est. vñ dicebat Joelis ij.cap. Misericors ⁊ patiens est dominꝰ ⁊ multe misericordie. Maximam habemus hic mozalitatem q̄ postq̄ deꝰ supportat defectus nostros:vt nos etiam supportemus defectus aliozum:non tamē peccata publica sicut meretricū ⁊ alia similia:sed alios defectus cōes ⁊ naturales. vnde nota de quodam in valentia q̄ habens vxorem qui inebriabatur quolibet sero per vnam taceam vini:ille sciēs q̄ procedebat ex defectu naturali ponebat eā in lecto:ita q̄ per.xxv.annos supportauit eaz taliter q̄ nec scutifer nec ancilla nec aliquis de domo sciuit illū defectum: iste erat bonus maritus: faciamus ergo ita supportando socios si nimis loquantur vel habeant alium defectum. Et nota exemplum de ciue romano cui anhelitus fetebat quez vxor supportauit per.xxx.annos:qz non dixit illi ⁊ ciuis ille etiam non percipiebat donec

nota

nota

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vocatus die quadam ad consiliū illa de cā fuit electus: q̄ veniens domū increpauit vxorem q̄ non diceret sibi. Cui illa respondit bene: vez est q̄ anhelitus vobis fetet ⁊ dixissem vobis: sed credebam q̄ ita esset in oibus hoibus. Ex qua ptz q̄ nūq̄ os culata fuerat alios. Itē dixit ipsa si anhelitꝰ vester fetet alijs nō fetet mihi: q̄ q̄cūq̄ exeunt a vobis sunt mihi dulcia: ista erat bona vxor: ¶ supportemꝰ ergo nos isto modo. Ad qđ hortat nos Paulus apls ad Ephe. iiij. dicens. Obsecro vos ego victus in dño vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis cū omni humilitate ⁊ mansuetudine cū patientia supportantes inuicez in charita te. ¶ Quarta mia dei ad nos ē q̄ parcit ⁊ remittit illi qui penitet omne peccatū. vñ magna est clemētia dei in hoc. Nota exemplum de aliquo qui iniuriatus fuit regi per opprobria ⁊ verberationes: ⁊ p multa tempora magna erit clemētia in rege si parcat ⁊ remittat iniuriam illi in prima cōpunctione illius. s. q̄n petet ab eo veniam tanta est mia in deo: q̄n si eēt maior peccator mundi in prima cōpunctione cordis deus remittit peccatū: immo qđ fortius est si esset aliquis qui occidisset oēs apl̄os ⁊ ipsummet cruci fixisset ⁊ post penituerat statiz in primo fieret amicus dei ⁊ parceret. Et de isto ꝛrto mō dicebat Esa. lv. De relinquat impius viam suam ⁊ vir iniquus cogitationes suas: ⁊ reuertat ad dñz ⁊ miserebitur ei ⁊ ad deuz nostrū q̄n multus est ad ignoscendum. Queritur ergo ibi quare diceret aliquis quod in contritione dimittūtur peccata: vbi sciendum q̄ in cōtritione sunt duo. s. materia ⁊ forma: materia est dolor cordis ⁊ displicentia peccati cōmissi: forma est in respectu: sed aliq̄n talis dolor procederet respectu dei: ⁊ sic talis est cōtritio. Sed si fieret respectu alicuius mundani vt timore perdendi famam: vel quia religiosus debet incarcerari propter suam malam vitam: vel sacerdos dolet quia luxuriatus est timore episcopi sui ⁊ e scilicet incarceretur talis dolor posito q̄ corꝝ peretur in ipsis nō est contritio: quia non fit contritio respectu dei. Sed si fieret respectu dei statim remitteret culpa peccati mortalis. Similiter si aliquis condemnatus ad furcaz si doleat quia peccauit respectu puerorum quia desolabuntur: ⁊ domus eꝝ relinquetur deserta: ⁊ tunc si dicat intra se. O deus si dimitterer modo nunq̄ peccarem: talis dolor non est contritio. Similiter si mulier meretrix doleat respectu fame non est contritio ꝛc. vñ Esa. in cantico Ezechie regis iuda dicit Esa. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudie anime mee: domine si sic viuitur: ⁊ in talibus vita spūs mei corri. me: ⁊ vinifi. me. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. ista ē vera contritio: quia est materia tbi recogitabo ⁊ forma tibi. Et istud verbuz talibus facit relationem de istis duobus: scilicet de materia ⁊ forma. ¶ Quinta misericordia dei ad nos est quia relaxat penas p peccatis infligendas: vnde magna misericordia ⁊ clementia esset in aliquo rege qui parceret penam quam aliquis deberet pati si ille roga ret eum vt sibi parceret: talis enim rex si dimittat: dimittet debitum: vnde talis rex est christus. de quo ipsemet dicit Matt. xviij. Homo q̄dam nobilis voluit ponere rationē cum seruis: ⁊ oblatus est ei vnus qui debebat decem milia talenta ꝛc. Nota hystoriam decem franci sunt decem precepta ⁊ si frangamus vnum obligamur i mille scutis soluendis in inferno pattendo penas. vnde qui vadit ad fortilegos frāgit primum: pro quo obligatur ad mille scuta ⁊ quis soluet? similiter q̄ iurat ꝛc. ⁊ ita de alijs mandatis dicas de quolibet practicando: ⁊ ita obligamur in decem mille francis quando frangimus decez precepta legis. Et tunc deus precipit vt vendantur dominus ⁊ vxor ⁊ pueri: dñs est spūs: caro est vxor: pueri sunt omnes sensus qui ponentur in inferno: sed si venit ad christum petens remissionez statim remittit. O quanta miseratio est i eo ⁊ ideo p isto modo dicit Dauid ps. ciij. Videte q̄n suauis est dñs beatus vir q̄ sperat i eo. ¶ Sexta mia dei ad nos est dit in hoc q̄ dat grām: vnde si aliqs cō-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

dēnatus liberaretur ꝑ regem: ⁊ post petat a rege ꝙ faciat ipsum militē ⁊ sociuz suum: tunc rex indignaretur ⁊ diceret sibi. Nonne sufficit ꝙ fecerim tibi tantaz gratiam non tñ est ita de xp̄o: qm̄ post remissionem peccati si petatur gr̄a. s. ꝙ ip̄e sit eius filius vel frater? respōdebit xp̄s placet mihi. Et ideo dicebat sanctus Jacobus in. j. ca. sue epl̄e. Dat oib⁹ affluenter ⁊ non improperat: dicit nō improperat: non retrahit. vnde maria Magdalena post pctm̄ oīa q̄ petijt a xp̄o dedit sibi qꝛ ipsa petiuit ꝙ fieret socia matris ei⁹. Respondit xp̄s: placet: sil̄r petiuit ꝙ fieret eius familiaris: xp̄s respondit ei placet: similiter petiuit ꝙ fieret apl̄a: et ita fuit: qꝛ nunciauit apl̄is resurrectionem: sil̄r Paul⁹ qui petijt fieri apl̄s ⁊ ita fuit: ⁊ sil̄r Mattheus qui fuit vsurarius ⁊ raptor: sicut dicit Beda fuit apl̄us ⁊ postea euāgelista. O quāta mia: iō dicebat Esa. lxiij. cap̄. Miserationum domini recordabor laudem dñi super omnibus que reddidit nobis dominus: ⁊ hoc est quod dicit Dauid p̄s. cxliiij. Miserationes super omnia opera eius: faciamus ergo taliter vt digne mereamur hic habere dei miam ⁊ in futuro gloriam. Ad quam ⁊c.

¶ De septem virtutibus virtuosis ⁊ spiritualibus: de quibus modicū habem⁹.

Distinctio.cxj.



Modicum habem⁹ de septem virtutibus virtuosis ⁊ spiritualibus.

Habemus enim primo modicū de discretione intellectuali.

Scd̄o modicū de deuotione spūali.

Tertio modicum de dilectione supnali.

Quarto modicū de afflictione pniali.

Quinto modicū de subiectione diuinali.

Sexto modicum de miseratione fraternali.

Septimo modicū de duratione virtuali.

¶ Primo ergo habemus modicū de discretiōe intellectuali. Quid est discretio: lumen ⁊ claritas in intellectu hoīs ꝑ qd̄ seu ꝑ quā hō se hz regere: sicut ꝑsona volens intrare iter ꝑiculosum opz ꝙ hēat lumen vt videat vbi ponet pedem: qꝛ in magno ꝑiculo se ponit nisi habeat lumē solis de die aut lune vel cādele de nocte Omnes aūt nos sumus itinerātes sicut peregrini: qꝛ deus non fecit nos ꝓ manēdo in hoc mūdo: iā sunt mille anni lapsi tot reges: tot principes: tot dñi: tot p̄lati ⁊ sic de alijs: nullus est qꝛ iā oēs transierunt. Ad idē de illis qui erant iā sunt q̄ngenti anni lapsi. Ad idē de illis qui erāt iaz sunt ducēti anni lapsi: ita ꝙ ī hoc mūdo nō facimus nisi itinerare. Et qñ puer nascitur intrat ī itinere: ⁊ qñ hō moritur finit iter suū. vñ Dauid. j. Paralip. vlti. Peregrini sumus corā te: ⁊ aduene sicut oēs p̄res nostri: ideo necessarium est nobis lumē: qꝛ longū iter ⁊ ꝑiculosum habemus ire. Et adeo lōgū qꝛ falco de mille annis non volaret tm̄ vt volaret vsq̄ ad celū empyreū. Et est iter ꝑiculosuz qꝛ sunt latrones: dep̄datores: insidiatores s. demones tētantes mundus ⁊ caro tāte tribulationes: tāta ꝑicula: de quibus beatus Grego. in or̄one. Deus q̄ nos in tantis periculis constitutos ꝓ humanas scis fragilitate nō posse subsistere da nobis salutē mētis ⁊ corporis vt ea que ꝓ pctis nr̄is patimur: te adiuuāte vicam⁹: iō indigem⁹ lumine discretiōis: aut al̄r cademus ⁊ deficiemus in itinere. Jo. xj. Si q̄s ambulauerit in die non offendit: qꝛ lucē dies hz: si quis aūt ābulauerit in nocte offendit: qꝛ lux diei non est cuz ꝑeo: de ista discretione intellectuali habem⁹ modicum prout testatur beatus Johā. dicens Johan. duodecimo. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis. Et hoc declaratur per parabolam. Semel erant duo socij: ⁊ per magnum tempus fuerant extra ciuitatem eoꝝ: ⁊ dum reuertebantur ad ciuitatē ⁊ fuerunt ꝓpe: ꝯsuetudo aūt erat ꝙ porte ciuitatis claudebant̄ bona hora vnus aūt illoꝝ dicit: festinemus qꝛ porte claudentur: ⁊ si veniam⁹ tarde nō poterim⁹ intrare: dicit alter bñ erim⁹: ⁊ adhuc bona hora est: alius dixit ego currā: alter vero in quodā fonte bibebat: et in quadam vmbra volebat q̄escere: finaliter ille qui currebat venit ad ianuam et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

intrauit. Anteq̃ ali⁹ venisset fuit nox et porte fuerint clause: ⁊ sic remansit extra: et sic venerunt inimici ciuitatis ⁊ occiderunt eũ. Sic est de nobis quia modicam discretionẽ habemus: quotidie em̃ itineramus ad ciuitatẽ nostrã paradisi q̃diu sumus in hoc mũdo: sed multi sunt qui negligẽter itinerant nec se properant viuendo in delicijs huius mũdi: ⁊ in peccatis dicẽtes: bene erimus adhuc: ⁊ dũ venit nox. s. mors ⁊ credũt intrare portã paradisi est eis clausa: qꝛ in nocte. s. in peccatis ambulauerũt. Sed illi qui festinãt se de die bene viuendo: inueniunt portã apertã. Mat. xxv. Que parate erãt intrauerũt cum eo ad nuptias: ⁊ clausa est ianua: et sic modicũ habemus de discretione intellectuali nolẽtes complere opera misericordie dũ tẽpus oportunũ habemus: ergo iuxta consiliũ beati Jo. in. xij. c. Ambulate dum lucem habetis vt non tenebre vos apprehẽdant: quia qui ambulat in tenebris nescit q̃ vadat. ¶ Scdo habem⁹ modicũ deuotionis spũalis: q̃d est deuotio spiritualis? est quãdo homo dimittit terrena ⁊ dat se operibus spũalibus. s. ad audiendũ missam: sermones: ⁊ dicẽdo orationes: sed modicum habetis qꝛ totam hebdomadã expositis in tẽporalibus: ⁊ diem dominicũ debetis exponere in oratione deuotione spũali: quia propter hoc est ordinatus: sed modicuꝫ habetis ⁊c. Dies dñicus hꝫ. xxiiij. horas accipe pro teipso. xxiij. ad bibendũ comedendũ ⁊ dormiendũ ⁊c. et da vnam deo scꝫ ad audiendũ missam deuote ieiunus sine loquẽdo ⁊ integram: septẽ dies sunt in hebdomada: accipe ꝓ te sex: et da vnã deo. s. diem dominicã in quo deus quieuit in resurrectione sua gloriosa ab om̃ibus laboribus quos in hoc mundo per xxxij. annos sustinuerat pro humana redẽptione: ideo omnes debemus quiescere ab oĩbus operibus temporalibus in die dñico: ⁊ habere deuotionẽ spiritualẽ in audiendo missam: obseruando quattuor conditiones. Prima q̃d quilibet audiat eã ieiunus. Secũda ꝙ sit in principio. s. in cõfessione. Tertia ꝙ non loquat̃ cũ aliquo q̃diu d̃r missa. Quarta ꝙ non exeat donec sacerdos dederit bñdictionem: vñ Dauid Ps. xcix. Populus ei⁹ et oues pascue eius: introite portas ei⁹ in cõfessione atria eius in hymnis confitemini illi: si em̃ reuertamini et quiescatis salui eritis: in silentio ⁊ in spe erit fortitudo vestra. Esa. xxx. Religiosi aũt ⁊ presbyteri debent habere deuotionẽ spiritualẽ in dicẽdo deuote officiũ diuinũ. s. horas canonicas ⁊ missas deuote celebrando. Sed multi modicũ habẽt de deuotione et negligẽter dicunt officium diuinum. ¶ Tertio habemus modicũ de dilectione fraternali: qꝛ dilectionẽ debemus habere ad inuicem: prout de⁹ noster Jesus xp̃s dicit Jo. xv. Hoc est preceptum meũ vt diligatis inuicem. Qui em̃ diligit ꝓximũ legẽ impleuit: ait apl's ad Rom. xiij. Quã dilectionem ostẽdit nobis de⁹: qm̃ oĩa que fecit per opus creationis aut redẽptionis oĩa fecit pro nobis: qꝛ ipse nõ indigebat celo: quia anteq̃ celuꝫ faceret erat in habitatione sue eternitatis. Itez nõ indigebat sole: neq̃ luna: neq̃ stellis: et sic de alijs: ideo ꝓ nobis fecit omnia. Itẽ fecit opera redẽptionis quare descẽdit de celo vt credentes et obedientes ei ascenderẽt celum. Itẽ ieiunauit vt credẽtes ⁊ obedientes ei manducarent ⁊ biberent in mensa sua cibum angelorũ. Item fuit crucifixus vt credẽtes ei essent soluti a dãuatione inferni. Pone om̃ia opera penalia que sustinuit ꝓ nobis in hoc mũdo: ideo diligamus nos inuicẽ. Sed tamen modicũ habemus de ista dilectione: qꝛ false nos amamus: qm̃ inter nos habemus iras: indignatiões: inuidias: odia: pauperes cõtemnuntur a diuitib⁹ sapientes contẽnunt ignorãtes: ⁊ ita nõ est dilectio inter hoĩes. Apocal. iij. Scio opera tua: ecce dedi coram te ostiũ apertũ: q̃d nemo potest claudere: qꝛ modicã habes virtutẽ: ostiũ apertum est dilectio siue charitas. ¶ Quarto habemus modicũ de afflictione penitentiali: facimus multa peccata ⁊ modicã penitẽtiam: venit homo peccator ad cõfessionem et nõ sufficerẽt oĩa ieiunia mundi: ⁊ dicit presbyter: poteritis vos ieiunare: nõ dicit qꝛ sum male dispositus in stomacho. Item

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

patior in capite quando ieiuno: et sic de alijs penitētijs: finaliter non poterit sibi dare penitentiam placentē: ideo modicū habemus de afflictione penitentiali. Si quis tamē habet febrem statim ad preceptū medici corporis facit dietā ⁊ abstinet a vino a carnibus: ⁊ similib⁹: sed pro febre q̄ est intra neruos ⁊ medullas nolūt abstinere: sed ꝓ sanitate corporis bene. Itē sunt multi qui nolūt facere penitētiam immo cōtradicunt facere volentibus dicēdo vultis vos occidere: sz pone quō beatus Benedictus faciebat penitētiam proijciendo se totū nudum inter vepres. Itē beatus Ludouicus rex Frācie cū cathenis. Et de sic facientib⁹ dicit beatus Petrus in.j.sua epl'a.c.v. Deus autem omnis gratie qui vocauit nos in eternam suā gloriā in xp̄o Jesu modicuz passos. ¶ Quinto habem⁹ modicū subiectionis diuinalis: nos sumus subiecti deo: qz ipse est rex noster imperator papa ⁊ dn̄s: et tamē nos modicū habemus subiectionis erga eū: quō cognoscitur ꝙ homo sit subiectus dn̄o suo? qn̄ tenet ei⁹ precepta: nos autē non curamus tenere precepta dei: qz in his que habem⁹ facere nō regimus nos ꝑm precepta et ordinatiōes eius. Si fiat ꝓclamatio ex parte dn̄i tēporalis. Nemo sit ausus ire ad talem locū sub pena admittendi pedē nullus erit ausus ire: dn̄s deus fecit fieri ꝓclamationē per patriarchas ꝓphetas et apl'os: ꝙ nemo sit ausus ire ꝓ quacunqz necessitate ad sortilegos aut diuīos sub pena amissionis corporis ⁊ aīe. Et tamē multi sunt qui nolunt abstinere: sed si ex parte dn̄i tp̄alis fiat ꝓhibitio sub pena quinqz solidorū q̄libet dubitabit: et tn̄ ꝓ deo multi nolūt abstinere ⁊ cauere a peccatis. Et potes etiā dicere de alijs preceptis: sicut de iuramentis: de festis ⁊c. Et ita precepta dn̄oꝝ tp̄aliū obseruabunt̄ ⁊ nō precepta dei. Esa.xxviij. Mādа remāda expecta reexpecta modicū ibi modicū ibi. Ubi attende ꝙ deus primo mādauit per patriarchas: mādauit per ꝓphetas expectat tēpus iuuētutis: reexpectat tēpus senectutis. Sed modicū facit in iuuētute: ⁊ modicū se emēdat in senectute.

inopiam vendunt diuitibus redditus ⁊ census sed cũ vsura: qꝛ in omni emptione debent concurrere duo. s. recta intentio: hoc est ꝙ sit recta volũtas vẽdẽdi ⁊ emẽdi. Item ꝙ sit iustũ precium. Item cõmittitur vsura quãdo magis vendit res qñ expectat pecunia. Similiter quando datur pecunia ante manum si minus velit rem sibi vendi. Item sil'r cõmittitur qñ vendit libertas propter prestationẽ. Custodiamus ergo nos ab isto pctõ ꝓpter qd Judas ⁊ multi alij ducti sunt ad dãnationem. Et ideo dicit xp̃s Luc. xij. Uidete ⁊ cauete ab omni auaritia: qꝛ non in abũdantia cuiusq̃ vita eius est ex his q̃ possidet. Scdꝫ pctm̃ est ꝓditio qd ꝓcedit a primo: qm̃ propter auaritiã multi fiũt inter se proditores qꝛ vnus fallit ⁊ decipit aliũ. Item seruus decipit dñm propter auaritiam: iudices sunt proditores principibus quibus iurauerũt facere iustitiã: verũtamen propter auaritiã flectitur iudex a iustitia. Et sil'r notarius iuratus curie pro modica re facit vnã magnã cartam. Breuiter illud peccatũ ducit ad ꝑditionez. Pro quo nota exemplũ trium scutiferorũ inter se maxime dilectorum qui inuenerũt saccũ plenũ auro vide supra in distictione Miserias nouẽ a. Patet ergo ꝙ ꝑ auaritiã fit proditio. Et ideo dicit scriptura prime ad Thim̃. vj. Radix oim malorꝫ est cupiditas: quã quidã appetentes errauerũt a fide ⁊ inseruerũt se doloribꝰ multis. Tertiũ peccatũ est desperatio qd procedit ab alijs. Nam cũ ꝑ auaritiã cõgregauerunt multas pecunias ⁊ finaliter veniũt ad mortem nolut restituere sed dimittũt onus alijs cogitando ꝙ sint immunes ⁊ decipiuntur per falsam spem: vnde mirũ est istud qd tangit Origenes de Juda scarioth qui propter stultam spem suspensus est. Dicit em̃ Origenes sup Matth. xxvij. ꝙ penitentia ductus iudas voluit venire ad xp̃m restituto argento vt peteret veniã: sed pre multitudine turbe nõ potuit et cogitauit se suspendere vt aĩa eius veniret petitũ veniã ab aĩa xp̃i. Et deceptus fuit per falsaz ⁊ stultam spem: ideo desperatus est. Ita similiter decipiuntur per falsam ⁊ stultã spem qꝛ credunt ꝙ possint restituere quãdo exũt in alio mundo: sicut iudas credidit ꝙ aĩa exuta posset petere veniã. Et ideo dicit beatus Grego. Ad magnã dei iustitiam pertineut vt nunq̃ in alio mũdo careat supplicio qui in hoc mũdo noluit carere peccato. Tertia natiuitas est adoptiõis superioris que fit in baptismo: nam tũc fit filius xp̃i ⁊ ecclesie. s. fonte baptismali mittit semen qd est verbuz dei. s. Ego te baptiso ⁊c. tunc em̃ talis est filius dei: ꝓpter qd dr Jo. j. Dedit eis ptãtẽ fi. dei fieri his q̃ cre. in noĩe eiꝰ q̃ nõ ex sanguinibus neq̃ ex voluntate carnis neq̃ ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. dicit ex sanguinibus: dicit glosa Augustini. i. senibus: neq̃ ex volũtate nõ ex voluptate carnis. i. cõsensu mulieris ⁊ viri sed ex deo nati sunt. Ista ergo est tertia natiuitas. Et de ista natiuitate posset dici illis qui baptisati fuerũt sed postmodum in pctõ mortali mortui sunt illud Matthei xiiij. Bonũ erat ei si natꝰ nõ fuisset propter peccatũ magnitudinis. Magis em̃ torquentur in inferno. Et ideo dicit Dauid in persona xp̃i qui loquitur de iuda ad litterã p̃s. liiij. Quoniam si inimicus meꝰ maledixisset mihi sustinuissez vtiq̃: et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset abscondissem me forsitã ab eo. Tu vero homo vnanimis dux meꝰ et notus meus qui simul mecuz dulces capiebas cibos in domo dei: ambulauimus cũ cõsensu. dicit vnanimis. s. quando baptisatus fuit vel postq̃ conuersus fuit a peccatis: quoniã tunc erat in gratia. Sed postq̃ cadit a gratia ⁊ perseuerat finaliter in peccato: tunc ingratus factus mittitur in inferno. Ubi moraliter notandũ ꝙ ibi confunditur error illorũ qui dicunt ꝙ non oportet facere bonum et dimittere peccatum cum sint baptisati fundando suum errorem super illud Matthei vltimo. Qui crediderit ⁊ baptisatus fuerit saluus erit. Uerũtamen illi non intelligunt illam auctoritatem: intelligitur em̃ sic. Qui crediderit in morte ⁊ baptisattus fuerit ⁊c. Crediderit scꝫ fide formata: baptizatus fuerit. i. mun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

datus per baptismū in morte: peccator enim existens in peccato mortali nō est mundus per baptismū: cuius mundatus fuerit: quia cuius receperit characterem indelebilem: tamen per peccatum obfuscatus est cuius non possit deleri: qz character baptismi non deletur nec iteratur: sicut alij qui non deletur nec iterantur: sicut confirmatio: ordo et cetera sacramenta possunt iterari: ista no non. Et ideo propter gratiam quam recepit homo in baptismo cum perdiderit illaz per peccatum magis punitur in inferno cs in alij qui non receperunt baptismū. Ubi nota exemplum sancti Machary qō legitur in vitis patrum de capite infidelis inuēto ꝛc. vide alibi: dicit iudeos esse dānatos magis cs saracenos: ꝛ christianos magis cs iudeos: ergo caueamus: quia quāto maior gratia est data si post perdatur per peccatum maior erit damnatio: et ideo dicit beatus Petrus secunde petri. ij. Si enī refugientes coinquinationes mundi in cognitione dñi nostri et saluatoris iesu christi his rursus implicati superantur facta sunt eis posteriora deteriora prioribꝰ. Melius enī erat illis non cognoscere viam iustitie: cs post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mādato: Rogemus dominū ꝛc.

¶De octo modis quibꝰ orare debemꝰ. Distinctio.cxx.

RAmus octo modis.
Primo pro desiderando ardenter.
Secundo lachrymando plangenter.
Tertio explicando patenter.
Quarto supplicando humiliter.
Quinto allegando prudenter.
Sexto appellando fideliter.
Septimo meditando fiducialiter,
Octauo molestando firmiter.

¶Primo ergo debemus orare desiderādo ardenter: videlz quando quis cogitando peccata sua videt ꝛ iudicat se indignum petere aliquid a deo ore ꝛ voce sed ardenter desiderat in corde quasi dicendo illud ps. xxxvij. Dñe ante te oīe desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Et deus cum videt ardens desiderium illius dat quodcūq vult: ꝛ melius cs si peteret ore reputando se dignum. Et de isto datur exemplum in natura de paruis pueris qui nō audent petere pitantiam siue carnes a patre vel a matre cum iam habeant panem. Ego sum bonus filius quia nō peto aliquid: tunc em datur puero quicqd vult: ita est simili de deo. Et de hoc nota exemplū in biblia Exodi. xiij. cū filij isrl extuissent de Egypto et irent per desertum: dum fuissent in quodam passu stricto inter mare rubrum et montem magnum et Pharao persequeretur eos timuerunt: dixeruntq Moysi quomodo eos adduxerat illuc. Moyses nihil dixit sed incepit in corde ardenter desiderare. Et tunc dixit illi deus. Moyses qd clamas ad me? Et dicunt glose q etus desiderium clamabat in aure dei: et ita exauditus est vt ibidem continetur melius cs si alta voce clamasset. Ideo nos ardenter desideremus illud quod volumus a deo obtinere. Et istum modum orandi ostendit nobis christus Matth. vj. dicens. Orantes nolite multum loqui sicut ethnici faciunt. Putant enim q in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis: scit em pater vester quid opus sit vobis anteq petatis. Contra istud faciunt illi qui habent longas orationes in quibus petunt liberationē ab inimicis a mundo petunt lentiū: bona temporalia: paradisum ꝛ similia: ꝛ dicunt q sunt orationes sanctorū qui eas fecerunt sed nihil est. Ideo cum volumus orare petamus ardenter corde. ¶Secūs modus orādi est orare lachrymādo plāgenter. s. qñ vltra desiderū cordis orās lachrymat: ꝛ talis oro est multū accepta deo: iuxta dictū Bernardi dicēs. Oro vngit deum sz lachryma pūgit. Isto em mō exaudit oro. Et de hoc nota exēplū in sacra scriptura. j. Reg. j. de Anna sterili que reputabatur maledicta: iuxta illud Deuteronomi. xxj. Maledicta ste-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rilis q̄ non parit: & ideo venit ad tēplum implorans deum vt conciperet: & exaudita est: quia habuit filium samuelem virū sanctissimum. vnde dicit textus. Cumq̄ esset anna amaro animo orauit dominū flens largiter. Et sequitur pozro anna loquebatur in corde suo tm̄z labia illius mouebantur & vox penitus non audiebatur. Et ideo cum volumus orare lachrymemur: & ita exaudiemur sicut Anna que peperit miraculose cum nō posset per naturam. Oremus ergo nos lachrymando plangenter. s. considerando peccata que commisimus & nō audem⁹ petere veniam ore sed lachrymamur: docendo inter nos: dñe ego solebaz esse in gratia vestra modo sum in ira vos tamē bene scitis ꝛc. Unde nota similitudinem de puero lachrymanti non audenti petere fructus a patre vel matre cui compatiūtur magis q̄m si peteret & dāt sibi: ita ē deo qui est misericordissimus: isto mō petūt vidue & pupilli qui in hoc mundo non habent defensozē & deus eos exaudit. put testatur Sapiens Eccli. xxv. Nō despiciet deus preces pupilli: nec viduā si effundat gemitus loquelam: nonne lachryme vidue ad maxillam descendunt & exclamatio eius super deducentē eas. A maxilla enim ascendunt vsq̄ ad celū: & dñs exaudito: nō delectabit i illis. Caueant ergo iudices & habentes potestatem ne damnūferant viduis & pupillis: qz dom⁹ pater est eozū. vñ ps. lxxvij. Turbabuntur a facie patris orphanoz & iudices viduarum. Item deus phibet ne eis noceamus Exo. xxij. Uidue et pupillo non nocebitis. Si em̄ leserītis eos vociferabūt ad me: & ego exaudiā clamorem ipsoz: & indignabitur furoz meus: & cutiāq̄ vos gladio & erunt vxozes vestre vidue & filij orphani & pupilli. ¶ Tertius modus orandi est explicando patēter: scilicet loquendo in oratione cū deo: non tm̄ quin deus non sciat illud qđ est in corde: quia deus omnia scit quantuncunq̄ absconsa: iuxta illud ad Hebz. iiij. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. s. in oratione: sed condolendo de peccatis nostris debem⁹ ea explicare deo sicut infirmus petēs ele mosynam ostendit vulnus quod celabat vt gentes ad hoc compatiantur & cōdoleant & sibi elemosynam faciant. Ubi nota exemplum in vitis patrum de quodam sancto cui petitum est a quodam quomodo oraret: ille vero sanctus respondit q̄ infirmi vulnerati petentes elemosynam docebant ipsum orare. Ille vero extūc ostendebat vulnera. i. peccata deo patri vt sibi misereret: explicemus ergo sibi vulnera sicut vulnus superbie quod me vulnerauit: sanate per misericordiā & humilitatem vestram: idem de peccato auaritie: sic de alijs: & ad hoc nos hortatur prophęta Dauid ps. xxxvj. dicēs. Renela dño viā tuam & ipse faciet & educet quāsi lumen: iustitiam tuam & iudicium tuum tanq̄ meridiez subiecta esto domino & ora eum. Quare non dicit renuela domino vitam tuam sed dicit viaz: dicitur q̄ ex eo qz iste mundus nō est nisi vta ad eundum ad paradisum: sicut est de lato hospitio vbi sunt due portę: qm̄ intrat per vnam & exit per aliam: ita est de mundo: intramus enim in ipsum per portam natiuitatis: & egredimur p portaz mortis. vnde ps. cxvij. Hec porta domini iusti intrabunt in eam. Oēs enim mozimur taz iusti q̄m iniusti. vnde ad Hebz. ix. Statutum est hominibus semel mozi: ergo postq̄ iste mūdus nō est nisi vis nō edificemus in eo: sed transeam⁹ vt peregrini. Stultus enim esset ille peregrinus qui cum non haberet manere in aliqua ciuitate nisi p diē si edificaret ibi domum vel emeret: ita sumus nos q̄ nō possumus manere in hoc mūdo diu ad Hebz. xiij. Non habemus hic manētem ciuitatem sed futuram inquirimus: ergo edificemus aliquā paruam domū in paradiso vbi habemus perpetuo manere. ¶ Quartus modus orandi est supplicando humiliter & iste modus differt a tribus primis: qz primus stat in corde: secūs in oculis: tertius in ore: iste vero in humilitate corporis: scz humiliādo corpus coram deo: quemadmodum qđ humiliatur coram rege: ita similiter fiat coram deo. s. discooperiendo caput: mō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

men mulieres maritate: qꝛ ille debēt ora re velato siue cooperto capite: iuxta illd̄ j.ad Corinth.xj. Omnis vir orans aut prophetans velato capite deturpat ca put suum. Omnis aūt mulier orans aut prophetans non velato capite deturpat caput suum. Sed viri ⁊ mulieres virgines debent orare capite discooperto: et iste est bonus modus. Item similiter ca put inclinando: ⁊ ideo tempore quadra gesimali dicitur: humiliate capita vestra deo. Alius modus est.s.percutiendo cor cum quinq̄ digitis: quia dicit scriptura Mat.xv. De corde enim exeunt cogitationes male homicidia: adulteria: forni catiōes: furta: falsa testimonia: blasphe mie: ⁊ hec sunt que coinquinant hoiem. Alius modus est quez habent religiosi inclinando medium corpus a zona superius vsq̄ possint cancellati genua tā gere: vel ꝑm alios digito tangere terraz. Item alius modus est flectendo vtrūq̄ genu: dominis huius mundi non flecti tur nisi vnum genu ⁊ sinistrum: quia nō habent dñium nisi super corpus ⁊ corporalia: prelatis ecclesie flectitur dextrū qꝛ habēt dñiuz spirituale qd̄ per dextrā intelligitur: sed deo flectitur omne genu qꝛ est dominus animarum ⁊ corporum: ⁊ ideo dicit omne genu. Item alius modus.s.orare prostratus ⁊ pronus penitꝰ in terrā. Et ideo orauerūt tres reges de quibus dr̄ Mat.ij. Et ꝓcidentes adorauerunt eum. Et qui orat vno istoꝝ modoꝝ exauditur: ⁊ de hoc est similitudo in natura de camelo qui humiliatur prostratus coram dño suo qñ videt ipm̄ humiliatum iacentem in terra: ita deus flectitur videns creaturam ita coram se humiliatam quasi dicet creatura. Ego pono me me coram vobis ꝓstratum si vultis potestis me percutere: qꝛ non fugio tunc enim deus flectitur ad mīam ⁊ parcit. Et de hoc nota exemplū in sacra scriptura de rege achas qui erat pessimus rex ⁊ idolatra. Et data snīa contra eū ab helya humiliatus est: qꝛ ibi continet: dicit textus.iij.Reg.xxj. Factus est sermo dñi ad helyam: nonne vidisti achas humiliatum coram me: qꝛ igit̄ humiliatus est mei cā non inducaz maluz in diebus suis: iste ergo modus orandi multū placet deo.s.qñ quis humiliatur supplicando. Et iō dicit scriptura Judich.ix. Nec superbi ab initio placuerunt tibi sz semper placuit deprecatio. ¶ Quintus modus est allegando prudenter quēadmoduz allegant aduocati in curia vt causa eorum habeat bonum finem: ita similiter quilibet qui vult orare alleget prudēter ꝙ fit duobus modis: scz obsecrando: ⁊ regratiando. Obsecratiue oratur quādo allegantur opera que deus fecit pro humano genere.s.dicendo: domine deꝰ detis mihi illd̄ qd̄ peto per mysteriuz vestre incarnatiōis ⁊ natiuitatis: ⁊ ꝑ vestrā sacratissimam passionem: ⁊ illud vocat̄ obsecrare. Et isto modo vtitur ecclia qñ dicit per mysterium incarnationis tue libera nos domine: per natiuitatem: ꝑ passionem ⁊ mortem ⁊c. Et isto mō qd̄ petimus fiet nobis. ¶ Secūdo modo regratiando: ⁊ hic est modus in allegādo: qm̄ non debemus adducere rationes ex parte nostra dicendo: domine ego feci ꝓ vobis tale quia peperci illi qui occidit patrem meum ieiunaui ⁊ seruiui vobis: iō detis mihi hoc vel illud. Iste modꝰ non est bonus. sed omne bonum qd̄ agimus debemus attribuere deo ⁊ dicere: domine vos dedistis mihi gratiam ꝑ quā feci illud opus ⁊ illud: sed adhuc peto vt per misericordiaz vestram detis mihi quod opto ad salutez aīe: et iste modus est bonus. Uñ nota exēplū de quodā religioso q̄ diu seruierat xp̄o ⁊ petebat a deo vnaz gratiam: ⁊ cū remansisset in choro dictis matutinis post alios fecit deo petitionē allegando ex parte sua dicens: dñe exaudi me: ⁊ da mihi quod peto a te. Seruiui enim multis annis: ⁊ si fuissem soldano babilonie vel alicui dño terreno tantis annis ipse daret mihi quod peterem: et tu non das mihi quod peto. Tunc subito affuit quedam vmbra iuxta ipsum et dixit illi dando alapā qd̄ non obtineret quod optabat vel petebat nisi humiliaretur sicut lutum qd̄ calcatur pedibus: sicq̄ ille cecidit quasi mortuus: in mane vero veniētibus alijs: ⁊ eo inuēto quasi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mortuo ⁊ admirantibus illis vnus illorũ qui sanctus erat ait: humilia te ⁊ amodo talẽ petitionez sub tali mõ nõ facias. Caueamus ergo ne tali modo rogem⁹ deum: sed ipsum humiliter obsecrando ⁊ attribuendo sibi gratiam que in nobis est: vnde beatus Paulus loquẽs nobis vt ita agamus dicit ad Philipen. iiij. In omni oratione ⁊ obsecratione ⁊ agendo gratias de nobis collatis. ¶ Sextus modus orandi est appellando fideliter qđ est valde mirum. Pro quo nota ꝙ deus habet duas curias: vnam misericordie: ⁊ aliam iustitie: iuxta illud dictũ Dauid ps. c. Misericordiam ⁊ iudiciuz cantabo tibi. Maior aũt istaꝝ curiarum mõ est mie curia: iuxta illud Jac. ij. Superexaltat mia iudicium ⁊ a snia data in curia iustitie potest appellari ante curiã mie ⁊ si fideliter appelletur reuocabitur snia. Et de isto est textus in biblia. ij. Reg. xij. De dauid cum peccasset ad quẽ ex parte dei portauit Nathã ꝓpheta sniam latã in curia iustitie dicẽs. Miserere mei de⁹ ſm magnam miam tuam ps. x. Tũc em̃ ſm aliquos fecit illũ psalmum q̃ tot⁹ est forma appellationis ⁊ nondum dixerat duos versus ꝙ statim reuocat⁹ fuit snia ſm aũt textum dicit solũ peccaui dñe dicitq; Nathã ad Dauid. Dñs transtulit pcim̃ tuum non morieris: de hoc etiam nota exempluz in sacra scriptura de snia data contra ciuitatem niniue in curia iustitie: quam sniam portat Jonas dicens intra ciuitatez. Jone. iij. Adhuc quadraginta dies ⁊ niniue subuertet̃: tunc appellauerunt fideliter ⁊ forma appellationis fuit ista. Reuertatur vir ab iniquitate sua ⁊ tunc reuocata fuit snia. Cũ ergo peccauerimus appellem⁹: sed forma appellationis est ista. s. vt ꝯuertamur ⁊ cõteramur. Primo de peccatis ⁊ confiteamur peccata nostra ⁊ compleamus penitentiam iniunctam: ⁊ isto modo reuocabitur scilicet per penitentiam. Isto enim modo reuocantur sententie date i curia Francie. Et ideo Daniel propheta dicebat Dañ. nono. Non in iustificationib⁹ nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis multis. ¶ Septimus modus orandi est mendicando fiducialiter: ille mendicat fiducialiter qui hostiatim vadit ꝑ aliquam ciuitatem vel villam petendo elemosynam: isto modo possumus nos exaudiri. s. mẽdicando in ciuitate dei: de qua ps. lxvj. dicitur. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei: in qua sunt carrerie palatia ⁊ hospitia. Primũ palatium est sanctissime trinitatis: ⁊ post est hospitiũ beate Marie virginis: ⁊ consequenter angelorum ⁊ sanctorum. Et ideo mendicam⁹ in ista ciuitate ad palatium sancte trinitatis cum dicimus: pater de celis de⁹ miserere nobis. Filij redemptor mũdi de⁹ miserere nobis. Spiritus sancte de⁹ miserere nobis. Post mendicamus i hospitium virginis Marie: cum dicimus: beata Maria ora pro nobis ⁊ sic de alijs: nõ enim deficiemus tot hospitijs quin habeamus aliquam elemosynam: quẽadmodum pauper anteq̃ transierit per totam ciuitatem non deficit quin habeat aliquam elemosynam: ⁊ aliquotiens saccum plenum: ita nos similiter mendicãdo ad hospitia sanctorum deuote rogãdo non poterit esse quin habeamus id ꝑ quo oram⁹. Et ideo dictum fuit Job existenti in tribulatione Job. v. Uoca si est qui tibi respondeat ⁊ ad aliquẽ sanctoꝝ ꝯuertere ⁊ sic habebis qđ petis. ¶ Octauus modus orandi est molestando firmiter: ⁊ hoc est qñ continue petit aliqđ in oratione: non est tamen intelligendum quod deus molestetur: ⁊ ita loquimur more humano propter frequentem perseuerationem quam habere debemus in petendo. Et illud declarat textus in quadam similitudine dicens Luce. xj. Quis vestrum habebit amicũ ⁊ ibit ad illũ media nocte ⁊ dicet ei: amice accõmoda mihi tres panes qm̃ amic⁹ meus venit de via ad me: et non habeo qđ ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat noli mihi molestus esse iam enim ostium clausum est: ⁊ pueri mei mecum sunt in cubili nõ possum surgere et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans dico vobis ꝙ si nõ dabit illi surgẽs eo qđ amicus eius sit: ꝓpter tñ improbi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tatē eius surget ⁊ dabit illi quotquot hz necessarios. Et ego vobis dico petite et dabit vobis: querite ⁊ inuenietis: pulsate ⁊ aperietur vobis: dicit ꝙ non dabit ꝙ amicꝰ sit: sed ꝓpter improbitatem ⁊ molestiam illiꝰ. vnde amicus noster est xp̄s in cubili. i. in gloria cū sanctis residens. Et q̄uis nō simus digni ab eo petere: tñ si firmiter ⁊ iugiter petamus dabit panes tres quos petimus: quoꝝ scz

Primus est sanitas corporalis contra infirmitatē ⁊ mortalitatem ⁊ epydimiam.

Scd̄s est pax tēporalis contra guerram tribulationem ⁊ inimicitiam.

Tertius est abūdātia terrena ꝯtra siccitatem: tēpestatem ⁊ aeris intēperantiā.

¶ Continuemus perseuerando in oratione molestando firmiter: ⁊ sic obtinebimus qd̄ desideramꝰ a deo veraciter. Qd̄ nobis concedere dignetur ⁊c.

¶ De sex modis orandi.

Distinctio.cxxj.



Orare debemus sex modis.

Primus modus est pacifice concordando.

Secundus modus est attente cogitando.

Tertius modus est humil'r supplicādo.

Quartus modus est ꝯfidenter sperādo.

Quintus modus est ordinate petendo.

Sextus madus est continue ꝑseuerādo.

¶ Primo ergo debemus orare ꝯcordando pacifice: ꝑ quo est aduertendū ꝙ ille qui ꝑsecte vult orare si habeat maliuolētiam cū aliquo: dz primo pacificari cum ipso: ⁊ tunc habebit virtutē ⁊ efficaciam oro: al's non. Et rō est qꝛ si sint ibi carbones sepati nō emittent nec ꝓducent calorē. Si vero adunent ꝓducēt magnum calorē: ita est moraliter de nobis: qm̄ qñ multa corda sunt adunata in amore et dilectione: ⁊ ꝯiūcta in oro̅ne gñant maximuz ardorē ciuitatis xp̄i. vñ Dauid p̄s. cxl. Dirigat oro mea sicut incēsum in cōspectu tuo. Eleuatio manuū mearuz sacrificiū vespertinū: dicit incēsuz qm̄ non ponit in thuribulo vnꝰ carbo tantuz ad faciendū fumigare incēsum: sed plures carbones: ita ad faciendū fumigare oro̅nez debemꝰ coadunare corda nr̄a: dicit etiā vespertinū. vñ sciēdū ꝙ in antiquo testō fiebāt duo sacrificia: vnū mane scz mactādo agnū: ⁊ aliud vespere: ⁊ illd̄ plꝰ placebat deo q̄ illud de mane: qꝛ in mane aliq̄ mactabant ouē: alij bouē: alij caprā: sed in sero nō mactabat nisi agnus immaculatꝰ ⁊ ꝑ p̄mū sacrificiū designat antiquū testm̄: ꝑ scd̄m v̄o nouū testm̄ significat i quo sacrificat agnꝰ imaculatꝰ s. filiꝰ virginis: p̄ntemꝰ ḡ deo incēsum et nō sulphur q̄ cuz ore iurat ⁊ blasphemat nomē dei ille p̄ntat deo sulphur: qꝛ oratio talium non est incēsum bonū: sz tāq̄ sulphur: sicut enim qñ volumus alicui dño presentare encenniuz ponimꝰ illud in vase mundo: ita debemus mundare vas. s. os in q̄ est encēniū. s. oro dū p̄sentamus ipsam deo ⁊ restituamus furtum oris. s. famaz qd̄ furtum est maius furto manus. vnde Prouerb. xxij. Melius est nomen bonum q̄ diuitie multe: dz ergo restituere furtum lingue si aliquis diffamauerit aliquē siue sit veꝝ siue non qd̄ est melius q̄ restituere furtum manus: hoc fit reuocando coram personis quibus dixerat. vnde Augu. Non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta ex quo facta sunt vulnera. Similiter non iuremus quia si iuramus nihil valet oratio. Qd̄ beatus Jacobus declarat dicēs Ja. ij. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcē ⁊ amaram aquam. q. d. ꝙ nō ita nec de ore iniuria siue dei blasphemia ⁊ oratio bona. Et iste est primus modus orandi quem ostendit nobis christꝰ Mat. xviij. Dico vobis ꝙ si duo ex vobis cōsenserint sup terrā de oī re quācūq; petierint fiet illis a patre meo. ¶ Secūdꝰ modus orandi est attente cogitādo: qm̄ primo dz orare cor q̄ lingua: dz ergo cogitare quō xp̄s sedet in sede maiestatis: ⁊ tunc orare dicēdo pr̄ nr̄: debemꝰ etiam orare meditando an videmus virginez Mariam in cathedra coronatā. Et tunc debemus orare dicendo Aue maria ⁊c. Et similiter debemus cogitare cuz quo loq̄mur. vñ sicut sagittariꝰ priusq̄ emittat sagittam attente respicit rem sagit-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tandam et locũ ad quem vult mittere sagittã. Ita ⁊ nos quãdo volumus sagittare cuz sagitta nostra: hoc est cum lingua: debemus respicere cũ quo loquimur: et maxime quando loquimur cũ deo: vnde Paulus. j. ad Coꝝ. xiiij. Si orem lingua spũs meus orat. Et sequitur orabo spũ: orabo ⁊ mente: quia al's nõ valeret. Pro quo nota exẽplum de quodã rustico qui pro quolibet die debebat dño suo ꝓ redditib⁹ suis septẽ oua que soluit per magnuz tp̃s: postmodũ cogitauit quõ dñm suũ deciperet ⁊ cũ acu extrahebat omne illud quod erat infra oua: ⁊ postea claudebat foramẽ cum cera alba: et ita tradebat dño suo: die autẽ quadam cum portasset oua dñs voluit cõedere ⁊ fecit sibi portari oua qui sentiens ipsa leuia vidit ꝙ nihil erat infra vocansq; rusticum qui portauerat ea et dure de infidelitate redarguẽs remouit possessionẽ quã de eo tenebat cum bene meruisset dñs: iste est dñs Jesus christus de quo dicit Dauid Ps̃. xxiij. Dñi est terra ⁊ plenitudo eius. Cui debent sacerdotes septẽ oua: hoc est septẽ horas canonicas quotidie: et qñq; nõ dicunt cũ magna attentione cordis ⁊ diligentia: sed proferũt ore: et remouent illud quod est intra ouũ. s. cor quia nõ attẽdunt: de quibus loquitur Mat. xv. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorũ longe est a me: ⁊ sequitur: sine causa autem colũt me. i. sine vtilitate. Et quia hodie religiosi prelati ⁊ sacerdotes non dicũt deuote horas: ideo totus mũdus habet ipsos odio: et oẽs laici negligunt eos: ⁊ nõ impendunt eis reuerẽtiam: vñ deus dicit talibus vos recessistis a via ⁊ simil'r omnis populus dicet. ¶ Tertius modus orandi est humiliter supplicando genibus flexis: et capite discooperto: et de hoc habes in precedẽti immediate distinctione parte quarta. ¶ Quart⁹ modus orandi est confidenter sperando ꝙ deus dabit nobis illud qd̃ petimus: duz tamẽ sit anime nostre proficuum. Unde deus similis est patri temporali a quo si filius petat panẽ non porriget lapidem. Si autem petat qd̃ non est proficuũ non dabit illi: si vero sit proficuũ dabit: vnde Mat. xj. Omnia quecũq; orãtes petitis credite quia accipietis ⁊ venient vobis. Pro quo nota exemplũ de quodã semelatore qui fecit mutare mõtem coram saracenis ep̃o et magistris. Semel nanq; erat disputatio inter Saracenos ⁊ Christianos. Saraceni enim dicebãt ꝙ illi legerant in nouo testamento nostro ꝙ qui haberet fidem s̃m quãtitatẽ grani sinapis: si talis fidelis p̃ciperet monti ꝙ trãsferret se de vno loco ad aliũ statim mõs transferretur. Et dixerunt Saraceni episcopo ⁊ magistris ꝙ si facerent tãtum ꝙ vnus mons qui erat prope ciuitatẽ trãsferret se in mari ipsi baptizarẽtur. Quo audito episcopus ⁊ magistri trepidabãt et timebant ꝙ illuderẽtur a Judeis siue Saracenis. Et reputabant tanq̃ impossibile ꝙ ille mons transferretur. Semelator autem dixit episcopo et magistris: si hoc est in nostra lege quare trepidatis in lege? dixerunt ꝙ in lege nostra est. Et dicit quare ergo cõfidendo in deo nõ precipitis mõti vt trãsferat se. Ne forte si nõ fieret deludamur a Saracenis. Semelator autem cõfidens in dei bonitate ⁊ cupiens augmentare legẽ Christi rogando cũ maxima sidutia cũ ipse protulisset verbũ ꝙ non esset impossibile apud deũ precepit monti ꝙ iuxta verbũ Christi se transferret: ⁊ statim mõs visibiliter corã oĩbus Christianis et Saracenis se trãstulit. Et multi Saraceni viso hoc miraculo postmodũ baptizati sunt. ¶ Quinto debemus orare ordinate petẽdo. s. horis debitis. s. sacerdotes et religiosi dicere primã et alias horas tam diurnas q̃ nocturnas horis debitis ⁊ ordinatz: qm̃ vt ait apostolus ad Roma. xiij. Que aũt sunt a deo: ordinata sunt. Si enim dicantur hore per illos ad quos spectat et audiat̃ missa deuote ⁊ ordinate dabit deus vobis illud de quo vel pro quo ipsuz rogabatis: vnde Matth̃. vj. et Luce. xij. ita promittit Christus dicens. Primũ querite regnum dei et iustitiam eius: et hec omnia adijcientur vobis. ¶ Sexto debemus orare continue perseuerando quousq; habeamus quod petimus: quia ꝓ certo dabitur si bonum hoc sit: si v̄o hoc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

non sit bonum nec vobis vtile non debemus velle: vnde beat⁹ Bernardus. Confidēter pete quia vnū de duobus erit qꝛ aut habebis quod petis aut cōmutabitur tibi in meli⁹. Et ideo debemus semper orare ⁊ non deficere. Et ad hoc nota exemplum de milite qui cum seruo ibat securus inter infideles: qꝛ quotidie orabat: cūq; redeundo venisset prope domū suam non orabat sicut consueuerat: seruus autem dixit sibi multū miror ꝙ hodie non orastis sicut cōsueuistis. Respōdit miles iamq; non oportet orare: quia tribulatio vel periculum non potest nobis accidere quia sumus prope castrum nostrum: et ideo nō oportet orare: vnde progrediens versus domū in qua credebat iocundari vidit fumū magnū: et petijt quid hoc erat: gentes autē respondētes dixerūt ꝙ hospitium suū erat illa die combustū: ⁊ tota eius familia: ⁊ ita quia dimiserat orationem consuetam habuit tristitiam quando credebat iocundari: ⁊ ideo dicit beat⁹ Paulus. j. ad Thessa. v. Sine intermissiōe orate. Et Dauid Ps. lxv. Benedici⁹ deus qui nō amouit orationem meā et misericordiā suam a me: glo. Nunq̄ amoueatur a te oratio tua ⁊ nūq̄ amouebit a te miseratio diuina ⁊c.

¶ De tribus breuibus orationibus que in euangelijs inueniuntur.

Distinctio.cxxij.

ORationes tres breues inueniuntur in euangelijs comprehendentes omnia que petere debem⁹ a deo. Quarum prima est beati Luce: quam ponit. xviij. c. dicens. Deus propiti⁹ esto mihi peccatori. Secunda est beati Matthei quam ponit in c. viij. Domine nō sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo ⁊ sanabitur puer meus. Tertia est etiam beati Mat. c. xviij. que est talis. Patientiam habe in me: ⁊ omnia reddam tibi.

Prima petit iustificationem anime.
Secunda petit reformationē corporis.
Tertia petit prolongationem vite.

¶ Prima ergo petit iustificationem anime. Ubi notandum ꝙ q̄diu homo est in peccato tantū est in ira dei: ⁊ Marie virginis et omnium angelorum quoniam anteq̄ sit in peccato deus diligit animā. Quod declaratur per similitudinem regis qui volentis ducere vxorē omnibus alijs mulieribus dimissis ducit filiam vnius rustici omnibus amicis regis inuitis: rex vero induta ⁊ parata vxore sua filia rustici parat nuptias inuitatꝫ multis baronib⁹ ⁊ nobilibus. Que vxor postmodum dimisso rege vadit ad lupanar fornicatum cum lenonibus. Nunc queritur vtrum rex ille debeat irasci contra vxorem: dicitur ꝙ sic et omnes barones sue terre irascūtur contra eum: ita est de rege supremo scꝫ deo qui amore captus sumpsit filiam rustici scꝫ Ade que est natura humana ⁊ sponsalia fiūt inter christum ⁊ animā in baptismo per verba de presenti que profert sacerdos cum dicit ego te baptizo. Tunc enim aīa fit spōsa christi: vñ dicit ipse Osee. ij. Spōsabo te mihi in iustitia et iudicio ⁊ in misericordia ⁊ in miserationib⁹ ⁊ sponsabo te mihi in fide. Post vero desponsationem induit christus aīam virtutib⁹ ⁊ pulchritudine: quoniā ante baptismū est turpis ⁊ nigra. Sed post est clara ⁊ adeo pulchra ꝙ si possemus ipsaꝫ videre nunq̄ vellemus comedere nec bibere ꝓpter ei⁹ pulchritudinem quam induit in baptismo: et illud ornamentū denotatur per vestē albam que datur puero in baptismo: vñ potest cantare tunc anima dicens illud Esa. lxj. Gaudens gaudebo in dño ⁊ exultabit aīa mea in deo meo: quia induit me vestimento salutis et indumento iustitie circūdedit me quasi sponsum decoratum corona: ⁊ quasi spōsam ornatam monilibus suis: ergo aīa est sponsa christi. Sed Christus rex iuit paratum locū nuptiarū: vt ibi discumbamus ⁊ post scꝫ quando erit paratus reuertetur quesitū sponsam: vnde clara est auctoritas Jo. xiiij. Uado parare vobis locū: et si abiero et parauero vobis locum: iterum venio et accipiam vos ad meipsum: vt vbi sum ego et vos sitis: patet ergo quomodo aīa parata est et ornata: et quomodo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rex Christus parat locū. Sed anima va ditad lupanar vbi fornicatur. Septē em̄ sunt lupanaria. s. septem peccata mortalia: vide tertia parte per temet alibi. Cū ergo anima fornicatur: cogitandum est quomodo rex irascitur ⁊ angeli p̄ncipes celorum: dicūt illi quare cepit tam paruam creaturam p̄o sponsa que fornicatur: et ideo non mirum si deus est iratus contra illam: vnde potest dici anime que fornicata est illud Hiere. iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi: et noluisti erubescere: et ita patet quomodo anima est in ira dei: et ideo dicit scriptura Eccl. v. In peccatores respicit ira illius. Cum enim anima est in ira dei: deus punitet illam in fine si perduret in peccato: q̄ nō erit impunita. Et ideo dicit Paulus ad Rom. ij. Secūdum autem duritiā tuam et impenitens cor thesaurizas tibi iram in die ire ⁊ revelationis iusti iudicij dei: qui reddit vnicuiq; ꝑm opera eius: patet ergo quomodo est in ira dei. Et ideo cōtra istam iram petit prima oratio vt deꝰ dimittat iram cum dicit. Deus ꝑpitius esto mihi peccatori: ecce quō petit iustificationem anime: vnde nullus est rex in mūdo qui parcet tali mulieri de qua dictum est si fornicata esset. Sed tamē deꝰ est ira benignus q̄ parcit anime que fornicata est: et maxime si petat veniā sicut petiuit ille qui fecit primā orationē p̄dictam. P̄o quo sciendū q̄ in Hierusalē fuit vnus maximus pctōr qui die quadā cognoscens se esse peccatorē iuit ad templū: et dicit tex. Luc. xviij. Publicanus a longe stans nolebat oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suū dicens. Deus ꝑpitius esto mihi peccatori. Ecce oratio de quo subiungit christus. Amen dico vobis descendit hic iustificatꝰ in domū suam. Vbi nota q̄ dicit q̄ stabat a lōge: item q̄ nō leuabat oculos: item q̄ cū quinq; digitis percutiebat pectꝰ. Et ita iustificatꝰ. i. remissa sunt ei peccata: ⁊ existens prius inimicus dei factus est amicus: ⁊ ita similiter q̄libet peccator potest fieri amicus dei per istam orationem dū tamē dicatur sub tribus orationibꝰ sicut fecit publicanꝰ. s. vt primo peccator stet a longe. s. nō prope altare nec accubādo super altare: sicut faciunt cōmuniter nobiles: tales enim non merentur iustificationē sed dānationem et irā dei. Caueāt ergo ipsi et sacerdotes similiter ne sez audiant confessiones super altare: quoniā in antiquo testamēto data erat sentēcia contra tangētes altare vbi: vnde Num. iij. dicitur ita. Externus qui ad ministrā dum accesserit morietur. Auctoritas tamē loquit de altari tēpli Salomonis. Sed multo magis intelligi dz de altari christianoꝝ cum in eo offeratur verus filius virginis Marie. Et in illo nō offerebant nisi brutaet ergo caueam⁹ ⁊ ista est prima cōditio. ¶ Secūda conditio est q̄ nolebat oculos leuare ad celū: per quod intelligitur verecundia quā debemus habere de peccatis cōmissis. Sicut verecūdant paruuli cum fecerint aliquod turpe qui verecūdantur coram magistro vel patre et nō audent eos respicere: ita faciamus nos qui multa cōmisimus coram patre nostro deo qui oia videt: ad Heb. iiij. Oia nuda ⁊ aperta sunt oculis eius: ergo verecūdemur deoz sum mittēdo oculos sicut faciebat Esdras ꝓpheta qui cū oraret dicebat. j. Esdre. ix. Deus meus confundor ⁊ erubesco leuare faciem meā ad te: quoniā iniquitates nostre multiplicate sunt sup caput nostrū: ⁊ delicta nostra creuerūt vsq; ad celum: et ista est secūda conditio. ¶ Tertia conditio est q̄ percutiebat pectus suū dicens. Deus ꝑpitius esto mihi pctōr. Vbi nota dum q̄ nunq̄ percutimus aliquē sensum. s. necaures nec oculos ⁊c. immo esset deriso si percuteremus: sed tamē percutimus pectus. Et ratio est qm̄ sicut vna arbor p̄fert multas frondes: tamen omnes procedūt ab vno stipite q̄ arbor est si noceat alijs vel nō sit bona si dñs eius velit eam scindere nō percutiet frondes: et ratio est q̄ iterū pullularet sed percutit super stipitem siue in radice: istud est clarum. Sed tamen est auctoritas ad hoc Mat. iij. et Luce. iij. Jam em̄ securis ad radicem arboris posita est. Omnis enim arbor q̄ non facit fructum bonum excidetur ⁊ in ignez mittetur. Jta similiter fit in nobis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qui habemus multas frondes:s.quinq; sensus qui sunt pares et multa mala facimus cum ipsis ⁊ procedunt a stipite.s. a corde:vnde Mat.xv. De corde exeunt cogitatiões male homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonia: blasphemie: hec sunt que coinquinant hominem:ideo percutim⁹ cor nostrũ cũ magna deuotiõe dum cõterimur:sed cũ quinq; digitis ad denotãdum ꝙ quinq; modis peccamus ⁊ non pluribus.s.male cogitando:male loquendo:male operando:bonum derelinquendo seu omittendo in malum perseuerando. ¶ Secũda oratio petit reformationem corporis quãdo dicit. Dñe non sum dignus vt intres sub tectum meũ ⁊c. Quãuis em̃ anima sit iustificata: tamẽ corpus remanet debile ad faciendum bona opera. Sicut remanet corpus debile post infirmitatẽ sicut post febrẽ et alias infirmitates: ita est de corpore qd̃ est debile ad bene operãdum:posito ꝙ anima nouiter fuerit iustificata:ideo indiget reformatione cum sit infirmũ ad bonum agẽdum. Et ideo dicebat beatus Paulus ad Romañ. vij. Condelector legi dei ſm interiorem hominem:video autem aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis mee: et captiuãtem me in lege peccati:que est in membris meis. Sed quõ reformatur corpus? dicitur ꝙ corpus debet reformari in bonis operibus:⁊ ideo quãdo quis sentiet ꝙ fuerit iustificat⁹ in anima: statim debet sumere corp⁹ christi quod habet reformare hominẽ et remoueant̃ ab eo male cogitatiões siue inclinationes. Et illud patet per similitudinez infirmi cui post infirmitatẽ medicus precipit cõfortare corpus vt comedendo carnes et bibendo vinum: ita faciamus nos cũ dimisit nobis infirmitates siue febres anime: vt si comedamus corpus Christi et bibamus eius sanguinẽ:et ita reformabimur. Pro quo nota historiam Helye iij. Regum.xix. vbi dicitur. Comedit ⁊ bibit et ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus vsq; ad montẽ dei Oreb. Hic ostẽditur clare ꝙ debilis in corpore post peccatũ commissum: per corpus Christi fortificatur:et potest ambulate vsq; ad mõtem dei scilicet paradisi. Et istã reformationem petimus in secunda oratione cũ dicitur domino non sum dignus vt intres ⁊c. Et ideo nõ debemus nos dimittere communionem propter illud verbũ sed debemus nos reputare indignos. Ubi notandum ꝙ duplex est dignitas.s. dignitas equiparantie: et ista dignitate nullus est dignus sumere corp⁹ Christi. Alia est dignitas sufficientie:⁊ ista possumus esse digni ⁊ hoc seruatis quattuor: scz contritione habita et proposito non redeundi vltra et confiteri:et penitentiã iniunctam a confessore tenere et complere:tunc enim sumus digni dignitate sufficientie:et nihil vltra petit nobis Christus:quia illud nobis sufficit:⁊ ita sanabitur corpus nostrum ad sumendum digne et cum magna humilitate corpus Christi. Corpus enim est sermo noster quia cum illo facimus opera. Et ideo.j. ad Coꝝ.ix. dicit beatus Paulus Apl's. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo:paremus ergo nos ad sumendũ corpus Christi vt dictum est:maxime in pascha propter decretalem omnis vtriusq; sexus. Et ita dicit nobis Christus Jo.vj. Amen amen dico vobis nisi manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meã carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die: ⁊ ista est secũda oratio. ¶ Tertia oratio est patientiam habe in me:et omnia reddã tibi:et ista petit prolongationem siue prorogationem vite. Et ratio quare petitur prorogatio vite est scilicet ad agẽdum penitentiam:ideo dicit patientiam habe in me: et omnia reddam tibi: id est dimitte me viuere et laborabo penitendo:reddam debita per penitentiam. Unde notandum ꝙ secundum theologos posito ꝙ sit quis confessus ⁊ sumpserit corpus domini nostri Jesu Christi:adhuc debet reddere satisfactionem iniuriarum illatarum deo: et ita est de aliquo seruitore regis qui cum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

furatus fuerit pecunias dño suo ꝛ contra eum datur snia mortis si ad supplicationem aliquorum sibi pcatur ꝛ velit redire in seruitio regis restituet rapta ꝛ furata: ita est de nobis oib⁹ qui omnes sumus latrões qm̃ furamur deo que debem⁹ et. l. sacerdotes ꝛ religiosi hoꝛas ꝛ laici mãdata: ꝛ tñ predamur ꝛ furamur eas: ita q̃ dr̃ euitio oẽs sumus latrones intm̃ q̃ verificat̃ est verbum xpi Jo. x. Omnes quotquot venerũt fures fuerũt ꝛ latrones. Cõtra nos aũt dat̃ snia mortis post furtũ: vñ Ezec. xviij. Anima que peccauerit ipa morietur: sed habem⁹ interpellatorẽ ad deum: scz confessorem: ita p̃ cõtritionẽ: confessionẽ ꝛ orationẽ ꝛ communionẽ reuertimur i seruitio dei ꝛ ei⁹ familiaritate. Sed restat adhuc restitutio furtoꝝ: vñ si furtum fuerit humilitatis quã furati fuimus p̃ superbiam possumus reddere p̃ rationem humilẽ que est melior medicina que posset esse contra peccatum superbie: ergo oremus humiliter. Similiter dimittẽdo põpas ꝛ vanitates satisfaciamus deo. Si vero furati fuerim⁹ p̃ auaritiã restituamus p̃ largitatem ꝛ elemosynam ꝛ restitutionem alienoꝝ. Itẽ si per luxuriam: restituam⁹ per castitatem que poterit haberi p̃ penitentiam: ieiunũ: cilicium ꝛ alias abstinentias: ꝛ asperitates. Si vero offendemus per gulositatez restituamus per abstinẽtiam. Si per iram restituamus p̃ mãsuetudinem ꝛ remissionez iniuriaꝝ. Item si per accidiam restituamus p̃ diligentiam in spiritualibus cõfitendo sepe audiendo missam deuote. Et ita possumus satisfacere per penitẽtiã. Sed ad agẽdũ penitẽtiã requiritur tẽpus ꝛ lõ in oratione petim⁹ prorogatiuã tpis cũ dicim⁹ patientiã habe in me. Et si humiliter petam⁹ remittit nobis de⁹ iniurias ꝛ delicta: immo tal̃ possumus petere q̃ remittit omne debitum sicut rex de quo Matth. xviij. dimisit seruo ipsum hũiliter roganti. Cum dixit serue nec̃. Omne debitum remisi tibi qm̃ rogasti me. Oremus ergo humiliter. ꝛc.

¶ De quattuor modis quos tenuit christus orando.



Rãdo tenuit quattuor modos christus. Quorũ primꝰ est eleuando oculos in altũ propter supernam confidentiam. Secũdus est extendendo manus largiter propter humanam indigentiam. Tertius est flectendo genua humiliter propter diuinam reuerentiam. Quartus est prostrando totũ corpus lõganimiter ꝓpter mortis p̃sentiam.

¶ Primus ergo modus quo christꝰ orauit fuit eleuãdo oculos in altũ siue oculus ad celũ eleuatis: ꝛ talis modus p̃cedit a cõfidẽtia supnali: ꝛ istũ modũ magis tenuit xps q̃ alios: qz de alijs nõ legit nisi semel: et de isto mõ legit q̃ mlties tenuit ipm̃ ꝛ iste modus fit p̃ cõfidẽtiam supnalẽ. Et rõ est qz oia bona siue tẽporalia siue spũalia procedunt a deo. Spũalia quidẽ sicut est cõtritio in corde pcõris: ꝛ sic ꝓpositũ nõ redeũdi: ꝛ confessio ꝛ satisfactio: qm̃ cũ hõ de se sit inclinatus ad malũ nec põt de se contineri nec cõsiteri qz diuũ est de pctõ cõteri in quo habuit complacẽtiã. Sic̃ durũ est cõfiteri: qz in cõfessiõe pctõr accusat seipm: similiter tẽporalia p̃cedũt a deo. tã bladum q̃ vinũ in vite ꝛ illud qõ est primo aqua fit vinũ ꝛ illud fuit primũ miraculum christi. Item lana in ouibus aqua in fontibus: ꝛ ita de alijs vnde Jac. i. Oẽ datũ optimũ: oẽ donũ pfectũ õ fursũ est descendens a patre luminum. Et ponit primo bona tẽporalia qz magis cognoscũtur q̃ spũalia qõ intelligitur per hoc q̃ dicit omne datum optimuz. Sed quõ bonum temporale est optimum dicitur q̃ est bonum in se sed melius inquantũ seruit homini. Sed optimum inquãtuz ordinatur ad deum. Et omne donũ pfectum quia cuz aliquis est spiritualis est perfectus: ideo bonuz spũale dicitur pfectum. Et ista descendunt a patre luminum id est angelorum. s. a deo: ideo per confidentiam supernalem quam habemus in deo leuamus oculos ad deum: istum modum tenebat Dauid ps. cxxij. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruorum in ma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nibus dominoꝝ suorũ. Sicut oculi ancille in manib⁹ domine sue: ita oculi nostri ad dominum deuz nostrũ donec misereatur nostri. Miserere nostri ꝛc. Dixit seruorum qui respiciũt oculis dñorum suorum ꝓ videndo qñ dabunt eis aliq̃d. Similiter ꝛ ancille respiciunt in manus dñarum suarum ꝓ videndo ꝛ confitẽdo ꝙ aliquid ab alijs accipiant. Ita facim⁹ nos respiciendo te deum. Et quid petimus: miserere nostri domine: miserere nostri: ꝛ iterat bis miserere nostri ꝓpter duplex bonum supradictum. s. spũale et temporale q̃ bona petimus a deo. Et nõ est mirum si homines teneant istũ moduz: iuxta dictũ Dauid dicẽtis p̃s. cxlvj. Qui dat iumentis escam ipsorum ꝛ pullis coruoꝝ inuocantibus eum: dicit iumentis quia bruta quando esuriunt et sitiunt leuant capita ad celũ quasi petẽdo cibum ꝛ potũ a deo. Et iõ dicit Joel. primo capitulo. Ad te domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti ꝛ flamma succendit omnia ligna regionis. Sed ꝛ bestie agri quasi area sitiens imbrẽ suspexerunt ad te: qm̃ excitati sũt fontes aquarũ: ꝛ ignis deuorauit speciosa deserti: ista dicit quia in terra ꝓmissionis fuit tanta siccitas ꝙ herbe desiccate erant intantum ꝙ bruta moriebant̃ fame: dicit pullis coruoruz quia dicunt naturales quod pulli coruorum primo habent pilum album siue plumã albã ꝛ coruus est zelotipus de coruo: ꝛ ideo vidẽs pullos albos: ꝛ se nigruz credit non esse suos: ꝛ ideo non dat eis escam nec pascit eos: nec permittit qd̃ mater det eis ad comedenduz donec pluma nigra eis nascatur: ꝛ i illo tpe recurrunt ad deum leuando oculos ad celum ꝛ crocitantes. Et deus ſm glosam mittit rorem desup quo pascũtur ꝛ nutriuntur. Et ideo de⁹ faciens questionem ipsi Job dicit Job xxxviij. Quis preparat coruo escam suã quando pulli eius clamant ad deum vagantes eo ꝙ non habent cibos. Ex quo ergo bruta aĩalia et irrationabilia qñ eis deficit adiutorium naturale leuant oculos ad celum recurrentes ad deum confidendo de prouisione diuina: multo magis nos rationales debem⁹ in necessitatib⁹ ad deũ recurrere. Et ad hoc propositu z facit qd̃ legitur scd̃i Parali. xx. capl̃o. Qd̃ cum multi reges congregati fuissent contra regem Josaphat in ciuitatem hierusalem cuz non posset inuenire moduz euadendi eleuatis in celum oculis dixit. Cum ignoremus quid agere debeamus hoc solum habemus residui vt oculos nostros dirigam⁹ ad te domine: habeamus ergo confidẽtiaz in deo ꝛ dirigamus oculos ad ipsum: verumtamen caueamus ne in nobis sint illa peccata per que possumus impediri vt non audeamus leuare oculos ad deum: et hoc maxime cauendum est ne simus proditores deo: quoniam proditor non audet respicere domum suuz in facie: et ideo caueamus: vnde tria sunt peccata inter alia que faciunt nos proditores deo.

Primum est sortilegium diabolicũ.
Secundum est blasphemia diuina.
Tertium est festiualis negligentia.

¶ Primum ergo peccatum quod facit proditor est sortilegium diabolicũ quoniam in baptismo promissa est fides deo sed per sortilegia ꝛ inuocatiões demonum: ꝛ diuinationes frangit̃ fides facta in baptismo. Et illud peccatũ si aliquis eo vtatur est sufficiens ꝙ tota vna ciuitas vel p̃ria pereat: ꝛ intret in abyssum: duz ergo tribulamur recurramus ad deum confidenter quia si nobis sit expediens illud quod petimus ad anime saluationem tribuet nobis: dominus autem contra sortilegos diuinatores et inuocatores demonum irascitur ad modum alicuius dñi cui⁹ subditi loquntur cum inimicis suis: ꝛ faciunt pacta et conuentiones cum eis. Sed illi qui non inuocant beati erunt: vnde Dauid p̃s. xxxix. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: ꝛ non respexit in vanitates et insanias falsas. ¶ Secundum peccatum quod impedit confidentiam dei est blasphemare nomẽ eius scilicet iurare per deum negare ꝛc. debemus enim portare deo honorem et reuerentiam al's sumus proditores. Si-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cut ille qui diffamat dominũ suum: ⁊ dicit malum de eo. Nunc vero videatur quomodo hodie honoratur iurando negando: ⁊ specialiter a nobilibus dicentes ꝙ non dedignarentur iurare sicut rurales dicendo per deum sic est ⁊c. Sed negant ⁊ renegant ⁊ periurant eum. Et ideo caueant quoniam maius peccatuz est semel negare deum q̃ occidere mille homines: vnde iudices talium debent eos punire. Et si non faciunt loquitur deus contra eos Esa. lij. Dominatores terre inique agunt dicit dominus ⁊ iugiter nomen meuz tota de blasphematur propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa quia egoipse qui loquebar ecce assum. ¶ Tertium peccatum impediens confidentiaz diuinã est negligentia festiualis: scilicet quãdo nõ colunt̃ festa dñi vel alia festa sanctoruz. Sunt nãq; illi qui negligunt festa et nõ colũt illa proditores deo. Sicut esset ꝓditor ille qui redditus domini sui vsurparet: non enim debemus emere nec vẽdere ĩ die dñico: nec radere: nec aliquod manuale facere illud enim peccatũ displicet deo: ratio est: quia deus dedit nobis sex dies ad peragenda negotia nostra et retinuit sibi vnum scilicet diem dominicã: vnde nota bene ꝙ omnia alia mandata incipiunt simpliciter sic. Non adorabis non habebis alios deos: et sic de alijs. Sed illud de obseruatione diei dominice non simpliciter incipit. Sz dicit deus. Memẽto vt diem sabbati sanctifices. dicit memento eo qd̃ postq̃ negotiati sumus per sex dies vult vt simus memores sanctificandi diem suuz als punietur qui contrarium faciet: vitemus ergo ista et tunc poterimus confidere ꝙ illud quod petimus a deo obtinebimus, vnde Jo. in prima sua epistola capitulo tertio dicit. Charissimi si cor nostrum non reprehenderit nos scilicet de proditione fiduciam habemus ad deum vt quicquid petierimus accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus et ea que sunt placita coram eo facimus. Secundus modus quẽ christus seruauit orando fuit quia extendit manus lagiter: et iste modus non legitur nisi semel in die scilicet ascensionis: vnde quando voluit ascendere ⁊ virgo maria apostoli marie ⁊ alij discipuli qui aderant flerent iuxta eum dolendo de recessu eius gaudebant tamen de honore suo cum ascẽderet regnare super omnes creaturas. Tũc vt dicit textus. Eleuatis manibus ferebatur in celum ⁊ benedixit eis quasi diceret. Ego leuo manus meas orando pro vobis: ⁊ tunc benedixit eis iste: ergo est secũd⁹ modus. Et iste modus tenetur ⁊ obseruatur ꝓpter indigentiam humanam: quoniam inter cetera animalia homo naturaliter est indigentior quia cetera animalia quando nascuntur habent illud quod est eis necessarium quantum ad corpus non enim oportet ꝙ seminant: serant: et ꝙ metant. Nos ergo si velimus comedere oportet seminare et euellere herbas nascentes inter grana. Et si velimus potare vinum oportet colere herbas: vnde Matthei sexto. Respicite volatilia celi que non serunt neq; metũt sed pater celestis pascit illa. Item non indigent vestibus quibus induantur. Ouis enim quando nascitur habet duas tunicas: scilicet pellem ⁊ lanam. Nux tres pelles auellana duas amigdalum tres. Nõ vero nascuntur nudi. Et si volumus indui oportet ꝙ furemur oui vnam tunicam: scilicet lanam: in cuius preparatione est magnus labor quia oportet ꝙ lauetur ꝙ carpinetur ꝙ filetur vel neatur ꝙ ordinatur ꝙ texatur ꝙ paretur et suatur. Item animalia non indigent armis qr tauri a natura habẽt cornua ⁊ cerui. Canes etiam ⁊ apri habent dentes ⁊ sic de alijs: ⁊ nos si volumus armari oportet fodere ferrum in terra ⁊ post purgare in igne et post operari. Et ita apparet indigentia hominis quantum ad corpus. Item etiam q̃tum ad animam que est in principio tanq̃ tabula rasa in qua nihil depictum est scd̃m philosophũ. Animalia enim statim postq̃ nata sunt habent totam eorum industriam necessariam eoruz vite: vnde agnus vel hedus statim vadit lactatum ⁊ scit capere vbe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ra matris puer vero non: qñ infans nõ capit vbera nisi mater ponat sibi in oze. Item pulli videntes miluũ cognoscunt eum tanq̃ inimicũ & fugiũt & tamen nõ fugerent ꝓpter magnum equũ puer vero non fugiet infra duos annos a lupo nec cognoscit quis est sibi inimicus. Itẽ pullus statim scit comedere: et cognoscit granũ milij inter paleas puer vero ponit cãdelã vt carbones infra os si sibi tradatur. Itẽ agnus solo balatu cognoscit matrem inter magnũ gregem ouiuz immo fortius: qñ dicit beatus Ambrosius in exameron q̃ perdices furantur vni alteri ouaz illa fouent. Sed dũ pulli nati sunt & audiunt matrem naturalem garrientem cognoscũt illã & dimittunt q̃ eos fouit et sequũtur matrez naturalẽ & vadũt ad ipaz alia derelicta. Itẽ cũ mulier parit que tamen cõiter nõ habet nisi vnũ puerũ oportet q̃ teneat ꝓ dolore Bruta vero animalia q̃ hñt sex vel decẽ catellos nõ curant. Et ita de aljs: ꝓz ergo q̃ indigentio: est homo. Et ꝓpter istã indigentiã leuemus & extendamus manus nostras ad deũ vt sc̃z det nobis bona spũalia quibus indigemus. Cum dextera petimus spũalia cum sinistra tẽporalia. Et ideo dauid orabat dicẽs ps. lxxviij. Cito anticipent nos miserecordie tue q̃ pauperes facti sumus nimis: dicit mie in plurali ꝓpter duplicẽ indigentiã: ergo leuemus manus nr̃as ad deuz excelsum: vnde Thren. iij. Leuem⁹ corda nostra cũ manibus ad dñm in celos quẽadmodum facerẽt aliqui pauperes si aliq̃s diues faceret ꝓconizari q̃ daretur argentũ omnib⁹ pauperib⁹ venientibus & staret in fenestra oẽs eleuarent manus & oculos ad eũ: ita etiã xp̃s fecit ꝓconizari per istum modũ Mat. vij. Petite & accipietis querite & inuenietis: petite scilicet spiritualia et querite temporalia. Iste est ergo modus quem debemus tenere ꝓpter indigentiaz: & ideo dicebat paulus prime ad Thi. ij. Volo autem viros orare in omni loco leuantes puras manus ad deum: dicit puras manus sc̃z q̃ non sint sanguinolẽte. Itẽ non sint lutose: vnde plene sunt sanguine quando aliquis cõsentit in morte alicuius vel ꝓpter vindictam vel ꝓpter auaritiam vel ꝓpter peccatum coopriendum vel alias quouismodo. Tales enim si volunt lauare manus ab illo sanguine proprie debent fundere eoruz sanguinem per penitentiam asperaz: iuxta illud Ezech. ix. Quicũq̃ fuderit humanuz sanguinem fundetur sanguis illius. Si vero non mundentur tales manus per penitentiam non accipiunt illud quod petunt sicut nec diues daret elemosynã pauperi habenti manus sanguinolentas vel plenas sanguine: ita nec deus put dicit ipsemet Esaie primo. Cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos a vobis et cum multiplicetis oratione non exaudiam. Et quare domine: respõdit. Manus enim vestre plene sunt sanguine. Et quod remedium subdit ibidem lauamini mundi estote? Mũ dentur ergo a sanguine per penitẽtiaz: item manus sunt lutose: scilicet quando rapuerunt aliena vel per auaritiam vel rapinam: vnde multiplex est lutum auaritie: quia aliqui sunt in luto vsq̃ ad tibias scilicet illi qui modicum habent de alieno. Alij sunt vsq̃ ad genu quia plura habent de alieno. Alij vsq̃ ad ventrem quia magis habent. Alij vero vsq̃ ad caput qui habent omnia que possident de alieno. Et q̃ auaritia de alieno dicatur lutũ patet per Abacuch scõo. Ue ei qui multiplicat non sua et vsquequo aggrauat super se dẽsum lutum. Si vero volumus mundari ab isto luto restituamus. Item nota contra vsurarios q̃ si prestent mille scuta & q̃ auellana inde retribuatur vltra sortem vel speretur habere tunc est vsura: deus enim non vult q̃ pro aliquia re mundi prestita detur aliquid. Item si est venditio debet esse iustum pretiũ alias vsura est: & tale lutum dicitur spissum siue densum quia dũ quis ponit in eo pedem vix põt eũ extrahere qz oportet q̃ prius restituat illud qõ habuit p vsurã anteq̃ dimittat peccãm mortale. Et si moriat in eo perpetuo damp-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nabitur. Sed nota q̃ si quis comodet libenter sine vsura sed gratis deus in centuplo ei retribuet. vnde p̃s. cxj. Jocũdus homo q̃ miseret̃ ⁊ cõmodat disponit sermones suos in iudicio. Itẽ caueam⁹ ne manus nostre sint plene fimo: qꝛ sicut diues nõ daret elemosynã pauperi habenti in manib⁹ fimũ ⁊ stercus: ita nec deus nobis si habeam⁹ man⁹ plenas fimo. s. pctõ luxurie. Iste enim cõplacẽtie carnales dicunt̃ stercus ⁊ fim⁹: vnde Paulus ad Philip. iij. Oia arbitror vt stercora. s. cõplacentias carnales vt christũ lucrifaciã. ¶ Terti⁹ mod⁹ quẽ xp̃s tenuit orando fuit flectendo genua humiliter. Orabat enim flexis genib⁹. Et de isto modo non legit̃ nisi semel. s. in nocte passionis Testatur hoc betus Lucas euangelista Luce. xxij. Positis aũt genibus orabat. Et iste modus fit ꝓpter reuerentiã diuinam. Ratio autem quare flectimus deo vtrũq̃ genu est qꝛ ipse est creator corporis ⁊ anime. Unde qꝛ est creator corporis flectitur ei tanq̃ dño habẽti potestatem supra corpus genu sinistrũ: ipse em̃ format corpus nõ pater carnalis prout habetur Job. x. Manus tue dñe fecerũt me ⁊ plasmauerũt me totũ in circuitu ⁊ sic repente precipitas me: memento queso q̃ sicut lutũ feceris me ⁊ in puluerẽ reduces me: nõne sicut lac mulsisti me ⁊ sicut caseũ me coagulasti: pelle ⁊ carnibus vestisti me: ossibus ⁊ neruis cõpegisti me: vitam ⁊ miam tribuisti mihi ⁊ visitatio tua custodiuit meũ. Simiter est creator aie nõ flectit̃ ei genu dextrũ tanq̃ homini habenti potestatẽ supra animã. Ceteris vero dñis solũ potestatẽ habẽtibus supra corpus flectit̃ solũ genu sinistruz. Et habẽtibus potestatẽ supra animã scz p̃latis ecclesie flectit̃ genu dextrũ nisi sit opus qd̃ ꝓcedit a deo. s. dare absolutionem ⁊ absoluere: qꝛ tũc flectit̃ vtrũq̃ sicut deo: vnde ad Ro. xiiij. Uiuo ego dicit dñs qm̃ mihi flectetur omne genu ⁊ oĩs lingua cõfitebitur dño. Dicit omnis lingua cõfitebit̃ dño. Est enim duplex lingua. s. corporalis que cõfitet̃ deo ꝑ orationem vocalẽ: et lingua spiritualis scz anime: ⁊ ista lingua dicit̃ actualis consideratio siue meditatio: qꝛ loquit̃ cũ deo. Ista lingua similiter loquuntur angeli. Et iõ de ista duplici lingua carnali dicebat Paulus prime ad Coꝝ. xiij. Si linguis hominũ loquar ⁊ angeloꝝ. Et ideo si volumus exaudiri in orationibus nostris loquamur primo cũ lingua aĩe scz per actualẽ considerationẽ considerãdo q̃ loquimur cum deo vel cũ virgine maria ⁊c. Al's non ꝓdest quicq̃. Unde Paulus prime ad Coꝝ. xiiij. Si orem lingua supple tm̃ spiritus meus orat: mẽs autẽ mea sine fructu est. Quid ergo est. Orabo spiritu orabo et mente psallã spiritu psallã ⁊ mente. Cui cõcordat ille doctor Cyprianus dicẽs. Quomõ credis exaudiri a deo si tu teip̃m nõ exaudias. Et iõ cum christus semel intrasset templũ vidit sacerdotes dicentes horas bñ distincte tñ non erat cor vbi lingua. Et iõ dicit ista verba Mat. xv. Populus hic labijs me honorat cor autẽ eoꝝ longe est a me: sine aũt causa colunt me. Quapropter dicit Augustinus psalmus et hymnus cum oratis deũ hoc verset̃ in corde qd̃ ꝓfert̃ in ore. ¶ Quart⁹ modus quẽ christus tenuit orãdo fuit prostrando in terra longanimiter ⁊ istũ moduz tenuit xp̃us semel qꝛ non legitur q̃ seruauerit istum modum nisi semel. de quo legitur Mat. xxvj. ⁊ Matthei. xiiij. Procidet faciem suã super terrã ⁊ orabat: et iste modus seruatur ꝓpter desinentiã humanã quia oẽs habemus desinere per mortẽ; qꝛ iam sentẽtia data est cõtra quẽcunq̃ peccatorẽ quantũ ad aĩam. Ezech. xviij. Aĩa que peccauerit ipsa morietur. Item quantũ ad corpus qm̃ cõtinue currim⁹ ad mortẽ ⁊ fit executio sentẽtie qꝛ portamur in cursu tp̃is quẽ vehit sol q̃ velocissime mouet̃ pre oĩb⁹ eq̃s supra q̃ttuor rotas hoc est supra q̃tuor tp̃a anni. Snia aũt ineuitabilis ⁊ irreuocabilis est ista ad Heb. ix. Statutũ est hoĩb⁹ semel mori: et ita nos possumus tenere tanq̃ mortuos sicut ille qui est cõdẽnatus ad mortem qꝛopter aliquod homicidiũ vel aliquod forefaciũ: talis enim iam d̃r mortuus. Et ideo dicit beatus Paulus ad Roma. viij. Si autẽ xp̃s in vobis est cor

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pus quidē mortuū est propter peccatū: spiritus autem viuit propter iustificationē. dicit glo. corpus mortuū est. i. necessitati mortis ineuitabiliter subiectū. Cū ergo sim⁹ condemnati ad mortē ⁊ iā fiat executio ad istud ostendendū ꝓstramur in terra: quasi dicendo falsuz est qꝛ iā suz mortuus: verūtn̄ q̄uis moriamur in corpore viuam⁹ deo in spū per gratiā: iuxta illud Apli ad Ro. vj. Estimate vos mortuos quidē esse pctō viuētes autem deo in iesu xp̄o dño nr̄o. Et propter istā sniam ⁊ reuocabilē denotādū ecclia instituit ꝙ in septimana sctā cū dr̄ de xp̄o. Tradidit vel emisit spm̄: oēs ꝓstramus nos quasi dicēdo ⁊ arguēdo. Si dñs ⁊ iudex siue de⁹ ⁊ homo mortu⁹ est: ego qui sum purus homo non possum euadere quin moriar: ergo cū iam sim ꝓpe interitum prosterno me in terrā in quā reuertar. Cū ergo nullus sciat qn̄ morieť nec quali morte nec q̄li hora disponat quilibet in bonū vitā suā ⁊ dicat cū dauid p̄s. xciiij. Uenite adorem⁹ ⁊ ꝓcidamus ante deū ploremus coram dño qui fecit nos: hic in presenti. Per ⁊c.

¶ De quattuor operibus misericordie et totidem pietatis.

Distinctio.cxxiiij.

Opera mīe sūt quattuor ⁊ totidē pietatis opa. Sed nota ꝙ lz vulgariter mīa ⁊ pietas pro eodē sumantur: stricte tn̄ loquēdo differūt: qꝛ mīa est virtus q̄ prouocat hominē siue cor hois ad faciēdū bonū ꝓximo de his q̄ ꝑtinēt ⁊ tangūt corpus. Sz pietas est virtus q̄ monet creaturam ad faciendū bonū ꝓximo de his q̄ ꝑtinēt ad aīam: v̄bi gr̄a. Dare cibū vel potū: vestire nudū: ista sunt opa mīe. Sz dare sciētiam ignorāti instruendo eū vel corrigēdo errantē vel cōsolari tristē: dubiū cōsiliando vel cōsulendo: ista sunt opa pietatis q̄ sunt meliora q̄ opa mīe quantū aīa plus valet q̄ corpus. Quattuor ergo sunt opera misericordie: videlz

Dare libenter.
Accomodare pure.
Restituere plenarie.
Seruire dulciter.

¶ Opera aūt pietatis sunt ista.

Orare copiose.
Loqui proficue.
Parcere cordialiter.
Supportare gratiose.

¶ Primū ergo opus mīe qd̄ respicit corpus est dare libenter elemosynā petēti. Sunt nāq̄ multi q̄ diu faciūt expectare pauperē: ⁊ finaliter dicunt ei vadatis in noīe dñi. Et paup iteruz dicit: date mihi aliq̄d amore dei. Et tunc rn̄dit dñs. Abi in malū lucrū: ⁊ ex tedio dat sibi aliquid. Illud nō est elemosyna qꝛ nō datur libēter nec ex bono corde immo pauper iam emit id ex verecūdia ⁊ petitiōib⁹. Unde dicit Seneca. Nihil charius emiť q̄ qd̄ precib⁹ obtineť. Ideo qn̄ vir ⁊ vxor erunt in mensa ⁊ paup petit elemosynā clamādo ad ianuam ⁊ nullus sibi rn̄det dādo aliquid vel remittēdo dulciter: magnus defectus est xp̄ianoꝝ: qꝛ ad min⁹ debent sibi dicere vadatis in noīe dñi: sed finaliter clamorib⁹ ⁊ petitionibus pauperis attediate dant sibi frustū panis attediādo ac si darent cani. Nota de illo q̄ cum frusto panis voluit tangere pauperē: sz paup sciuit ludere ad pilam ⁊ recepit dicens: amore dei sit. Illa v̄o elemosyna nihil valuit danti qꝛ nō dedit libere nec bono corde. Auctoritas. ij. ad Coꝝ. ix. Qui parce. i. escarsemēt seminat parce ⁊ metet: ⁊ q̄ seminat in benedictionib⁹ de benedictionib⁹ et metet: vnusquisq̄ prout destinauit in corde suo nō ex tristitia sed ex necessitate: hylarē em̄ datorem diligit deus. Et sequiť. Potens est em̄ de⁹ oēm gratiam abundare facere in vobis vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum. Nota q̄ parce seminat: debes notare ꝙ manus pauperis est manus fructifera ⁊c. Dicit vnusquisq̄ prout destinauit in corde suo. Nota hic modū faciēdi elemosynas: debes enim cogitare intra te: hodie est dies dominica et volo ire ad ecclesiā ad petēdū deo: ideo amore sui volo dare tot denarios: ⁊ portētur in manu ad vitandū tedium aperiendi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bursam ꝛ vanā gloriā. ¶ Secūdū opus mie qđ respicit corpus est prestare pure: hoc est pura mente. Est em̄ qñq; maior mia comodare q̄ dare: vbi gr̄a. Si pauper venit ad diuitem petens auxiliū ab eo ꝛ diues dat sibi decē denarios miam facit sibi. Sed maior mia est si aliquis diues nihil det pauperi sed mutuat sibi. x. florenos cū q̄b⁹ poterit seminare colligere ꝛ sic ꝓuidere domui sue ꝛ filijs ꝛ familie. Unde Dauid p̄s. cxj. Jocūdus homo qui miseret̄ ꝛ comodat disponit sermones suos in iudicio qꝛ in eternū nō commouebit̄. Dicit disponit sermones suos in iudicio qñ xp̄s dicet q̄d fecisti pro me: ecce q̄d ego feci pro te ostēdens vulnera poterit respōdere. Dñe amore vestri ego mutuaui pauperi: dicit ꝙ in eternū non cōmouebitur. Sed tñ notate quid dico: qꝛ ista mutuatio debꝫ fieri pure sine vsura: qm̄ multi mutuant sed nō pure: quia prestat. x. pro. xij. ꝛc. Alij dicūt nolo facere vsurā sed ponūt pecunias in manu iudei qui prestat ad vsurā ꝛ pōt vt dicunt. Sed ego dico tibi ꝙ nec iudei possunt facere vsurā: qꝛ Moyses dixit eis Deuter̄. xxiij. Non fenerabis fratri tuo ad vsurā pecuniaꝫ tuam nec fruges nec quālibet aliā rem. Et tales faciūt sil̄e pctm̄ Pylati qui dixit xp̄m: nō esse occidendū: immolauit manus suas: ꝛ iudei dicebāt. Nos legem habemus ꝛ s̄m legeꝫ debet mori. Et Pylatus iussit eū crucifigere: nō excusatur Pylatus. Idem de illis qui dicūt: ego nō facerē vsurā sed vos iudei faciatis ꝛ ego tradā vobis pecunias: ꝛ ita cuꝫ ipsis ibitis in inferno. Idem est de illis qui faciūt operari captiuos aut seruos aut famulos in die festo digni sunt morte: nō solum qui talia agunt sed q̄ cōsentiunt facientib⁹. Ad Rom̄. j. Si dicat̄: de quo ergo viuā ego cū nō habeā reddit⁹ nec possessiones? Dico tibi ꝙ si vis mutuare pure sine aliqua vsura de⁹ soluet tibi vsurā multiplicando oīa bona tua ꝛ seruando ea dādo tibi gratiā in hoc mūdo ꝛ gloriā in alio. Ideo auisetis vos et nō recipiatis vsuram nisi a deo ꝛ nō frāgatis festa. ¶ Tertium opus mie quod respicit corpus est restituere plene nō solū illa q̄ recepit sed etiā dānū qđ intulit: si recepistis bona: pecunias: fruct⁹ opꝫ restituere si dānificastis aliquē. Ad ideꝫ ad Ro. xiij. Reddite oībus debita nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicē diligatis. Benedictus est ille qui pōt dicere cū veritate. Benedictus dñs qꝛ parum habeo cū nihil est ibi de vsura: fraude furto aut alieno magis dura būt bona isti⁹ qui nō habet nisi duos vel tres florenos de bono iusto ꝛ bene acquisito quā illi⁹ qui habet mille vel duo milia de vsuris furtis ꝛc. verbi gr̄a. Si vultis cōseruare poma ꝛc. Ita est de pecunijs ꝛ reb⁹ alienis. ¶ Quartū opus mie qđ respicit corpus est seruire diligēter: magna mia est seruire ꝛ habet magnā humilitatē: ideo xp̄s dedit exemplū seruiendi cū ipse voluerit seruire discipulis ꝛ lauare pedes eoꝝ: vnde dicebat Mat. xx. Filius hois nō venit ministrari sed ministrare. Sed dico ꝙ illud seruitiū debet fieri dulciter maxime infirmis qui grauant̄ infirmitate magnū meritū est. Nota exempluꝫ qđ legit̄ in hystoria beati Jacobi ꝛc. Et ad hoc hortat̄ ap̄lus ad Gala. v. dicens. Uos em̄ in libertatē vocati estis fratres tm̄ ne libertatē in occasiōe detis carnis; sed ꝑ charitatem sp̄us seruite inuicem. Et ista sunt quattuor opera mie q̄ respiciunt corpus. s. dare libēter: mutuare pure: restituere plene: seruire dulciter ꝛc. ¶ Quintum opus est orare copiose ꝛ est primū opus pietatis. s. orare pro oībus generaliter. Si oretur solū pro vobis vt deus det vobis sanitatem si estis infirmi: vel abūdantiā bonoꝝ si estis pauperes: vel remissionem pctōꝝ bona est oratio: sed esset melior si fieret pro oib⁹ infirmis vel pauperib⁹ aut pctōribus. ꝛ plus obtinebitis orando pro omnib⁹ q̄ orando solum pro vobis. Ideo christus petentibus Luce. xj. Doce nos orare ait illis. Cum oratis dicite Pater noster ꝛc. Non dicit pater mi: sed in plurali pater noster ad ostendendum ꝙ pro oībus est orandū: videlꝫ pro oībus illis qui sunt in gratia vt in ea conseruentur: pro illis qui sunt in peccato vt cōuertantur: pro amicis ꝛ inimicis vt veniant ad peniten

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tiam: pro infidelibus vt illuminent: pro defunctis vt a purgatorio liberent. Ista est pietas q̄ plus valet q̄ mia: qr maiorem dignitatem habet qr respicit aiam ⁊ vtilitatem corporis: qr non solum valet aie sed corporali vite: ⁊ maiorem cōitatē habet qr nō solum fit pro proximo sz pro oibus generaliter. Ideo dicit scriptura prime ad Thi.ij. Obsecro igitur primū oim fieri obsecrationes: oratiōes: postulationes: gratiarū actiones pro oibus hoibus. ¶ Sextum opus est loqui proficue.i.proufitablement qd est scdm opus pietatis: maiorem elemosynā facit lingua q̄ manus informando ignorantem qui nescit se signare nec orare nec credo in deum nec pater noster nec aue maria: nec cōfiteri: magna pietas est talem informare ⁊ corrigere errantem: consolari tristem et hmōi. Ideo dicit scriptura ad Ephe.iiij. Ois sermo malus ex ore vestro nō procedat: sz si quis bonus est ad edificationem fidei vt det gratiā audiētibus. Magnā elemosynā facit qui dat ad comedendū centū pauperib⁹: maiorem aūt elemosynā qui dat quingentis vel mille hoibus de cibo quem parauit in coquina spūsctūs. ¶ Septimū opus est parcere cordialiter et est tertiū opus pietatis.s.remittere ex corde offensas et iniurias: nō tamē est pietas offenso sed potius offendenti: qr quasi venenū iracundie mortiferū ex visceribꝰ sue anime emouit. Nota de mercatore defraudato a factore suo qui venit ad quēdā bonum religiosum ⁊c. vide in distinctiōe Deus deo proximo ⁊ nobis a. Ideo.j.Joan.iij. Nos scimus qm̄ translati sumꝰ de morte ad vitā qm̄ diligimꝰ fratres. Qui non diligit manet in morte. Ois qui odit fratrem suū homicida est.s.suijpsius. Et scitis qm̄ ois homicida nō hz vitā eternā. ¶ Octauū opus est supportare gratiose. Scire supportare tediosos est pietas maior q̄ mia: ꝟbi gr̄a. Erunt vir ⁊ vxor et vir erit bonus ⁊ dulcis cōuersationis: vxor ꝟo erit rabida: bona tamen de corpore suo: ⁊ ideo supportare eaz est opus pietatis ⁊ ecōuerso. Pater debet supportare filium ⁊ ecōtra: socius socium. Supportare ergo gratiose defectus aliorum est opus pietatis: qr nunq̄ fuit aliq̄s in hoc mūdo nisi xp̄s ⁊ beata virgo maria sine aliquo defectu. Si tu vis hr̄e vxorē sine defectu nō inuenies eā. Etiā si mulier velit habere virū sine defectu nō reperiet: ideo oportet q̄ vir supportet vxorem ⁊ ecōuerso. Nota exemplū in vitis patrum de illo sancto heremita qui erat ita sanctus: tamen de modico irascebat qui semel dixit intra se. O miser quicq̄d boni facis totum perdis ꝑ tuā impatientiam: ⁊ ita cogitauit ire ad desertū ne haberet occasionē irascendi. Et cum semel comederet panē ⁊ aquā prouocatus est ad irā fregit situlam. Et reuersus ad se dixit. O miser opz supportare: magna em̄ virtꝰ est. Ideo apl's ad Ephe.iiij. Cū om̄i hūilitate ⁊ māsuetudine cū patientia supportantes inuicem in charitate: ⁊ ita ex premissis scitis q̄ sunt opa mie et pietatis. Studeamus ergo iuxta posse ea obseruare ⁊ rogemus dn̄m ⁊c.

¶ De tribus erga que debemus operari bonum.

Distinctio.cxxv.



Operari debemꝰ bonum.
Primo erga deum.
Secūdo erga proximū.
Tertio erga nosipsos.

¶ Prio debemꝰ opari bonū erga deuz in tribꝰ. Prio in corde. Scdo in ore portando honorē. Tertio i ope ei seruiēdo. Primo ḡ debemꝰ opari bonū erga deū.s.eē ei fideles ⁊ nō inire ꝯsiliū cū inimicis suis scz demonibꝰ sortilegis ⁊ diuinatoribꝰ. Demō em̄ sicut piscis capit̄ hamo: ita capit tales cū hamo.s.ponendo aliq̄ bona ꝟba puta ꝟsus psalterij vel crucē vel nomē iesus ⁊ iter illa demō ponit sua noia vel mēdacia sicut ibi. Tres boni fratres tēdebāt ꝑuiā ⁊ obuiauerūt iesu ⁊ btē marie ⁊c. Istud est mēdaciū ⁊ vtentes talibꝰ sūt infideles xp̄o ⁊ ꝓditores cū in baptismo renūciauerit sathane ⁊ dederūt fidē xp̄o ⁊ post faciunt cōtrariū ideo frangūt fidem ꝓmissam ⁊ ꝑ ꝯsequens sunt infideles. Caueat ergo vnusquisq̄ ne vadat

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ad sortilegos pro furto vel sanitate vel mulieres pro conceptu vel pro infirmitate paruulorum. Sed recurrant ad nomen Jesu qd̃ est medicina ad omnia valens: ⁊ si ita fiat si illud qd̃ petimus proficiat anime fiet. Sinautẽ non debemus velle: nec etiam ipse dabit sicut pater nũ q̃ dabit filio nociua: alias autem si fiat contrarium tale peccatũ est quale si vasallus alicuius regis iniret pactum cuz inimicis illius regis: ergo caueant a talibus rectores et prelati ecclesie et domini temporales. Ubi nota exemplum de saule qui tenuit quandam mulierem in regno suo quomodo ꝑdidit ⁊ mortuus fuit illa de causa in bello. Item nota exemplum in sabaudia proprie cambayriacũ ⁊ magnam cartusiam vbi propter vnum diuinum septem parrochie intrauerunt abyssum ⁊ non remansit nisi vna capella beate marie. Et ideo eijciãtur tales non solum de ciuitatibus sed de tota patria. Unde cõtra tales loquitur sacra scriptura Leui. xx. Uir siue mulier in q̃bus phitonicꝰ vel diuinationis spũs fuerit morte moriatur: lapidibus obruent eos: sanguis eoꝝ sit super eos. Sed quare lapidantur? ratio est: qꝛ istud pctm̃ est cõtra omnes: ideo omnes debẽt certare cõtra euz: ergo eijciantur si sciantur in ciuitatibus vel in patria. Et ꝓpter istã rationez dixit Dauid p̃s. xciij. Si obliti sumꝰ nomen dei nostri: ⁊ si expandimus manus nostras ad deũ alienum. Nõne deꝰ requiret ista: ipse eniz nouit abscondita cordis. Nomẽ vero ipsius est Jesus: vt ptz Luc. ij. Uocatum est nomen eius Jesus qd̃ vocatum est ab angelo priusq̃ in vtero conciperetur. Cetera aũt nomina sũt cognomina: ⁊ hec vsurpabit antixp̃s ⁊ ꝑseq̃t illud nomẽ Jesus. ¶ Scd̃o debemus deo reuerẽtiã oris supius in distinctione debemus deo. a: ⁊ magis ad plenũ. Scd̃o debemꝰ opari bonũ erga ꝓximũ. Primo erga p̃rem ⁊ mr̃em in tribus s. corde diligẽdo: ore honorificãdo: ope eis seruiẽdo. Et si ita faciamꝰ erimꝰ lõgeui ⁊ habebimꝰ nõ solũ gl̃iam paradisi: sz etiã bona tpalia. vñ Pau. ad Eph. vj. Filij obedite parẽtibꝰ vr̃is in dño: hoc eniz iustũ est: honora p̃rem tuũ ⁊ mr̃em tuaz qd̃ est primũ mãdatũ in ꝓmissione vt bñ sit tibi ⁊ sis lõgeuus sup terrã istud dicit esse primũ mãdatũ: qꝛ hz retributionem ergo obediamꝰ parẽtibꝰ: alꝫ sciendum q̃ cetera pctã delent̃ ꝑ pniam: ⁊ post datur gl̃ia ꝑadisi: tñ de isto pctõ nõ sufficit penitere: sed deꝰ ꝑ aliqd̃ malũ faciet vel patiet̃ talẽ scãdalizari. Ubi nota exẽplũ de illo q̃ fuit suspẽsus ꝓ alieno delicto: qd̃ recognoscẽs iustitiã dei dixit q̃ hoc erat qꝛ verberauerat mr̃ez suã. ⁊ ita esto q̃ tales ꝑ pniam saluent̃: tñ deꝰ dat eis confusionẽ in hoc mũdo. Et iõ p̃cepit deꝰ Deute. xxvij. qd̃ sacerdotes ascẽderẽt ĩ altum ⁊ clamarent audiẽte ppl̃o altavoce. Maledictus vir q̃ nõ honorat patrẽ suum et matrẽ suã: ⁊ dicet oĩs ppl̃s amẽ. Post ẽt debemꝰ opari bonũ erga alios ꝓximos. s. nõ furando aliena: cũ deꝰ ad libitũ suũ distribuerit bona: non em̃ patit̃ paterfamilias distributa portione filijs q̃ vnus tollat portionẽ alteriꝰ: ita nec deꝰ patit̃ q̃ paup tollat aliq̃d a diuite: deus enim distribuit bona dando vni magis alteri minꝰ. Et rõ est qꝛ vult q̃ paup saluetur hñdo patiẽtiã in pauptate sua. Et diues sil̃r saluet̃ dãdo largiflue pauꝑibꝰ ⁊ opa mie cõplendo. Et iõ caueat vnusq̃sq̃ ne rapiat bona alterius. Non etiã fructum cum ꝑ solũ fructum vel pomum venerit mors ab Adã: ⁊ nullus potuit intrare paradisum vsq̃ quo fructus ille restitutus fuit in cruce ꝑ fructũ virginis. i. xp̃m qui d̃r fructus: vt ptz in aue maria: vbi d̃r benedictus fructꝰ vẽtris tui Luc. j. Añ eniz restitutionẽ nullus itrauit nec Noe nec Abrahã nec Jacob nec aliq̃s p̃riarchaꝝ nec beatus Jo. ba. nec innocẽtes nec Joseph vir Marie nec Anna mater beate Marie virginis: sed oẽs ꝓpter fructum descẽderũt ad infernũ hoc est limbũ: caueamus ergo ne suremur minimũ fructũ: qd̃ aũt xp̃s ꝓpter fructũ crucifixꝰ fuerit ptz p̃s. lxviij. vbi dicit Dauid in ꝑsona xp̃i loquẽs. Que nõ rapui tũc exsoluebã. Et iõ caueamꝰ deinde sicut erga ꝑsonas ⁊ erga bona debemꝰ bene opari: ita etiã opemur lingua. s. nullũ diffamando qꝛ maius est furtũ lingue famã diffamã

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

do q̃ diuitiarũ tpaliũ. vñ Prouer. xxij. Melius est nomẽ bonũ q̃ diuitie super aur̃ ⁊ argentũ gratia bona. Et iõ caueat vnusq̃q̃ diffamare posito q̃ sit ver̃: sed defendat sicut xp̃s fecit mariã magdalenã qñ fuderat vnguentũ: vñ dicit Mat. xxvj. Quid molesti estis huic mlieri: op⁹ em̃ bonũ opata est in me: si aũt q̃s diffamauerit restituat famã. vñ beat⁹ Augu. Si ex ore vestro aliquẽ lesisse sentitis nõ pigeat ex ipso ore ꝓferre medicamina a quo facta sunt vulnera. ¶ Tertio debemus bene opari erga nosipsos: ⁊ hoc erga tria. s. aiam corpus ⁊ vitã: vbi sciẽdũ q̃ in nobis sunt duo. s. aia ⁊ corpus: ⁊ erga vtrũq̃ debem⁹ bñ opari. Erga aiaz. s. saluãdo ipsam a vulneribus maxime a vulnere excõicationis ⁊ ceteror̃ vitiorũ. Et hoc nos monet scriptura Deute. iiij. Custodi temetip̃m ⁊ aiam tuaz sollicite: caueant ergo hoies ne faciant obligare pro re aliqua aiam ad excõicationem: qr aia est dei ꝓut ipso testatur Ezech. xviij. Oẽs aie mee sunt vt aia p̃ris ⁊ anima filij mea est: ⁊ iõ ꝓ aliquo cõmodo siue lucro nõ obliget aia. vñ Mat. xvj. Quid ꝓdest hoi si vniuersum mundũ lucret aie vero sue detrimẽtũ patiat. q. d. nihil maioris em̃ p̃cij est aia q̃ vniuersus mũdus ⁊ magis ponderat in statera iustitie q̃ totus mũdus. Et ita opemur bonuz erga aiam: deinde erga corpus debem⁹ bñ opari ip̃m bñ corrigendo: sicut bñ regeretur aliq̃s equus ne. s. tãgat iumenta: ita etiã regat corpus nõ adherẽdo mulieri. Itẽ sicut bñ regit equ⁹ in mẽsa cibi ⁊ potus: ita etiã corpus parce viuẽdo ⁊ cõedẽdo non iplendo os ⁊ eũdo ad tabernas: al's dicit Pau. j. ad Cor̃. xj. Nunquid domos non habetis ad mãducandũ et bibendũ: aut ecclesiã dei contẽnitis ⁊ confunditis eos q̃ nõ habent: q̃d dicam vobis laudo vos in hoc nõ laudo. ¶ Tertio debem⁹ opari erga vitã primo sacerdotes erga tria. s. primo deuote officiando. s. dicere deuote horas qr dicit beat⁹ Bernardus. Si dimittit minima littera reddetur rõ in die iudicij: scdo digne celebrãdo. s. q̃ p̃mo sit cõfessus cũ ꝓposito nõ redeũdi: tertio penitere. s. non tenere cõcubinã nõ eẽ elatũ non bibere in tabernis: ⁊ ista est via que ducit sacerdotes ad paradisũ: de qua Esa. iij. Hec est via ambulate in ea neq̃ ad dexterã neq̃ ad sinistram declinetis. Religiosi debẽt seruare duo i vita. s. vota eccl'iastica: ꝯseruare castitatẽ tã cordis q̃ corporis paupertatẽ apl'icã ⁊ obedientiã nõ tñ obediẽtiã caponis: scdo debẽt seruare cerimonias sicut silẽtiũ: vigilias: ⁊ modũ dormiẽdi ⁊ comedẽdi: ⁊ sil'ia ⁊ ille qui tenebit ista duo tẽdit per viã de qua Esaias loq̃t. xxxiiij. capitulo. Erit tibi semita ⁊ via ⁊ sancta via vocabit: via d̃r religio qr tendunt per eã sed semita d̃r qr est stricta ad tenẽdũ. Similiter laici si seruent vnum scz obedire mãdatis dei ⁊ nullo modo facere cõtra. Et istã viã ostendit xp̃s cuidã laico petẽti Mat. xix. Magister bone quid faciam vt habeã vitã eternã rñdit ei xp̃s. Si vis ad vitã ingredi serua mãdata: ⁊ ita erit ordinatio erga deũ ꝓximũ ⁊ seipsum. Et ita operabimur bonum ad omnes ⁊c.

¶ De septez operib⁹ redẽptionis nostre que debem⁹ attente cognoscere.

Distinctio. cxxvj.



Opera septem redẽptionis nostre debem⁹ attente cognoscere.

Quorũ primũ est humilis incarnatio.
Scdm est paup cõuersatio.
Tertium est certa predicatio.
Quartum est amara passio.
Quintum est benigna descẽsio.
Sextum est plena resurrectio.
Septimum est alta ascensio.

Ista sunt opera redẽptionis magna et mirabilia q̃ cognoscẽs Dauid ꝑ spm̃ ꝓphetie dicebat ꝑ hũc modũ p̃s. cxxxviij. Mirabilia opa tua ⁊ aia mea cognoscet nimis. i. valde qr nõ solũ cognoscet speculatiue per intellectũ sz etiã practice ponendo in ope. ¶ Primum ergo est opus humilis incarnatio: ⁊ illud fuit mirabile: vñ magnũ mirabile esset si sol descenderet de celo in terram vt posset palpari ab hominibus: maius mirabile fuit de deo qui descẽdit in hunc mũdum per hu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

milē incarnationē. vñ Pau. ad Phili. ij. Qui cū in forma dei esset nō rapinā arbitratus est se esse equalē deo: sz semetipm formā dei accipiēs exinaniuit ꝛc. dicit nō rapinā arbitrat⁹ est: multi em̄ voluerūt esse dei filij ꝑ rapinā sicut lucifer qui voluit rapere diuinitatē ꝑ rapinā. vñ dicit Esa. xiiij. In celū cōscendā sup astra celi exaltabo soliū meū: sedebo in mōte testamenti in lateribus aq̄lonis ascendā sup altitudinē nubiū ꝛ silis ero altissimo. Item silr Adā ꝛ Eua voluerunt rapere diuinitatē ꝑ rapinā qñ dixit illis demon in specie serpētis eritis sicut dij scientes bonū ꝛ malū Gene. iij. Sed dixit habitu inuētus vt hō: qꝛ sicut habitus cooperit corpus: ita humanitas cooperit diuinitatē. Ubi sciēdum moralr ꝙ sicut ipse humiliat⁹ ē ꝓ nobis: ita debem⁹ nos humiliare: primo in vestibus remouendo caudas cornua ꝛ alias superfluitates: ꝛ ad istā humilitatē ꝑ exēplū suū inuitat nos Mat. xj. dicēs. Discite a me qꝛ mitis suz ꝛ humilis corde: ꝛ inuenietis requiē aiabus vestris: requiē. s. qꝛ nisi humiliemini in vita ista nō inuenietis post mortez requiē aiabus sed penā infernalē: ita et in alijs debem⁹ humiliari: ꝛ illud est primū opus. ¶ Scdm opus est paup ꝯuersatio: qꝛ in oibus fuit cōuersat⁹ in paupertate: pmo in vestitu qꝛ. xxx. annis portauit vnā vestē: postq̄ em̄ amotus fuit ab vberib⁹ matris. s. cū haberet tres ānos virgo Maria fecit sibi cū acu vnā vestē: quā amore matris portauit q̄tū vixit et crescebat qñ ipse crescebat. Et illa est vestis de qua dixerūt crucifigentes eū Jo. xix. Erat aūt tunica incōsutilis desup cōtexta ꝑ totū. Dixerūtq̄ adinuicē. Nō scindamus eā: sed sortiamur de illa cui⁹ sit. Itē fuit paup in vita: qꝛ dicit Marcus ꝙ cū predicasset in hierlm circūspectis oibus exijt in bethaniā Mat. xj. dicit glos. Aspiciebat si q̄s eū inuitaret: ꝛ in tēpore messis ipse ꝛ discipuli comedebant spicas bladi. Item fuit paup in dormiēdo: qꝛ cū non inueniret refugiū in hierusalē dicit Lucas. xxj. cap̄. qd̄ dieb⁹ docebat in templo noctibus vero exiēs morabat in mōte q̄ vocatur mons oliueti: dormiebat em̄ in mōtibus: intantū ꝙ ipemet dixit de seipso Matth. viij. Vulpes foueas habēt ꝛ volucres celi nidos fili⁹ aūt hominis nō habet vbi caput suuz reclinet: ergo illud op⁹ fuit valde mirabile et ista paupertas cū ipse esset dñs oim: vñ. ps. xxiij. Dñi est terra et plenitudo ei⁹ orbis terrarū ꝛ vniuersi qui habitāt in eo. Quā tñ paupertatē voluit sustinere cōtra peccatū auaritie ad dandū nobis exēplū vt fugiam⁹ auaritiā maxime qñ ꝓpter auaritiā oia obligant. s. ad excōmunicationē quod est valde magicū obligare aiaz ꝓ bonis terrenis qm̄ plus valet vna aia q̄ oia terrena. Et ideo dicebat ipsemet xp̄s Mat. xvj. Quid ꝓdest homini si vniuersum mundū lucret aie vero sue detrimētum patiatur. Aut quā dabit homo cōmutationem pro anima sua. q. d. ꝙ non potest dare sufficientē: magna enim iniuria fit deo qñ aia obligat qꝛ obligat nō suū qm̄ aia non est hominis sed dei: ꝛ ad hoc est auctoritas clara Ezec. xviij. Ecce enim oēs anime mee sunt vt aia patris. Ita ꝛ aia filij mea est oia sunt xp̄i. Sz specialiter ponit aias qꝛ anime nullū habēt patrē nisi deū q̄ de nihilo illas creat: corpus autē gignitur in gñatiōe corporali. Itē fit iniuria iurisditioni ecclesiastice. Qꝛ maior pena quā ecclesia possit dare est mors aie per excōicatione: ꝛ sic maior pena iudicis temporalis est mors corporis: ꝛ ideo cū datur sentētia excōicatiōis pro aliqua re modica fit iniuria et delubriuz aie sicut fieret iudici tēporali si q̄s peteret aliquē cōdemnari pro duob⁹ vel trib⁹ racemis a vinea sua captis vel pro duob⁹ albis: caueāt ergo et renuncient snie excōicatiōis: fugiam⁹ ergo auaritiā que tantū malum operat. Itē qꝛ propter auaritiā franguntur festa qꝛ mercatores vadunt in die festo de vno loco ad alium pro lucrando. Itē qꝛ dātur citationes in die festo ꝛ citāt gētes quando debēt venire ad ecclesiam et multotiens dimittunt missam timētes citari: ergo fugiatur. Et illud exemplū dedit nobis christus quia paupertatē elegit ꝛ ideo dicit paul⁹ scdē ad Corin. viij. Scitis enim gratiā dñi nostri iesu christi quoniā ꝓpter vos egen⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

factꝰ est cũ esset diues vt illiꝰ inopia vos diuites essetis. ¶ Tertiuz opꝰ fuit certa predicatio qm̃ postq̃ christus incepit p̃dicare nunq̃ cessauit predicare sed ibat de vno loco ad aliũ pro instruẽdo ppl'm suũ. ⁊ istud opꝰ fuit mirabile sicut mirabile esset si rex francie facta aliqua cõstitutione vel ordinatione in cõsilio suo quaz vellet p̃conizari per regnũ si ipsemet capta tuba iret preconizatũ illud esset mirabile. Et si sibi diceret quare facitꝫ istꝰ? rñderet vt gentes maiorẽ fidẽ adhibeãt. Ita est de xp̃o: vnde facta constitutione in ꝯsilio trinitatis missi fuerũt precones in mundũ. Sicut noe qui tubicinauit. c. annis: vt patet Genes. vj. Itẽ abraham Moyses Dauid patriarche ⁊ prophete. Isti fuerũt tubicinatores qꝛ p̃dicatio dicitur tuba: vnde est auctoritas Esa. lviij. Clama ne cesses quasi tuba exalta vocẽ tuã ⁊ annũcia ppl'o meo scelera eoruz et domui Jacob pctã eoꝝ. vñ sicut tuba nõ solũ tangit ab ore sed etiã a manibꝰ: ita etiã p̃dicatio non solũ dz stare in verbo: sed etiã in opere: hanc tubã xp̃s deꝰ ⁊ hõ sumpsit qꝛ predicauit alta voce. Et si sibi diceret quare vaditis vosmet p̃dicatum responderet vt meliꝰ credãt: vñ in p̃dicatione alioꝝ qui erant puri hoĩes potuissent dubitare qꝛ hoĩes sunt peccatores: ideo poterant mẽtiri: dicit em̃ scriptura Eccl'i. vij. Non est em̃ hõ iustus in terra qui faciat bonũ ⁊ non peccet. Uerũtamẽ cũ deus hõ p̃dicauerit cũ non possit mẽtiri nec decipere nec decipi: iõ sine dubitatione credẽdũ est illi: vñ qꝛ p̃dicauit deũ trinũ ⁊ vnũ ⁊ vnã illarũ p̃sonaꝝ incarnatam ⁊ sacr̃m eucharistie ⁊ sl'ia: cũ nõ possit mẽtiri: ideo p̃dicauit ipse vt credamꝰ sibi: ⁊ iõ dicit beatus Ja. cap̃. j. sui euangelij. Deũ nemo vidit vnq̃ vnigenitꝰ filius q̃ est ĩ sinu patris: ipse enarrauit nobis: dicit in sinu. i. in secreto patris cũ sit vna ⁊ eadem essentia: cum patre ⁊ spiritu sancto. Credendũ est ergo ei. Et ideo dicebat Paulus. ij. ad Thimot. j. Scio ꝙ credidi ⁊ certus sum. ¶ Quartũ opus fuit amara passio. Et illud fuit mirabile ⁊ detur exempluz si in regno Frãcie eẽnt multi latrones quos rex condẽnauit ad mortem. Qd̃ videns primogenitꝰ regis qui dz succedere in regno: motus venit ad patrez petens supplicationez ab eo: quã exaudit ⁊ concedit pater: seruata tñ iustitia. Cui dixit filius pater seruabitur iustitia ⁊ supplicatio est ista ꝙ ego portẽ sniam ⁊ condẽnationẽ quam isti latrões debẽt pati. Tunc diceret pater o fili mi quõ vultis illud facere: respondit filius: qꝛ mĩa me cogit ⁊ iustitia vestra seruabitur ⁊ ego moriar pro ip̃is: ⁊ sufficit vobis sicut sufficeret si deberẽtur mille franci: ⁊ ille solueret illos: magnũ em̃ mirabile esset cuz talis filius regis iret ad patibulum ⁊ latrones illi liberarẽtur: istud mirabile fuit de filio dei qui sumens carnẽ humanam voluit mori pro omnibꝰ qui erant condemnati ad mortem propter furtum commissum ⁊ perditionem in paradiso terrestri quod commiserunt p̃mi parentes. Uerũtamen nos qui sumus filij sumus illis similes: qꝛ furamur deo honorem debitum: scilicet cum non portamus illi reuerentiam in ore: sed iuramus enormiter ⁊ blasphemamus. Item debitum siue redditus qui sibi debetur furamur. s. cum non colimus diem dominicum neq̃ festa: ⁊ propter ista pctã deꝰ dederat sentẽtiam contra vniuersos homines. s. vt suspẽderentur in furca inferni inter latrones ⁊ demones infernales: sed filius dei supplicauit patri vt ip̃e solus portaret onꝰ. Cui pater placet si seruet iustitia: qꝛ iustitia mea ẽ idẽ cũ mea essentia q̃ non põt separari a me: iustitia eniz ⁊ mĩa dei non sunt qualitates aduẽtitie sed sunt essentia deimet. Cui dixit filius p̃r seruabit iustitia: qꝛ ego q̃ preualeo vniuerso mũdo moriar ꝓ illo ⁊ mĩa: qꝛ qd̃ perditum erat iuste redimetur: volo enim flagellari: crucifigi ne homines flagellentur ⁊ crucifigantur in inferno. Istud enim fuit mirabile adeo ꝙ iudei et infideles non possunt credere. Et ideo dicit Paulus ad Corinthi. primo. Nos aũt predicamus christum crucifixum iudeis quidẽ scandalũ gẽtibꝰ aũt stultitiã: ipsis autem vocatis iudeis atq̃ grecis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

christū dei virtutē ⁊ dei sapientiā. Scandalizant̄ enim Judei qm̄ predicatur xp̄s crucifixus qꝛ non possunt credere: sed tñ illud fuit dei sapiētia: vbi habēt iudices et rectores: exemplū vt scꝫ sciant iustitiā et nō flectant̄ aliquo modo: vñ dicit illis scriptura Sap̄. j. Diligite iustitiā qui iudicatis terrā sentite de dño in bonitate. Itē habemus aliud exēplū ad agēdum penitentiā: qꝛ ꝑ passionē xp̄i denotat̄ penitentia. Et ideo dr̄ Mat. iij. ⁊. iiij. Penitētiam agite appropinquabit em̄ regnū celoꝝ. ¶ Quintū opus fuit benigna condescēsio: et ista cōdescensio benigna fuit qꝛ voluit statim post mortē xp̄i aīa descēdere ad infernum: vñ stetit tantū aīa xp̄i in inferno: quantū stetit corpus in sepulchro qꝛ in eodem instanti quo aīa exiuit de lymbo in eodē induit corpus. Et istū descēsum fecit xp̄s q̄uis potuisset mittere aliquē angelū: vnde fuit mirabile sicut esset mirabile si rex vellet descendere ad condēnatos carceri data venia ad cōsolandū ⁊ extrahēdū eos: ita fuit de xp̄o qui voluit cōsolari incarceratos ⁊ noluit mittere angelos: qꝛ non sumpserat naturā angelicā sed humanā: vñ ad Heb. ij. Nunq̄ em̄ angelos apprehendit sed semē Abrahe apprehendit ipse em̄ cū esset filius patrū qui erāt in lymbo scilꝫ Ade Abrahe Dauid et aliorū voluit ipsemet eos cōsolari. Et illud fuit mirabile intm̄ ꝙ Joānes baptista dubitauit vtrū descēderet ſm beatū Greg. sup illud Luce. xj. Tu es qui vēturus es an alium expectamus: dicit vēturus. s. in infernū q̄si vellet dicere beat⁹ Jo. Ego debeo descēdere in lymbū: ideo volo scire vtrū tu descēdes vel alius? Vñ habem⁹ hic exēplū ꝙ sicut xp̄s voluit honorare parētes visitando eos in lymbo: ita nos honoremus parētes. s. corde: ore: ⁊ opere: iuxta illud Eccl. iij. Qui timet dñm honorat parentes: et quasi dñis seruiet his qui se genuerūt in opere ⁊ sermone ⁊ oī patientia. ¶ Sextū op⁹ est plena resurrectio: et illud fuit ita mirabile ꝙ apl̄i nō crediderūt prima facie sicut Thomas: vñ ita fuit mirabile ꝙ cū Paulus predicaret fidem Atheniēsibus vbi erant multi ph̄i alios articulos audiebant patienter: sed qñ predicabat resurrectionē nō poterāt audire sed dixerūt: vt ptꝫ Act. xvij. Quid vult seminiuerbius hic dicere. Alij vero nouorū demoniorū videt̄ annūtiator esse: qꝛ Jesum et resurrectionē annuntiabat eis: ptꝫ ergo ꝙ fuit mirabile. Et ideo in symbolo ecclesie ponit̄ in isto articulo ad maiorem cōfirmationē. Et ideo beat⁹ Paulus loquēs de articulis fidei nō posuit ſm scripturas nisi i isto: vt ptꝫ ad Coꝝ. xv. Ego tradidi vobis in primis qđ ⁊ accepi: qm̄ xp̄s mortuus est ꝑ pctis nostris ſm scripturas: ⁊ qꝛ sepultus est: et qꝛ resurrexit tertia die ſm scripturas: ptꝫ ergo plena resurrectio. s. ꝙ fuit gloriosus tam in corpore q̄ ī aīa: ideo fuit plena resurrectio. Ubi habem⁹ moralitatē ꝙ sicut xp̄s tertia die resurrexit: ita nos debemus resurgere a morte aīe que est mortua per peccatū: vñ Jaco. j. Peccatū cū cōsummatū fuerit generat mortem. s. aīe. Sed possumus surgere in tertia die per penitentiā in qua sunt tres dies. s. cōtritio: cōfessio ⁊ satisfactio. Et isti sunt tres dies de q̄bus dr̄ Exod. v. Eamus viā triū dierū in solitudinē ⁊ sacrificemus dño deo nostro ne forte accidat nobis pestis aut gladi⁹: dicit sacrificemus. s. corpus nostrū per penitentiā. Itē est alia auctoritas noui testamēti ad Roma. vj. Quō xp̄s surrexit a mortuis per gloriam patris: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. ¶ Septimū opus fuit alta ascensio. s. qꝛ xp̄s ascendit ad celū cū oīb⁹ quos extraxerat de lymbo iuxta prophetiā Dauid in Ps̄. lxvij. Ascendisti in altū cepisti captiuitatē: accepisti dona in hominib⁹. Ista ergo fuit ascensio alta ⁊ illud fuit valde mirabile. Et in isto debemus Christū imitari. s. vt ascendamus in celū per contēplationē ⁊ desideriū: qꝛ iste mūdus nō est nostra habitatio: vñ deus fecit tres habitationes vnam pro angelis. s. celū. Aliā pro hoībus. s. paradisum terrestrē: ⁊ aliā ꝑ brutis aīalibus. s. mundū istū. Sed nos per pctm̄ sumus eiecti de habitatiōe nostra scꝫ de terrestri paradiso. Ideo clamam⁹ virgini Marie dicentes. Ad te clamam⁹ exules filij Eue. Ad te suspira. ⁊c. Ergo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

queramus paradisum: qz ad Heb. vlti. Dz. Non habemus hic manentē ciuitatē sed futurā inquirimus. Audiam⁹ ergo Paulū dicentē ad Collo. iij. Si consurre xistis cū christo que sursum sunt querite vbi xps est in dextera dei sedens que sursum sunt sapite nō que super terrā: dicit consurrexistis. i. per penitentiā: eleuamini per contēplationem z desideriū: z poterit dicere talis contēplatiuus cū Paulo ad Heb. iij. Nostra cōuersatio in celis est. Unde etiā saluatorē expectamus dominū Jesum xpm: ista ergo sunt septem redemptionis opera que xps fecit in terris. Rogemus ipsum q illorū operū faciat nos participes in hoc mundo p gratiam et in futuro per gloriam.

¶De ordinatione vite nostre que in quattuor stat.
Distinctio.cxxvij.

¶Ordinatio vite nostre stat in quattuor scz primo in ordinatiōe diei. Secundo in ordinatione septimane. Tertio in ordinatione mensis. Quarto in ordinatione anni.

¶Ordinatio ergo vite nostre stat primo in ordinatione diei. s. vt oremus mane z sero. Sed quō debet fieri ostenditur per similitudinē alicuius volētis obtinere aliqd a rege: qz talis si possit loqui cū rege supplicabit regi personaliter vt possit habe re gratiā suā. Scdō supplicabit regine. Tertio supplicabit amicis regis vt intercedant p ipso sed nō rogabit nec supplicabit māgonibus neq; seruitoribus qm̄ nunq; loquūtur cum rege: ita sitr si quis voluerit aliqd obtinere adeo primo debet supplicare regi xpo qm̄ cum ipso possumus loqui quotiens volumus. Itē talis dz supplicare regine. s. virgini Marie z consequēter amicis dei. s. angelis z sanctis suis qui sunt amici regis: et ideo dz Job. v. Voca si est qui tibi respondeat et ad aliquē sanctorū cōuertere. Nō debet tamē supplicare mangonib⁹ et seruitoribus qui nunq; loquūtur deo. s. soli lune et ceteris creaturis naturalib⁹. Sed predictis. s. regi christo z regine et amicis. s. sanctis fiēda est oratio. Sed quō dicitur q quattuor debēt seruari: primo em̄ debet fieri crux siue crucis signū quia dicit Rabanus in lib. de laude crucis z etiam Chrysostom⁹. Crux xpi clauis est paradisi. Et ideo cū volumus introire ad regem paradisi debemus sumere clauē scz crucē sicut ille qui vult introire ad regē in camera aperit portā cū claue post dicat. Credo in deuz minor. Tertio pater noster. Quarto aue Maria. Et fiat talis oratio mane z sero: et ita dabit prādium et cena aīe. Et sicut corpus in duplici refectione in die cōseruatur in vita: ita sitr vita anime cū duplici oratione: vñ Mat. iij. Non in solo pane viuit homo: sed ex omni verbo qō procedit ex ore dei. Et ista est ordinatio diei quā si quis tenuerit in hoc mundo Christus perficiet in gloria.

¶Secūda ordinatio vite stat in ordinatione septimane. Unde in quadā septimana est dies dnica que est prima dies septimane: z sitr fuit prima dies mundi. Et in hac die christus resurrexit gloriosus. Et ideo hunc diē debemus celebrare z colere ab omni opere mūdano cum alijs sex diebus laborauerim⁹ in negotijs mūdanis. In isto die debemus quiescere qz hec dies dz dies dñi. Juxta illud ps. cxvij. Hec dies quā fecit dns exultemus z letemur in ea. Et dz dies dñi: quia xpus fecerit dns etiam reliquos dies: tñ hūc diē fecit vt eū colamus tanq; festū. Et ideo sicut xps cum laborasset in tota vita sua in die dnico requieuit in gloria quantū ad corp⁹. Ideo vult vt ad representādum suā gloriā die illo quiescam⁹ ab omni opere terreno z faciam⁹ opones querēdo. Et ideo dicit xps Mat. vj. Primū querite regnum dei et iustitiā eius. Et hec oia adijcientur vobis: nō tamen debemus bibere in taberna et inebriari: nec ludere ad taxillos in die dnico. Mā magis frangit q̄ aliquis bibit in taberna per totā diem z inebriat q̄ quādo laborat z aratur in terra: ergo caueamus. Sed querit vbi debet dies dñi celebrare dicit q in ecclesia: z nō valet ratio hereticorū qui dicunt q vbiq; potest fieri et nō

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

solū in ecclesia qr dicunt q̄ deꝰ est vbiq̄. Sed non valet illa ratio quoniā sicut rex q̄uis habeat potentiā in toto regno suo habet tamē locū determinatū vbi audit causas ⁊ questiones: ⁊ vbi dat audientiā hoibus sicut Parisius est parlamētum regis Frācie: ita xp̄s habet locū destinatum. s. ecclesiā vbi est parlamentū xp̄i in quo fiunt ⁊ porrigunt sibi supplicatiōes et ipse audit querelas hoim: ⁊ ita deꝰ voluit q̄ oratio sibi fieret in ecclesia ⁊ in loco assignato. Primo nāq̄ tēpore Moysi dixit sibi deus Exod. xxv. Loquere filijs Israel vt faciāt mihi tabernaculū et habitabo ī medio eorū. Itē tp̄e regis Salomonis mādauit deus vt sibi fieret templū. Itē in nouo testamēto Apoca. xxj. dixit beatꝰ Jo. Audiui vocem magnam de throno dicentē: Ecce tabernaculū dei cū hoibus ⁊ habitabit cum illis: vadamus ergo oratū die dn̄ico in ecclesia: ⁊ nullus decipiat ab hereticis: qr dicit xp̄s Mat. xxj. ⁊ Mat. xj. ⁊ Luc. xix. et Esa. lv. Domꝰ mea domus orōnis vocabitur. Un̄ magis deuote fit oratio in ecclesia quā alibi ⁊ hoc ꝓpter conditionē loci: qr locus monet ad suā conditionē sicut taberna admonet ad bibēdum. Similiter lupanar monet ad luxuriandū: ita simil'r locus in quo habitat aliquis sanctus vir monet ad deuotionē: pariforma ecclesia monet ad deuotionē ⁊ orationē: ideo debet fieri in ecclesia sil'r. Secūdo querit quō debet audiri missa: dr q̄ cū quattuor conditionibus. Prima q̄ audiens missam sit ieiunus: ⁊ ita pōt dicere illud Ps. cxl. Dirigatur oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo. Secūda q̄ sit in principio misse ideo pulsant cāpane vt adunent gētes. Tertia q̄ nō loquatur: qr Esa. xxx. dr. In silētio ⁊ spe erit fortitudo vestra. Quarta q̄ non recedatur vsq̄ finita missa ⁊ isto modo dz sanctificari dies dn̄i. Exo. xx. Memento vt diē sabbati sanctifices: ⁊ si isto modo sanctificemus nomen dn̄i in Christo Jesu modicuz passos ipse perficiet. j. Pet. v. ¶ Tertio ordinatio vite nr̄e stat in ordinatione mensis. s. vt confiteamur quolibet mense: ⁊ illud datur ꝓ consilio quia nō est preceptū ecclesie qd obligat ad peccatū mortale sub pena damnationis corporis ⁊ aīe vt confiteamur semel in anno. Tamē nō debemus ꝑ vim facere sed gratis aliqua: ⁊ ideo datur ꝓ consilio vt quolibet mēse cōfiteamur: ⁊ ita nō erit nobis tediosum cōfiteri sicut est aliquibus graue cōfiteri: qm̄ non confitent nisi semel in anno: ⁊ nō merito quia tāta sunt pctā q̄ vix potest bene mūdari consciētia. Et datur sil'itudo de camisia quā si q̄s lauet quolibet mense vel sepius cū modico pannipurgio fit alba. Si aūt nō lauetur nisi semel in anno nullū pannipurgiū poterit ipsam facere albam: ⁊ nō restat nisi vt tradat igni: ita est similiter de camisia aīe. s. de cōscientia que nō potest bene fieri mūda cū vnica cōfessione in anno: ⁊ ideo mūdetur quolibet mēse. Et de isto est auctoritas s̄m intellectum moralē Exod. xxviij. Immēsum exordio offeretis holocaustū dn̄o. ¶ Quarto ordinatio vite nr̄e stat in ordinatione anni scz vt semel in anno cōmunicemus. i. sumamꝰ corpus dn̄i Jesu xp̄i qui est verissime in hostia consecrata: ⁊ hoc in pascha. Sed dicet aliquis quō pōt fieri q̄ in tam parua hostia sit xp̄s qui magnus hō est: sed aduertat talis ne decipiat qr illud et plura potest facere deus: posset em̄ totū mundū ponere infra granum milij: ideo non intret: ista dubitatio in corde sed verissime credat q̄ ibi est christus. Sed q̄re datur nobis cibus corporis xp̄i: dr q̄ ratio est: qr sicut omne malū processit ex cibo fructus. s. quē comederūt primi parētes: ita sil'r per cibū vētris virginalis ꝓcessit omne bonū. Et ideo vult xp̄s vt sumatur a xp̄ianis ⁊ vult introire in castrū qd ipse lucratꝰ est: quēadmodū aliquis rex cū lucratus est aliqd castrū ex inimicis vult intrare in illud: ergo nullus sit q̄ nō sumat corpus dn̄i qr per pctm̄ terribile est. Sicut potest cognosci per sil'itudinem alicuius regis veniētis ad aliquod castrorū suoꝝ volētis introire cui castellanus nō vult aperire q̄uis teneat ipsuz pro rege: ita similiter tale peccatū est qn̄ non volumus sumere christū regem: sumamus ergo corpus dn̄i: al's non introibimus in gloriā: qr ip̄e dicit Jo. vj. Amē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

amē dico vobis nisi mādu caueritis carnem filij hois ⁊ biberitis eius sanguinē nō habebitis vitā in vobis: qui manducat meā carnem ⁊ bibit meū sanguinem habet vitā eternā: ⁊ ego resuscitabo eum in nouissimo die: ꝯ caueamus. Sed queritur in qua etate debet sumi d̄r ꝙ in etate discretionis: iuxta decretalem omnis vtriusq; sexus. Que est in vndecimo vel duodecimo anno: in tali em̄ etate debet sumi tā a masculis q̄ a feminis quia nō est distinctio etatis maris ⁊ femine quātum ad istud: sicut est differētia inter matrimoniū cōtrahendū: qꝛ etas maris est in decimoquarto anno: et etas femie in duodecimo: quātū tñ ad cōmunionē nō est differentia: caueamus ergo. Sed opꝫ ꝙ simus parati in trib⁹. s. in corde vt neminē habeamus odio sed diligam⁹ nos inuicē: ⁊ ita poterim⁹ sumere corp⁹ dñi: ⁊ ideo dicit Dauid Ps. cxlvij. Qui posuit fines tuos pacem ⁊ adipe frumēti satiat te. Scdo debemus esse parati in ore. s. vt nō fecerimus aliquod falsum iuramentū quod ꝓ nulla re mūdi debet fieri: nec silr̄ iuremus enormiter. Itē ꝙ fuerimus in ore. Tertio debem⁹ esse parati opere: scꝫ vt restituamus iniurias ⁊ dāna alijs illata: ⁊ isto modo reperiemus remediū ad nostrā saluationē auxiliāte dño Jesu christo. Rogemus dñm ⁊c.

¶ De tribus que Christus ordinauit per que possumus ascendere celum. Distinctio.cxxviij.



Rdinauit Christus tria per que possum⁹ ascendere celum

Quorum primū est innocētia baptismalis.

Secūdum est obedientia diuinalis.

Tertium est penitentia integralis.

¶ Et quodlibet istorū stat in denario numero. Primū ergo qd̄ Christus ordinauit vt possumus adipisci celestē gloriam est innocētia baptismalis. Ubi sciēdum ꝙ in baptismo mūdantur paruuli a peccato originali: qꝛ facit leprosum paruulum esse totū a summo vsq; ad deorsum: sed mūdatur in baptismo. Ad hoc autē qd̄ intelligatur quid est peccatū originale: detur exēplum de imagine christi vel Marie virginis vel alterius sancti facta ex argēto clara ⁊ lucēti vt ponat̄ in ecclesia: ⁊ dū portatur ad ecclesiā cadit in lutum que nō ponetur in ecclesia quousq; fuerit mūdata et lota: ita est de aīa hois que est imago dei. Gen. ix. Ad imaginez quippe dei factus est hō. Sicut em̄ deus est vnus in essentia ⁊ trinus in personis: ita aīa est vna in essentia: ⁊ tres in potentia. s. memoria: intelligētia et volūtas et fit vt ponat̄ in tēplo dei: de quo Dauid Ps. xxviij. dicit. In tēplo eius oēs dicent gloriā: sed cadit in luto. s. in macula que cōtrahitur in generatione carnali et ita inquinatur: lauatur tamen in baptismo alꝫ non ingrederetur paradisum: iuxta illud Jo. iij. Amen amen dico vobis nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spū sancto nō potest intrare in regnum dei: si tamē lauet̄ in fonte baptismali intrabit ⁊ non solū paruuli sed etiam adulti ab actualibus peccatis mundant̄ in baptismo: vñ Esa. j. Man⁹ vestre sanguine plene sunt lauamini mūdi estote: loquitur Esa. Judeis qui inquinati fuerunt sanguinem Christi fundēdo ⁊ dicit adhuc vt lauent̄ et mundētur per baptismū. Sed videamus quomodo innocentia baptismalis stat in decē. Pro quo sciēdū ꝙ baptism⁹ non solum stat in materia sed etiā in forma que dat esse rei. Et ista forma stat in decem verbis siue dictionibus: scꝫ Ego te baptizo in nomine patris et filij ⁊ spiritussancti. Et ibi spiritussancti est vnum verbū siue vna dictio: ⁊ isto modo significat tertiā personam in diuinis. Si em̄ sunt due dictiones tūc predicatur de patre ⁊ filio: qꝛ pater est spūssanctus: filius est spūssanct⁹: ⁊ etiā angeli. Et ista innocētia baptismalis stat in decem: ⁊ non solum stat in decem in latino: sed etiam in vulgari nastro: hoc est in romantio dicēdo ieu te batege ⁊c. Et silr̄ in isto nomine innocentia mūdat taliter ꝙ si moriatur statim post baptismum volat ad paradisum: quod est contra errores vetularum dicentium quod propter dolorem matris puer patitur penam in purgatorio

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

q̄ est heresis qm̄ dolor ille ꝓcessit ex pec cato eue cui dictum fuit a dño Gen̄.iij. In dolore paries. ⁊ Sapientie.xj. Per q̄ q̄s peccat p hec ⁊ torquet̄. Cuz ergo eua p fructuz peccauerit punita fuit ⁊ sequē tes etiā puniūtur p fructū ventris: dicatur quō debet baptizari si a ventre exeat caput baptizetur ⁊ erit baptisatus cum oēs sensus sint in capite: si autē nō exeat nisi man⁹ vel pes dubiū est inter doctores vtrū debeat baptisari: tn̄ cōfidendo de mia dei baptisetur cū in quolibet mē bro sit tota aīa cū sit tota in toto ⁊ tota in qualibet eius parte: vnde dicit sanctus Thomas in tertia parte sūme sue q̄ talis baptisatus est cōfidendo de mia diuina ⁊ debet etiam sepeliri in cimiterio xp̄ianoꝝ: ꝓuideant tn̄ baptisantes q̄ sit forma verboꝝ debita. s. decē v̄ba supra dicta q̄ al's non esset baptisatus nec intraret paradisum: vnde nota exempluz de quodā magistro in theologia a vetula baptisato. Superius reperies in distinctiōe baptizata ⁊c. a. Ideo dicantur ⁊ ꝓferātur v̄ba iuxta modū ⁊ formā supi⁹ expressam quā xp̄s docuit ap̄lis Matt. vlti. di. Eūtes in mūdū vniuersū docete oēs baptisantes eos in noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ sp̄ūs sancti: ⁊ sic mūdat̄ p decē v̄ba. Et ideo pōt dici illud Luc.xvij. Nōne decē scz p decē v̄ba mūdati sunt? quia q̄ mūdat⁹ est p illa decem est innocēs. Sz notandū q̄ ista forma quā xp̄s docuit ⁊ instituit nō est solū in numero denario dictionū ⁊ litteraꝝ: sed etiā in corpore hominis. s. in pedib⁹ vbi sunt decē articuli qm̄ sicut pedes fedant̄ in terra lutosa in via huius mūdi ita anima fedat̄ in suis pedibus qn̄ infunditur in spermate. Et sicut cū pedib⁹ sustinet̄ corpus ita aīa sustinetur ad eūdum ad paradisū cū istis decē cōditionib⁹ q̄ intelligūtur p istā dictionē innocētia p quā hz anima lauari q̄ sordes eius in pedib⁹ ei⁹. Threñ.iij. Et iō indiget mūdari ⁊ post intrabit regnum ⁊ ista innocētia pōt haberi p hystoriam quā ponit btūs Lucas.xix. capitulo. Ubi ponit de quodā dicēti xp̄o qd̄ pōt dicere innocens. Dñe ecce mna tua quā tradidistis mihi decē mnas acquisiuit mna. i. gr̄a dei que gr̄a est qn̄ puer est baptisatus ⁊ ista mna. s. gratia d̄r tua scz xp̄i q̄ nō habet illā puer mnata sua ⁊ sequtur acquisiuit decez mnas. i. innocētiā baptismalē. Cui dixit xp̄s. Euge ſue bone q̄ in modico fidelis fuisti: eris ptātez habens supra decē ciuitates: decē ciuitates sūt decē beatitudines quas hn̄t saluati in paradiso quarū quattuor sūt aīe ⁊ quattuor corporis ⁊ due vite: quattuor beatitudines anime sunt.

Sapientia diuinorum.

Scientia creatorum.

Memoria preteritorum.

Letitia vniuersorum.

¶ Quia anima statim videt deū trinuz ⁊ vnū quē cognoscit ⁊ statim habet notitiā de omnib⁹ q̄ deus creauit q̄ oīa p̄terita scit q̄cūq̄ fuerunt ⁊ firmiter tenet in memoria: q̄ de oīb⁹ gaudet tā de pena dānatoꝝ q̄ de gl'ia saluandoꝝ et beatorum. beatitudines corporis sunt iste.

Impassibilitas q̄ semp delitijs abūdat.

Claritas quia lucebit plusq̄ sol.

Subtilitas quia omnia penetraret sine corruptione.

Agilitas siue leuitas quia magis velox erit q̄ sol qui in vna die vadit ab oriente in occidentē. Beatitudines aīe sūt iste.

Pax perpetua quia nunq̄ erit ibi odiuz neq̄ guerra.

Abundantia vniuersalis: quia quicq̄d volūt statim habebunt.

Et iste sūt ciuitates super quas constituuntur infantes dū descedunt post baptismū. Et ideo moraliter sciendū q̄ dū moriuntur paruuli non debemus flere sed summe gaudere cū sint in paradiso sed hodie fit cōtrariū: quare patet q̄ nullam habemus spem de alia vita. Et iō dicit btūs Paul⁹ p̄me ad Thessalonicēses.iiij. Nolumus vos ignorare de dormientibus vt non cōtristemini sicut ⁊ ceteri qui spem non hn̄t: dicit de dormientibus. i. innocēter morientibus. Si aūt filius Ribaldus peccator vel filia Ribalda moriatur impenitēs est flendū quia tales nunq̄ ridebūt nisi in furca inferni. Et talibus mulieribus poterit dici illd̄ qd̄ xp̄s dixit ī die sue passiōis Luc.xxiij.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Filie hierusalem nolite flere super me: sed super vosipsas flete ⁊ super filios vestros: quoniam ecce dies veniēt in quibus dicent beate steriles ⁊ ventres q̄ nō genuerunt: scilicet dum videbunt se mutuo in inferno. ¶ Scd̄m ꝙ christus ordinauit vt possum⁹ adipisci gloriam ⁊ celuz ascendere est obedientia diuinalis scz obedire mandatis dei: vnde qui non agit ꝯtra mādatū dei nō peccat mortaliter: sz venialit̄: ⁊ ista nō est macula ī aīa q̄ impediat eā ire ad paradisū. vñ diffinit̄ sic peccatum mortale: primo ab Augustino. Pctm̄ mortale est dictuz vel factū vel concupitū contra legem diuinaz. Et Ambrosius. Peccatuz est trāsgressio legis diuine ⁊ celestium inobedientia mādatoꝝ: ergo si velim⁹ nō impediri a gloria ⁊ mundari seruemus mādata: vnde cum quidā legisperit⁹ dixisset xp̄o Mat. xix. Magister bone quid boni faciam vt habeā vitā eternā. Respondit xp̄s ostendēdo obediētiaz mādatoꝝ. Si vis ad vitam ingredi serua mādata: ergo possumus dicere. Nōne decē. s. ꝑ decē mandata mūdati sunt. Et ista obediētia stat in numero denario qꝛ decem sunt mādata ⁊ non plura: qm̄ oēs cōstitutiones canonum et omnia mandata cōprehendunt̄ in istis decē. Et oīs homo si velit bñ seruare mandata et esse bene obediēs debet bene ordinari.

Primo erga deum.
Scd̄o erga ꝓximum.
Tertio erga seipsum.

¶ Primo ergo erga deū debemus bene ordinari seruando tria: scz nō ire ad sortilegos nec inuocare demones ꝑ quacūq; re qm̄ stultitia est qꝛ demones nesciūt alios dirigere cum sint in tenebris. Secūdo debemus deo reuerentiā oris: scilicet non iurare nec blasphemare ⁊c. Tertio debemus erga deuz ordinare opera cū ipse det nobis omnia. s. tā esum q̄ potum qm̄ creature non sunt nisi instr̄a et ministri dei. Sicut sol ⁊ alij planete: silr̄ terra. Seruiamus ergo ei in aliquo: vñ seruitium laicorū est de septem dieb⁹ ei seruire in vno. s. in die dominico, s. audire missam deuote nihil temporale agere et ita erimus bene ordinati erga deum et in ista ordinatione comprehendūtur tria prima mandata. ¶ Scd̄o debem⁹ eē bene ordinati erga ꝓximum vbi sūt tria mandata: vnde ꝓximi ꝓpinquiores sūt parentes erga quos debemus ordinari scz corde ore ⁊ ope. Corde diligēdo. Ore nō iniuriādo. Opere eis diligēter seruiēdo: alr̄s maledictus erit qui faciet ꝯtrarium. Ergo alios etiā debemus ordinari: scz non vindicari cum simus in domo dñi ꝙ ostēditur in illo mandato non occides non furari nō rapere cuz deus cuilibet dederit portionē suaz: vñ ad Ephe. iiij. Qui furabatur iam nō furet̄ magis autē laboret operando manib⁹ suis: habēda ergo est ordinatio erga ꝓximū. Et ita habem⁹: sex mādata. s. tria erga deū ⁊ tria erga ꝓximum. s. vnū erga parētes ⁊ duos erga alios ꝓximos. Nūc restant quattuor erga seipsum.

Primum est bene ordinare corpus.
Scd̄m est bene ordinare animam.
Tertium est bene ordinare cor.
Quartum est bene ordinare os.

¶ Primum erga seipsum est bene ordinare corpus scz tenere ip̄m castū ꝑ quo habemus non mechaberis. Erga scd̄m scz aīam non desiderare luxuriam. Pro quo facit aliud mādatū. s. nō ꝯcupisces vxorem proximi tui qm̄ inodicū prodest corpus castum si anima mechet̄. Erga tertiū scz cor debemus ordinari nō desiderando aliquomō rem alterius neq; per mortem neq; alias. Erga quartum scz os debemus bene ordinari nō loquēdo falsum testimonium nec diffamādo. Pro quo facit illud mandatū. Nō falsuz testimoniū dices: ⁊ ita habebim⁹ obediētiā diuinalē que stat in decē p̄ceptis. Et possumus cōsequēter dicere. Nōne decem. i. per decē mādata mūdati sūt hoc est per obedientiam: vnde in hoc nomine obedientia sunt decē littere. Et illud ostenditur satis subtiliter in hystoria q̄ ponitur Gen̄. xviij. de quinq; ciuitatib⁹ scz sodoma gomorra seboym adama et segor: vide hystoriam quō in illis ciuitatibus nō fuerūt inuēti q̄nquaginta nec q̄draginta nec trigīta nec vigīti nec decē

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

iusti: et qz nō fuerūt inuenti decē iusti nō perierūt. Unde nota q maior numerus quē receput Abrahā p qualibet ciuitate erāt decē z cū nō inuenisset p ꝗlibet decē desc̃edit vsq; ad decē p oīb⁹ ꝗnq; ciuitatibus z nō ascēdit vsq; ad decē neq; descēdit z qz nō inuenit decē mādata perierūt z ista est obedientia q̃ silr stat in decē litteris. Similiter in corpore humano: scz in manibus in qb⁹ sunt decē digiti p quos intelligūtur decē mādata: ideo bonū esset in vngue cuiuslibet digiti scribere vnū mandatū: z ita patet quō signant per decē digitos. Et sūt ad hoc due auctoritates: prima est Job. xxxvij. Dei in manu hoīm oim sigt vt nouerint singula opera sua. Itē alia salomōis Prouer. xvij. Serua mādata mea z vnes z legē meā q̃si pupillā oculi tui liga eā in digitis tuis: scribe eā i tabulis cordis tui. Auisemus ergō nos vt bene ordinemur p obedientiā. Tertiū q deus ordinauit per qō possimus adipisci gr̃iam z celuz ascendere est pnia integralis. Et istō est valde necessariū qm̃ postq̃ pdimus innocentiam nūc tenebimus obedientiaz mandatoz: oporteti ergo q agamus penitentiā alis nullū est remediū ad saluatiōnē z mūdatiōnē aiaz: z hoc oñdit nobis xp̃s in pmo sermone quē fecit publice de q̃ dr Mat. iij. Cepit ihesus p̃dicare z dicere pniam agite appropinquabit em̃ regnum celoz: z hoc fuit post reuersiū in deserto z pas nō p̃dicauerat publice ad denotādū q nulli⁹ dz p̃dicare pniaz nisi ipe pmo fecerit. Sz nota q̃ dr pnia itegralis. Pro quo sciēdū q pnia integralis stat in decē. primū est cognitio pcōz. rc. vide supra i distinctiōe. Gratia dei ad tria est necessaria in pma parte. Et capias decē sictiā q vltimū sit eucharistia. Et cōcludendo dices: z ita mūdabimur per istaz pniaz cuius partes sūt decē. Sicut ptes siue ire huius nois pnia sūt etiā decē. Et hoc oñdit p figurā q̃ scribit Esa. xxxviij. de ezechia cui dixit Esaias q mozeret. Et post dati sunt ei. xv. anni z in testimoniū sol reuersus est versus oriētē p decē lineas: vñ dicit textus z reuersus est sol decē lineis p gradꝰ q̃s descēderat. Jstud est ad lr̃am: sed spūaliter p ezechiā intelligit q̃libet pcōr q̃ est infirmus vsq; ad mortē sol est xp̃s: vñ cantt ecclia ad laudē virginis gl̃ose Felix nāq; es sacra virgo maria z omni laude dignissima: qz exte ortus est sol iustic̃e xp̃s deus nr̃. Qui sol in peccatore est in occidente sed p pniaz reuertitur in oriētem. i. ad gr̃am p decē lineas id est decē opa pnialia tam dicta. Et ista oñdit xp̃s in capite. f. in q̃nq; sensib⁹ qui sunt partes: vñ signū innocētie est in pedibus: signū obediētie in manib⁹: signū pnie in capite que oia in decēnario numero ꝯcludūtur: vñ q̃ vno istoꝝ modoꝝ mūdat⁹ fuerit poterit dicere illud p̃s. Aspges me dñe ysopo z mūdabor: lauabis me z sup niuē dealbabor. In ysopo sunt decē frondule quib⁹ aspergitur aq̃ bñdicta. Et oia ista triaꝝ ostēduz est designātur p decē q̃b⁹ mūdamur vt merito dicam⁹. Nōne. i. certe decē. i. p decē vdicti est mundati sunt rc.

¶ De oīb⁹ christi q̃ in quattuor signis cognoscuntur.

Distinctio. cxxix.

QUes christi in quattuor signis cognoscūtur. Quoz pmū est innocētia. Scōm est beneficentia. Tertiū est patientia. Quartum est obedientia.

¶ Istas em̃ ꝗttuor pprietates hz ones. Et ī cōpleros suos vocat ones ppriās siñtudines. Primū q̃ signū est innocētia vcz q nō faciant malū. Nā ones non facit malū nec cū coznib⁹ nec cū pdib⁹: nec cū vnguib⁹: nec cū pedib⁹. Sic q̃ vult tē ones xp̃i nō dz ferire cū cozniboꝝ ista cornua sunt duo. f. potētia z scia. Nā sicut bos defendit se cū cornibus sic homines hodiernis diebꝰ defendūt se cū cozniboꝝ dictis. f. potētia: z sciam tales debent se custodire ne ꝑueniāt cū istis cornibus: ꝑbi gr̃a. Si es magnꝰ dñs vl potens noli facias iniuriā aliis: nec sis scientiosus cū cauc ne decipias pauperē ꝑpter denarios: item notari⁹ q̃ pōt facere carthā in modico nō ponat multū nec faciat sol nere vltra modū: z sic erunt ones xp̃i

su: vñ Dauid p̄s.lxxiiij. Dixi iniquis no
lite inique agere ⁊ derelinquentib⁹ noli
te exaltare cornu. Et ifra. oīa cornua pec
catoꝝ cōfringā. Cornua pctōꝝ vt dictuz
est sūt potētia ⁊ scīa q̄ cōfringūtur qñ nō
bñ custodiūtur. Sz si tu benevtaris po
tentia tua ⁊ scīa deus multiplicabit tibi
eā ⁊ in alio mūdo eris exaltat⁹. Jō seq̄
tur ⁊ exaltabūtur cornua insti. Itē q̄ vult
esse ouis xp̄i non mordeat cū dētib⁹ hoc
est ꝙ nō diffamet aliquē puta si est crimē
secretū ⁊ facis tñ publicū tūc mordes eū.
Nā amoues sibi bonā famā quā hēbat.
Itē mordes iesum xp̄m faciēdo falsū iu
ramētū vl̄ blasphemādo deū qđ est gra
ue pctm̄ cōtra deū: nā ꝓ malo haberes si
morderet te canis. Sic de⁹ hz ꝓ malo qñ
iuras ⁊c. Itē qñ ludūt ad taxillos rene
gāt deū si aliq̄s vult esse ouis xp̄i nō mor
deat deuz nec ꝓximū: ideo d̄r ad Gal. v.
Si adinuicē mordetis ⁊ comeditis vide
te ne abinuicē cōsūmamini. Itē ouis nō
ꝟberat cū vnguibus: ita q̄ vult esse ouis
nō debet recipe aliq̄d de alieno: nā alijs
aīalib⁹ dedit deus vngues recuruas: sz
hoīb⁹ lōgas ⁊ rectas: ⁊ sig̃t ꝙ hō nō dz ca
pe aliq̄d iniuste de alieno nec ꝓ vsura nec
alio quocūq̄ mō indebito ⁊ inordinato:
⁊ ratio est qz p̄r̄familias hñs filios: ⁊ fi
lias qñ comedit dat cuilibet de familia
partē suā ⁊ portionē ciboꝝ ꝟm suā volū
tatē mō si vn⁹ amouerit ꝑtē alteri eo qz
forte maiorē ꝑtē habuit q̄ ip̄e nō esset de
hoc p̄r̄familias letus eo ꝙ dareť intelli
gi ꝙ ip̄e nō bene diuisit. Itē paterfami
lias est deus qui habet domū. s. istū mū
dum ⁊ magnā familiā quia oēs quotq̄t
sumus in hoc mūdo sumus de familia
eius ⁊ dedit nobis oīa bona q̄ habem⁹
ideo p̄s. xxiij. Domini est terra ⁊ plenitu
do eius orbis terraꝝ ⁊ vniuersi qui ha
bitant in eo: ⁊ vni dedit plusq̄ alteri se
cūdū ꝙ placuit ei qz aliq̄b⁹ dedit vnum
ducatū alteri vnū comitatum alteri ma
gnos redditus sicut militib⁹ ⁊ nobilib⁹
alteri dedit magnas diuitias sicut bur
gensibus ⁊ mercatorib⁹ alteri magnas
hereditates vineas campos ortos pra
ta alteri vnam paruam domum vel cā
pum aut vineam sicut pauperibus labo
ratoribus. Ideo nullus debet capere de
parte alteri⁹ qz faceret ꝯtra volūtatē dei
q̄ dedit cuilibz ꝟz qđ placuit ei: ⁊ isto mō
erimus oues xp̄i. Ideo d̄r p̄me ad Coꝝ.
vj. Fratres nolite errare neq̄ fures neq̄
auari neq̄ rapaces regnum dei posside
būt. Itē ouis nō ꝟberat cū pedib⁹ hoc ē
ꝙ null⁹ dz cōtēnere ꝓximū. Si tu es di
ues nō cōtēnas pauperē: si sapiēs nō con
tēnas ignorantem. Itē si tu es iust⁹ non
contēnas pctōrē ⁊ sic de alijs. Et isto mō
eris ouis xp̄i Mat. xviij. Uidete ne cōtē
natis vnū ex his pusillis. dico em̄ vobis
ꝙ angeli eorum semper vident faciez pa
tris mei qui in celis est. Et de hoc dicam
vobis vnum exemplum Dauid inter ce
tera peccata fecit vnum peccatum: nam
habebat plures gentes armorum ⁊ mi
lites ⁊ voluit ꝙ numerarēť omnes ⁊ dis
plicuit deo: ⁊ sic deus misit mortalita
tē in terra Dauid sic ꝙ in tribus diebus
mortui fuerint septuaginta milia. Ideo
dicit Dauid scđi Reg. xxiiij. Dñe ego sū
qui peccaui et ego inique egi. Et ita eri
tis oues christi ⁊ illi q̄ non fecerit sic: nō.
Et ideo in die iudicij dicet dominus oī
bus Matthei. xxv. Uenite benedicti pa
tris mei possidete paratū vobis regnuz
a constitutiōe mūdi. Alijs aūt dicet. Ite
maledicti in ignē eternum qui paratus
est diabolo ⁊ angelis eius. Scđm signū
in quo cognoscūtur oues xp̄i est bñficen
tia hoc est facere ꝓximo suo bonū. Naz
ouis facit multū bonū plusq̄ papa aut
rex. Nam si vnus hō indueret cētū ꝑso
nas dicerent gentes: iste homo est mul
tum misericors: plus faciunt oues. Nā
ouis habet duas tunicas: ⁊ in vere reti
net vnam et dat nobis aliam: scilicet la
nam retenta sibi pelle et adhuc plus: qz
dat lac ad comedendum et faciendum
caseum. Et ita si nos volumus esse oues
iesu christi debemus dare duo bona ꝓ
ximo scilicet lanam ⁊ lac: per lanam intel
ligūtur bona exteriora. s. dare elemosy
nas vestire nudos: ⁊ sic de alijs: ꝑ lac in
telligūť bōa interiora q̄ sūt bona spūalia
qz si es scīēs debes docere ignorātes. Si
iustus debes corrigere benigne pctōrē.
Nā sicut lac exit de vberib⁹ ouis p̄mēdo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Sic nos ex nostra scientia debemus instruere primos in dño dando bonũ exẽplum ⁊ honestã quersationẽ ⁊ alia bona spiritualia. Et poteris hic notare de operibus mie spiritualib⁹ ⁊ corporalibus ⁊ sic erimus oues xp̃i. Et ita dicam vobis exemplũ de beato martino: nã ipse sepe predicabat de operibus mie ⁊ gẽtes nõ credebãt ei. Accidit aũt quadã die dum iret predicando de villa in villã inuenit vnã oẽ tonsam ⁊ sine lana ⁊ ipse respiciebat eã attente: dixerũtq; socij sui: cur respicitis eam: ⁊ ipe respõdit. Ego video q̃ ista ouis fecit preceptũ euangelicũ qõ scriptũ est apud Lucã. Qui habet duas tunicas det vnã nõ habẽti: nã ista ouis expoliauit se vna tunica ⁊ dedit gẽtib⁹. Sz q̃ vult esse ouis xp̃i succurrat primo suo dando vel cõmodando. Nã aliquotiens prevalet accõmodare q̃ dare: vide supra. a. Unde Dauid p̃s. cxj. Jocundus homo q̃ miserẽ ⁊ cõmodat disponit sermones suos in iudicio q⁹ in eternũ non cõmouebit. et hoc quãdo est sine vsura. ¶ Tertiũ signum in quo cognoscuntur oues xp̃i est patiẽtia. Nam alique bestie sunt impatiẽtes sicut canis: nam si accipias canẽ per pedẽ vel caudã vel aurem statim mordet: sed ouis nõ habet istam conditionẽ. Nã si das ei cũ baculo nihil dicet imo recedet ad aliã partem ad cõedendũ: sed nõ est sic in aliquib⁹ q̃m si dicatur aut fiat eis aliq̃d quod non placet ei ꝫ mediate mordent dicendo iniurias aut vindicãdo se verberant si possunt: et tales impatiẽtes nõ sunt oues iesu christi. Sed persone patiẽtes que nolũt vindictam de suis inimicis imo bono corde parent nec faciũt mẽtionẽ de iniurijs sibi illatis nec volũt reddere malũ p̃ malo: et in tribulationib⁹ suis habẽt bonaz patientiã nõ murmurando cõtra deum: sed laudãtes eum tales sunt oues iesu christi. Et de talib⁹ dicit Luce. xxj. In patientia vestro possidebitis alas vestras: q⁹ tale sequunt pastorẽ scz iesum christũ qui habuit mgnã patiẽtiã sustinẽdo opprobria ⁊ persecutionẽ ⁊ flagella deniq; mortẽ. Esa. liij. Sicut ouis ad occisionẽ ducẽt ⁊ quasi agnus coã tondẽte se obmutescet ⁊ nõ aperiet os suũ. Et iõ si vis lum⁹ esse oues christi ⁊ habere signũ celeste necessaria est patiẽtia iuxta dictum apostoli ad hebre. x. Patiẽtia em̃ vobis necessaria est vt voluntatẽ dei facientes reportemissionẽ reportetis. ¶ Quartũ signum in quo cognoscunt oues christi est obediẽtia. Nã videtis qualiter ouis est obediẽs qm̃ si pastor proijcit lapidẽ contra oũ immediate ipsa obedit: vel si minatur aut videat baculũ ita q⁹ vn⁹ puer faciliter regit multas oues. Non est sic de capris q̃ nõ faciũt nisi saltare hinc inde; ita q⁹ cuilibet capre oportet vnũ pastorem habere. Ita moraliter qui volũt esse oues xp̃i debẽt esse obedientes sibi q̃ ait Johã. x. Ego sum pastor bonus ⁊ cognosco oues meas ⁊ cognoscũt me mee: scz illi q̃ tenẽt precepta dei ⁊ sequunt exẽplu iesu xp̃i tales possunt dici oues xp̃i de quib⁹ ipse ait Johã. x. Oues mee vocem meã audiũt ⁊ sequunt me ⁊ ego vitam eternã do eis. Sed nũc videamus sunt obediẽtes deo ⁊ sic cognoscem⁹ per signũ qui sunt oues christi aut q̃ sunt ea pte deus vult q⁹ vadamus per iter rectũ scz confidentiã diuinalẽ: et si habeam⁹ q̃ aliquã necessitatẽ q⁹ recurramus ad eũ: et ideo illi qui vadũt ad diuinos ⁊ sortilegos non sunt oues sed capre. Jtez vult deus q⁹ vadamus per iter rectũ s. diuinalem reuerentiã ad diẽ dñicã ⁊ festa audiendo missam ⁊ cessando a negotijs secularibus sed contrariũ fit: et sic de aliis p̃ceptis dicitur q⁹ illi qui obseruãt ea portant signũ q⁹ sunt oues xp̃i: ⁊ in die iudicij collocabunt in dextra parte. Matth. xxv. Cũ venerit filius hois in maiestate sue ⁊ oẽs sancti eius cũ eo tũc sedebit in sede maiestatis sue ⁊ congregabunt añ eũ oẽs gẽtes ⁊ separabit eos abinuicẽ sicut pastor segregat oues ab hedis. Et statuet quidẽ oues a dextris suis ⁊ illis dicet. Uenite benedicti patris mei. Sed illi qui nolũt seruare p̃cepta sed sunt inobedientes signum dant q⁹ sunt capre: et ideo in die iudicij erunt cũ capris: et hedis in sinistra et eis dicet iesus. Jte maledicti in ignem eternũ: ⁊ ibunt cũ demonibus in infernũ in ꝑpetũ q⁹ nolluerũt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

se regere ꝑm voluntatē pastoris iesu xp̄i ideo peribūt sicut ouis q̄ nō sequit̄ gregem z cōsortū aliarum sed vadit hinc z inde z venit aliq̄n lupus z rapit eam: qz nō sequit̄ alias. Sic illi qui nolūt sequi viam mandatoꝝ dei sed discurrūt hinc et inde per diuersa peccata rapiuntur a diabolo: quia nolunt sequi oues christi nec credere ei: ideo de quolibet tali potest dici illud Psalm. cxviij. Errauī sicut ouis q̄ perit. Et talib⁹ pōt dicere xp̄s iesus bon⁹ pastor illud qđ dicebat iudeis qui nolebant credere ea que dicebat eis. Uos nō estis ex ouib⁹ meis. Jo. x. Rogemus dñm vt ipse qui est pastor eternus per suā miam introducat nos in suū ouile. s. regnum celeste. Amen.

¶ De tribus panib⁹ quibus indigemus vt accomodet eos nobis christus.

Distinctio. cxxx.

PAnes tres in quib⁹ stat tota puisio nature humane comodauit nobis xp̄s amicus noster.

Quoꝝ primus est remissio peccatorum.

Scōs est prouisio temporalium.

Tertius est possessio gaudioꝝ celestiū.

¶ Primus ergo panis quo indigem⁹ vt accōmodet nobis xp̄s est remissio pctōꝝ mortaliū: qz pctā nō facūt perdere amorem dei: etiā oia pctā venialia simul non ducerent ad infernū: cuius tñ oportet q̄ purgēt̄ in purgatorio: vt est comedere vel bibere vltra necessitatē: z hoc nō frāgendo iemniū: vel satis loqui aut ridere vel nimis dormire. Quantū ꝯo ad pctā criminalia siue mortalia dz quilibet nostrū diligenter petere quotidie a deo q̄ ipse parcat nobis. Sed quare vocat̄ panis? Dico q̄ panis naturalis est cib⁹ vitę: alia aūt cibaria sunt companage. Ad idem vita aie nr̄e stat in remissiōe pctōꝝ q̄ aia cuius stat in pctō mortali est mortua: sed in remissione pctōꝝ recuperat gratiā dei quā amiserat p pctm̄ mortale. Uñ Eze. xvij. Factus est sermo dñi ad me dicens. Fili mi panē tuū in turbatione comede: sed z aquā tuā in festinatione z merore bibe. Nota q̄ dicit cōturbatiōe. Bone gentes iste panis est remissio peccatoꝝ qui debet comedi in conturbatione z dolore: z aqua debet bibi festināter et cū lachrymis z sic cū dolore: vñ in oibus operibus penitentialib⁹ p que creatura pōt habere remissionem pctoꝝ primū est cōtritio cordis. s. cū dolet de peccatis z petit a deo remissionē z venit tribulatio cordis petendo veniā. Aqua bibitur cū festinātia z merore q̄n lachryme currūt z exeūt de oculis z ecce prandium cōpletū. ergo iste panis cōtritio z potus sunt lachryme: z ideo dicit Dauid ps. l. Sacrificiū deo spūs cōtribulatus cor cōtritum z humiliatū deus non despicies.

¶ Scōm opus pnie qđ dat remissionem est ozis cōfessio p qđ debet proȝcere oia pctā: sicut q̄n aliquis hȝ ylcus siue botū comȝmit vt exeat sanies siue putredo. Ad idem p os debet exire putredo pctōrum cuius cū dolore exeat in corde. Ad idem de flozanche a quo dolore exit putredo sed tñ cōmodosuz: qz p hoc sanat. Ad idem p cōfessionē cū dolore exit peccatū: sed aia remanet bene purgata z sana ac lucens sicut sol: si tñ exeat videt radit. ¶ Tertium opus pniale siue panis est afflictio corporalis: sicut est portare cilicium vel ieiunare ꝛc. Iste panis dat vitam aie cuius corpus sentiat dolorem. Sed diceret aliquis: z qđ cōmodū habz deus si ego flagello me p abstinentias? Dico q̄ nullū: sed cum aia tua exierit de isto mūdo z ibit ante deū demones accusabūt eam de pctis: dicet aia. Uerum est dñe q̄ ego cōmisi illa pctā sed taȝ feci de me iustitiā tanq̄s de latrone cum trōpeta coȝ me dicente: sitis memores ꝛc. z tunc iesus recipiet eā ad paradisum: z iste est panis vite. ¶ Quartum opus est oratio denota de mane z vespere: z in illa deus dimittit peccata. Matthei. xvij. Serue nequā omne debitum dimisi tibi qñ rogasti me. Debet esse fieri cum deuotione flexis genib⁹ si habeat facere remissionē pctōꝝ: alꝫs nō. ¶ Quintū opus est elemosyna: qz statim cū elemosyna exit de tua manu statim venit gratia dei de celo ad te: sed debet fieri cum tribulatione pe-

A

sando: iste q̄ petit elemosynā forte plus habebat de diuitijs q̄ ego: sed dimisit amore dei: vel forte perdidit: & sic habendo cōpassionē & dolorem de eo debes dare. ¶ Sextum opus est emendatio vite: vt si tenuit malā vitā q̄ dimittat illā totaliter & capiat bonā sed cū tribulatione satis tñ est sibi tribulatio dimittere vsuz iam versum in naturā: sicut est auaritia: superbia: luxuria &c. Iste est panis q̄ dat vitā aie & remissionem pctō⁹ cū ꝓposito nō peccādi. ¶ Septimū opus est restitutio ablator⁹ vt. s. q̄n homo habet aliquid male acquisitū & videt illud pensat q̄ si restituat illud status suus diminuet: satis est sibi tribulatio & labor: sed tñ est ibi remissio pctō⁹. ¶ Octauū opus est remissio iniuriarū pensando iniurias que facte fuerūt ihesu xp̄o & ipe pepercit oib⁹. Ad idē ꝓpter amorē ei⁹ nos alij debem⁹ remittere iniurias quātūcūq; magnas et est remissio pctōrū. ¶ Nonum opus est restitutio fame & est maius q̄ si furatus fuisses bona tpalia. Et ideo necessaria est restitutio dicēdo oībus personis quib⁹ dixit. Ego dixi vobis tale quid de tali psona & hoc cum malicia: & ideo rogo vos quatenus non credatis. Et rogo vos q̄ parcatis mihi quia dixi vobis malū de primo meo tali qui tñ est bon⁹ homo vel bona mulier. ¶ Decimū opus est sacr̄m cōtionis & fit cuz dolore ita scilz q̄m qui debet recipere corpus xp̄i primo debet cogitare in passione xp̄i q̄ fuit affixus & coctus in arbore crucis inter duos ignes: ad dexterā igne charitatis & mie: ad sinistrā igne tribulationis: & ñ venit dolor i corde: & sic dz recipere. s. ad Cor. xij. Quotiēscūq; em̄ māducabitis panē hunc & calicē bibetis mortē dñi annūcabitis donec veniat. Itaq; quicūq; māducauerit panē vel biberit calicem dñi indigne reus erit corporis & sanguinis dñi. Et ecce declarata est auctoritas fili hominis panē tuū in cōturbatiōe comede. ¶ Secūdus panis quem debem⁹ a deo petere est promissio bonor⁹ tpalū seu terrenalium: q: nō possumus trāsire in isto mundo sine prouisione terrenali. Et ista prouisio est vnus panis: vnde quando Adam peccauit ꝓdens voluit ipsum eijcere de paradiso dixit ei Gene. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terrā de qua sumptus es. Nota q̄ dixit vesceris pane tuo & nō dixit bibes nec vestieris et alia necessaria. Et ratio est q: panis in sacra scriptura denotat totā prouisionē corporalem: dicit em̄ vulgariter. Talis bene sat lucrari panē suū: & istū panem debem⁹ petere a deo tanq̄ ab amico. Oēs labores quos sustinem⁹ in hoc mūdo sustinem⁹ pro isto pane habendo: & melius acquirimus petendo q̄ laborando: vñ ꝓ totā septimanā laboratis & in die dñico debetis facere istū cōputū. Dñe p totā septimanā laborauit pro habēdo panem pro vita sustentanda sed sine vestro bñficio nihil ꝑdest labor: & ideo rogo vos quatenus dirigatis meū laborē dando mihi istū panem. Mat. vij. Quis est ex vobis homo quē si petierit filius suus panem nūquid lapidem porriget ei: aut si piscem petierit nūquid serpentem porriget et: aut ouum nunquid & porriget illi scorpionē. Si ergo vos cū sitis mali nostis bona dare filijs vestris: quanto magis pater vester qui in celis est dabit bona petentib⁹ se. Sed quare noīat magis ista tria. s. panē piscez & ouum q̄ aliqua alia? Dicit q̄ ideo q: tota nostra prouisio stat in tribus. s. in fructib⁹ et bonis q̄ dat terra & bonis q̄ dat aqua aut in his que dant a fatis. Et in his q̄ dat terra est nobilior panis & ideo noīat panē: vnde si messes vestre sunt debiles et petitus a deo panem statim dat. Et ideo plus habemus ꝓ laborando: & de aqua habem⁹ piscem & nō dabit serpentē. Et ideo dicit christ⁹ de aqua. Ego dabo vobis fontes aquas bonas & viuas. Ouum erit ab animalibus: & ideo per ouū significat quicquid exit ab animalibus: & ita petendo ista tria oia alia bona intelliguñ. Et ita petamus a deo digne & non cōfidamus q̄ propter nostrū laborē veniant nobis bona: q̄m ideo veniūt nobis siccitates & tempestates &c. Et ideo post laborē ser dierum debemus die dñico quiescere a laboribus & negocijs tpalibus & laborare

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in spūalibus petendo a deo. Et ideo dicimus in pater noster Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. Et ecce scd̄s panis.s.prouisio tēporaliū. ¶ Tertius panis est possessio gaudioꝝ celestiū: qꝛ nihil valent nobis oīa bona istius mundi nisi haberemus gaudiū celeste: qꝛ q̄ nō vadit ad celū vadit ad infernum: ⁊ ideo debemus petere sic. Dñe postq̄ ego petij a vobis remissionē pctōꝝ: item petij prouisionem bonoꝝ tpaliū: nunc peto a vobis possessionē gaudioꝝ celestiū. Uñ Lu.xiiij. Btūs qui manducat panem in regno dei. Et quis est panis regni dei? Dico ꝙ gaudiū qd̄ habent beati de presentia iesu xp̄i: ⁊ iste panis dat cōplementum ⁊ sacietatē. Et de isto dicit Luce.xj. Quis vestrū habebit amicū ⁊ ibit ad illum media nocte ⁊ dicet illi. Amice accomoda mihi tre panes qm̄ amicus meus venit de via ad me ⁊ nō habeo quid ponam ante illū. Et ille de intus respōdēs dicat. Noli mihi molestus esse: iā ostiū clausum est ⁊ pueri mei sunt mecū in cubili ⁊ non possum surgere ⁊ dare tibi. Et ille si pseuerauerit pulsans dico vobis ⁊ si nō dabit ei surgens eo ꝙ amicus eius sit propter improbitatē tñ eius surget ⁊ dabit illi quotquot habet necessarios. Iste dedit sibi nō ꝓpter amicitiā sꝫ propter importunitatez. Quare dixit iesus istā parabolā? Quia iesus est iste diues: qꝛ p̄s.xxiij. Dñi est terra ⁊ plenitudo eiꝰ orbis terrarū ⁊ vniuersi qui habitant in eo. Ipse iam iacet cū filijs ⁊ filiabꝰ suis in lecto.s.glie paradisi: qꝛ sicut in lecto quiescit homo: ita ipse quiescit in glia. Et ideo dicit ianua est clausa. Quis est iste pauper? Nos qui sumus pauperes qꝛ sine ipso nihil haberemus: qꝛ cū laboras ⁊ lucraris duodecim denarios aut amplius statim debes dicere et reddere gratias deo q̄ tibi dedit sic de blado vino ⁊ oleo ⁊c. Quare dicit media nocte: ⁊ quis est pauper q̄ venit ad te media nocte? Dico ꝙ desideriū qd̄ habemꝰ habendi necessaria. Et quid faciemus? Ibimꝰ ad iesum ⁊ petemus. Et dicit iesus: iam dormio q̄uis deus nō possit habere tedium: sed sicut amicus ꝓpter tediū cum simus mali damus bona data filijs nostris. quāto magis iesus deus dabit nobis istos panes si petamus ab eo: ⁊ ideo petamꝰ ab eo instāter. Questio est quare dicit cōmoda ⁊ nō da mihi? Notādū ꝙ dr̄ia est inter dare ⁊ cōmodare: qꝛ si do tibi nō teneris ad restitutionē: sed si cōmodo teneris mihi ad restitutionem: qñ ergo dicit cōmoda ⁊c. signū est ꝙ habemus reddere ⁊ post panis qui erit remissio pctōꝝ debet sibi reddi ꝑ bonā vitam nō.s.reddendo illūmet sed aliū.s. nō reuertendo ad pctā. Itē de ꝓmissione temporaliū debemꝰ reddere: ⁊ quid? mīam ⁊ elemosynā dando pauperibus ⁊c. De tertio.s.de possessione paradisi debemꝰ reddere laudē ⁊ honorē: vnde p̄s.lxxxiij. Beati qui habitant in domo tua dñe in secula seculoꝝ laudabūt te. Et iō qꝛ habes reddere deo: ideo dicit cōmoda ⁊c.

¶ De passione christi que est medicina contra peccatum.

Distinctio.cxxxj.



Passio xp̄i est medicina ꝯtra pctm̄ s̄m qd̄ medici faciūt tres medicinas cōtra plagas corpales.s. Pr̄ia medicina curatiua. Secūda medicina confortatiua. Tertia medicina preseruatiua.

¶ Quantuz ad primū dico ꝙ passio xp̄i fuit medicina nr̄a curatiua: qꝛ s̄m doctrinā bti Aug. nullus vnq̄ añ passionē xp̄i nec post fuit sanatꝰ nec curatꝰ a pctō nisi ꝑ xp̄i passionē. Et si dicat: ⁊ q̄d erat āteq̄ xp̄s pateret: antiq̄tꝰ nōdū erat passio xp̄i quō ḡ erit medicia curatiua illoꝝ pctōꝝ ātiquoꝝ ex q̄ nōdū erat? Rñdeo qꝛ sicut mō xp̄i passio sanat ꝑ fidē qnā habemꝰ d̄ xp̄o iā passo ⁊ mortuo et crucifixo: sic illi añ xp̄i aduētū sanabant ⁊ remittebātur eis pctā ex fide quā habebāt de xp̄o passuro ⁊ morituro ꝓ hūano gñe. Qd̄ notat Mat.xxj. Qui preibant ⁊ qui sequebant oēs clamabant. Osanna filio dauid. Dicit qui preibant: scz christi passionem vt Adā ⁊ Eua. Et ceteri patres clamabāt. Osanna filio dauid: id est saluifica nos per passionem quam debes sustinere,

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Et qui sequebātur. s. nos clamam⁹. O fili dei saluifica nos per passionē quā sustinuisti ꝓ nobis: primi dicebāt de futuro: ⁊ nos dicim⁹ de preterito: ⁊ sic tā illi q̄ erāt ante q̄ illi qui fuerunt post omnes habēt saluationē de peccatis a passione xp̄i Et de hoc habet̄ vna pulchra figūra et auctoritas. Nume. xxj. Dic figurā de serpente: dicit em̄ moyses dn̄o. O dn̄e: ⁊ ista gens ⁊ popul⁹ vester morietur sic a serpentibus? Tunc de⁹ precepit moysi fac serpētem eneū: ⁊ pone eū pro signo. Qui percussus aspexerit eū viuet: fecit ergo moyses serpentē eneū ⁊ posuit pro signo. Quē cū percussi aspicerēt sanabātur. Ecce ergo medicina ad sanandū oēs a serpentibus lesos qui respiciebant genib⁹ flexis. Et iā iudei adorabāt crucē. Erat em̄ serpens ille in pallo in cacumine ad moduz crucis. Sic introit⁹ peccati in hoc mūdo fuit per serpentem qui locut⁹ est eue matri nostre. Et morsus illoꝝ serpētū signabant morsus vel tentationes demonuz: verbi gratia. Si q̄s sentiat se lesum ⁊ percussum a serpente qui dicit̄ leuiathā per superbiā pompā ⁊c. si vult sanari respiciat serpentē. s. xp̄m pēdentē in cruce quō est humiliat⁹ inter latrones ribaldos: et ita ego qui sum superb⁹ volo habere humilitatem dimittēdo vanitates pompas caudas cornua. Et sic curabimini a morsu serpentis Leuiathan: iuxta illud apostoli ad Philippē. ij. Hoc enim sentite in vobis quod est in xp̄o iesu, qui cum in forma dei esset nō rapinā arbitrat⁹ est esse se equalē deo sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs in similitudinē hominum factus ⁊ habitu inuent⁹ vt homo humiliauit: seipsum fact⁹ obediens vsq̄ ad mortē: mortem aūt crucis. Item si est aliq̄s percussus a serpēte qui dicit̄ mammona per vsurā: auaritiā per fraudes ꝑ rapinā respiciat xp̄m quō est pauper totus nudus pendens in cruce: et dicat in corde suo. O miser dn̄s me⁹ iesus christ⁹ fuit ita pauper ī cruce nihil habēs ⁊ fuit tractat⁹ tanq̄ ribaldus ⁊ peius q̄ ribaldus q̄ ribald⁹ suspēditur cū veste ⁊ domin⁹ me⁹ tot⁹ nud⁹ ⁊ ego miser volo esse diues per auaritiā per vsuram per fraudes ⁊c. Unde propheta micheas. c. j. dicit plangā. s. expoliabo me ab auaritia ⁊ vlulabo. s. restituēdo vadā spoliat⁹ ⁊ nudus. Itē si est aliq̄s percussus a serpente qui dicitur asmode⁹ per luxuriā faciēdo abhominationes ⁊c. respiciat xp̄m pendentez in cruce habētē dolorē ⁊ tristitias et dicat. O miser de⁹ meus habet in cruce dolores et tristitias propter me et ego volo habere cōplacentias corporales et dare placita isti proditori corpori ⁊ carni. Non nō volo amodo fugere cōplacētias ⁊ totaliter dimittere: iō Esa. loq̄ns de dolore xp̄i dicit Esay. j. A planta pedis vsq̄ ad verticē capitis nō est in eo sanitas. Et dicatis. O dn̄e nolo habere delectationes in corpore meo q̄ vos ꝓ me tot labores sustinuistis. Ecce medicina curatiua ⁊ sanatiua peccati luxurie. Itez si quis est percussus a serpēte betphegor per peccatū gule respiciat xp̄m in cruce in qua fuit cibat⁹ ⁊ potat⁹ felle amaro et dicat. O dn̄e: vos bibistis pro me in cruce fel amarū ⁊ ego miser volo comedere et bibere ⁊ nō ieiunare ⁊c. Itē si aliq̄s est percussus a serpēte baalberite per irā rācorem ⁊ malā voluntatē respicite christū quō orauit pro crucifixorib⁹ suis dicens Luc. xxiij. Pater dimitte illis: q̄ nesciūt quid faciūt: dicetisq̄ in corde vestro. O miser: de⁹ me⁹ creator ⁊ gubernator mūdi pepercit crucifixoribus suis ⁊ orauit ꝓ ipsis: ⁊ ego proditor nolo parcere nec loqui inimicis meis. Item si quis est ꝑcussus a serpente qui d̄r astaroth per pigritiam cogitet christi diligentiam in cruce: quia dicit beat⁹ Hieronymus q̄ xp̄s existens in cruce dixit decez psalmos ad commendationem psalterij in quo sunt cl. psalmi: ⁊ versus duo milia ⁊ sexcenti ⁊ sex: respice quomodo in cruce tenuit modum illius qui vult absoluere mortuos: quoniaz primo in principio dixit alte pater noster: ⁊ omnia alia dixit basse quousq̄ in fine. Et tunc dixit alte. Et ne nos inducas in tentationem. Sic fecit christ⁹: quia clamauit hely hely lamazabathani: hoc est deus meus deus meus quare dereliquisti me? tunc incepit illum psalmum. Deus meus respice in me: et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

alios decem: consequenter vsq; fuit ad illum versum In manus tuas dñe commendo spiritum meum: quem dixit clamando. Alia aũt dixit basse. Ecce q̃ cum tanto dolore ⁊ tristitia christus non fuit piger sed diligens in faciendo orationẽ: ideo respice xp̃m serpentem eneum. Serpens eneus hz figuram: sed non hz venenum: sic xp̃s est homo sed non hz venenũ peccati: venit enim in similitudinem carnis peccati: vt qꝛ homo sed non in corpore peccati: qꝛ nunq̃ peccauit nec semine virili conceptus fuit. Item si quis est ꝑcussus a serpente qui dr̃ belzebut ꝑ inuidiam si vis curari respice charitatez xp̃i in cruce pendentis pro amore tuo: latus eius apertum contra inuidos qui nõ habent amorem nec charitatem erga ꝓximum suum in corde suo. Et ideo dicatz. O miser dñs Jesus xp̃s aperuit cor ⁊ latus suum ad ostendendum amorem. Et ego ꝓditor nolo bonũ proximo meo: immo displicet mihi de bono suo: ideo dicit ipse xp̃s Jo.xv. Hoc est p̃ceptum meũ vt diligatis inuicem: isto modo passio christi est medicina curatiua ⁊ sanatiua peccatoꝝ mortalium. Et est ad hoc auctoritas Jo.iij. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto ita exaltari oportet filium hoĩs: vt omnis qui credit in ip̃o nõ pereat sed habeat vitam eternam: non pereat ꝑ peccata. Ecce quõ passio xp̃i est medicina curatiua: ideo dr̃.j. Pe.iij. Xp̃s semel pro peccatis nostris mortuus est supple curandis: iustus pro iniustis vt nos offerret deo mortificatos quidẽ carne viuificatos aũt spũ. Quantum ad secundum dico q̃ sicut passio xp̃i est medicina confortatiua ad confortandum: sic passio xp̃i non solum infirmis id est peccatoribus est medicina sanatiua: sz etiaz sanis.i. iustis personis est medicina vt sint fortes in tentationibus: infirmitatibus ⁊ inclinationibus carnis. O bone gẽtes vultis vnã pulchrã figuram de hoc Exo.xv. Dic hystoriam de aquis maris. Cũq; ppl's nõ posset bibere orauit Moyses dicens. O dñe ⁊ sic morietur ppl's vester siti: ⁊ deus ostendit Moysi lignũ dicens. Moyses accipe illud lignũ ⁊ mitte in aquas: ⁊ statim ligno in aquis posito dulcorate sunt aque: hec figura ostendit q̃ lignũ crucis xp̃i dulcorat aquas amaras tribulationum: miserationum ⁊ tentationum huius mundi: ponatis ergo lignũ crucis in memoria dicẽtes: dñe vos in cruce sustinuistis ⁊ ꝑtulistis ꝓ nobis tot dolores: tot tristitias: tot amaritudines: ideo dicũt dulciter sustineo tribulationes ⁊ dolores ⁊c. Grego. Si passionez dñi in memoriã reuocemus nihil tã durꝝ ⁊ amaruz est qđ non equo animo tolleremus. vnde sicut passio christi est medicina sanatiua: ita est confortatiua septem virtutum: quarum tres sunt theologice ⁊ quattuor cardinales. Primo est ꝯfortatiua fidei: si vis cogitare quõ in xp̃i passione sol ⁊ luna ⁊ stelle obscurate sunt quasi induentes se de nigro propter mortem christi sui creatoris: terra tremuit: petre scisse sunt: ⁊ monumenta aperta sunt. Ecce quo cognouerunt xp̃m in passiõe deuz ⁊ hoĩem: ⁊ sic confortatur fides in corde ex hoc q̃ creature ĩsensibiles cognoscũt ⁊ confitent̃ xp̃m in passione verũ deum ⁊ verꝝ hoĩem. Isto modo centurio videns omnia ista: ⁊ in celo ⁊ in terra confirmatus est in fide q̃ p̃mo fuerat infidelis: vñ viso terremotu ⁊ his q̃ fiebãt dixit Mat. xv. Uere filius dei erat iste. Secundo cõfortatur spes ex passione xp̃i. vnde si tanta passus est ꝓ nobis ad saluanduz nos possumus sperare si volum⁹ facere pniaz q̃ remittet nobis pctã ⁊ dabit gl'iaz: ideo Apl's ad Ro.viij. Qui etiã ꝓprio filio suo non pepcit.s. mortẽ: ecce spes qꝛ ꝓ nobis oĩbus tradidit illũ quõ non etiã cuz illo omnia nobis donauit: qꝛ si volumus facere pniam ex virtute passionis xp̃i sperare debemus q̃ dabit nobis omnia. ecce quõ confortatur spes. Tertio cõfortatur virtus charitatis qual'r amãdus est xp̃s q̃ tanta fecit ꝓ nobis: vñ si aliq̃s vr̃m esset liberatus ab aliquo inimico suo de dura: captione ⁊ carcere iam sentẽtiat⁹ ad mortẽ semꝑ diligeret liberatorẽ illuz. Oẽs nos capti ⁊ incarcerati eramus in carcere peccati ⁊ iudicati ad furcas inferni: ⁊ venit amicus noster Jesus xp̃s q̃ dicit Jo.xv. Uos amici mei estis: iã non di

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

¶ Tertio debemus perseuerare orando deum reuerenter: qm̄ oia bona que habemus temporalia corporalia ⁊ spūalia oia veniūt de celo. Jac. j. Oīe datū optimum ⁊ omne donū perfectū de sursum est dēscendens a patre luminū: luminū id est angelorū. Que dīa est inter datū optimū ⁊ donū perfectū. Datū optimū est duplex tpale ⁊ corporale. Donū perfectum est donū spūale ⁊ est sicut aurū: q̄ sicut aurū bonū non cognoscit in colore nec in sono: sz in pōdere vel in igne. Sic cognoscit homo perfectus nō in colore nec in sono: qm̄ nō cognoscit in suis sermonibus sine clamoribꝰ: sed in pondere ⁊ igne. ſ. in tribulationibꝰ qm̄ habet patiētiam in illis: vñ Jac. j. Patientia opus pfectū habet. Item ibidē. Oīe gaudiū extimate fratres cum in tentationes varias incideritis. Si de monte exit fons vnus et de subtus habebis viridarium: quō fiet q̄ aqua veniet ad viridariū: facietis alueū vel accipietis canalē et per illā vel illū descēdet aqua fontis ad viridariū. Fons sapiētie diuine est in paradiso: vnde Sap. j. Fons sapientie verbum dei in excelsis. Sed quō poterimꝰ habere aquā istā? Dico q̄ mediante oratione que est canalis per quā gratia dei descēdit ad nos de celo dicēdo Pater noſter. Aue maria ⁊ sic de aliꝫ. Pes canalis est in terra. ſ. in ore oratis: sed summitas tanget celū qm̄ deuote ⁊ attēte fit oratio pseuerādo. Ut aūt habeamꝰ gratiā in hoc mūdo ⁊ gloriā in alio cōuenit honorare deū reuerenter: ⁊ nō vestiēdo vel calciando de mane sicut faciunt multi. Pone modū flexis genibꝰ manibꝰ mentis ⁊ elevatis: ⁊ ita reuerēter debet fieri oratio si velim̄ impetrare gratiā ⁊ gloriā apud deū. Unde Aug. In psalmis et hymnis cū oratis deū hoc verſet in corde qđ proferꝝ in ore. Et apls. ſ. ad Cor. Si orem lingua supple tm̄: mēs mea sine fructu est. Quid ergo? orabo spū orabo ⁊ mente: psallā spū psallam ⁊ mente. Et ideo q̄ nō oramus deū nisi ore sz habemus cor ad mūdana nō expandimur a deo nec impetramꝰ ea que petimus: vnde Dauid. Bñdictus deus qui nō amouit orationem meā ⁊ miam suam a me. Ubi Augustī. in glosa dicit: ergo xp̄iane nunqꝫ amouebitur ab ore tuo oratio: et nunqꝫ amouebitur a te dei misericordia

Amen. Rogemus dominum vt ꝛc.

¶De perseuerantia.

Distinctio.cxxxvj.

De perseuerãtia ponuntur tres conditiones. Prima est ꝙ ex parte dei habet in nobis perdurare et esse virtualis permanentia.

Scda est ꝙ ex parte nostra habet esse in nobis spiritualis desinentia.

Tertia est ꝙ per orationes bonas ꝛ deuotas possumus obtinere a deo finalez perseuerantiam.

¶Dico prio ꝙ ex parte dei habet in nobis ꝑdurare ꝛ esse virtualis ꝑseuerãtia: qꝛ dum dimisimus pctã ꝛ agimus bonũ nõ possumus in bono ꝑmanere siue ꝑseuerare nisi gratia dei in ea nos ꝯseruet. Unde pro declaratione huiꝰ nota regulam philosophicã q̃ dicit ita. Rerũ naturalium recipientiũ peregrinã impressionem quedã retinent eã ꝑmanentẽ: q̃dã vo nõ retinent eã nisi agente pñte peregrinã formã que.s.nõ est sui natura. Da exemplũ de ꝑmanẽte agente remoto calore ignis q̃ remanet in re calida: vtputa in ferro in ligno vel alio de non ꝑmanenti: vt de aere qui nõ retinet claritatẽ solis vel ignis nisi agente permanente: ita etiã materia seruit nobis in cõclusione predicta: qm̃ gratia ꝛ virtꝰ dei est forma peregrina homini: cũ aĩa creata in ventre matris nõ creetur in gratia gratum faciente: sed post aĩa habet gratiã a deo que facit ipsam gratã deo ꝛ angelis et sanctis ꝛ cum hoc dat gaudiũ aĩe. Et ideo dicit Dauid p̃s.iiij. Signatũ est super nos lumen vultus tui dñe dedisti letitiã in corde meo. Dicit super nos: quia nõ est in nobis a natura sed sup nos.s.a deo: que gratia informat aĩam. Et ista gratia est que nõ manet agente remoto: vnde quantũcũq; quis sit in gr̃a si auertat se a deo.s.vertendo dorsum statim dimittit gratiã gratũ facientem: qm̃ gratia gratũ faciens nõ est nisi quedã illuminatio que procedit a deo. Ideo si non sumus corã deo statim dimittit ꝛ desinit qꝛ nõ informat nos sicut imago speculi. Et ideo ptz ꝙ gratia dei nos cõseruat in virtutibus ꝛ in bona vita spũali: ꝛ illam gratiã dat deus nõ causa bonoꝝ operũ que fecimus sed premiamur ex gr̃a dei. Et ideo dicit Paulus ad Ephe.ij. Gratia dei estis saluati per fidem ꝛ hoc non ex vobis dei em̃ donũ est nõ ex operibꝰ vt ne quis glorietur. Ex ista cõclusione possumus habere vnũ correlariũ morale.s.ꝙ vnusquisq; ponat se coram deo vt informet gratia: sicut imago informat speculũ: vnde nos oportet ponere coraz deo cum memoria.s. meditando opera creationis ꝛ redemptionis et meditãdo beneficia que nobis contulit. Et ita dicas de quolibet opere redemptionis.s. quomõ voluit humiliari et esse pauper vt nos essemus sibi similes. Item quomodo voluit esse abstinens ꝛ ieiunans. Unde Luce.iiij. Agebat a spiritu in deserto diebus quadraginta ꝛ tentabatur a diabolo et nihil mãducauit in diebus illis: qm̃ nõ comedit carnes nisi in cena: qm̃ nõ comedebat nisi semel in die. Itẽ quomodo fuit patiẽs dum depilaretur sibi barba ꝛ darẽtur alape ꝛ in alijs operibus redẽptionis. Si ergo meditemur in istis lucet in nobis radius claritatis gratie diuine: al's autem si meditemur in operibus mundanis ꝛ voluptatibus non est gratia dei in nobis. Et ideo dicitur Jo.xv. Manete in me ꝛ ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis vera ꝛ vos palmites. Qui manet in me et ego in eum hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Et ista est prima conditio: scilicet ꝙ ex deo habet in nobis perdurare ꝛ esse virtualis perseuerantia. ¶Secunda conditio ꝙ ex parte nostra habet esse in nobis spũalis desinentia. Et rõ est: qꝛ naturaliter inclinamur ad mala. Nã sicut lapis naturaliter et per se descendit: ita et nos similiter inclinamur ad peccata. Et iõ dr̃ Gen̄.vij. Sẽsus ꝛ cogitatio hũani cordis in malũ ꝓna sunt ab adolescẽtia tia sua. Et ita inclinamur naturaliter.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Qd declarat p figuram ostensam Dan. cui ostēsa fuit ymago magna vsq ad celū: cuius caput erat aureū: pectus et brachia argētea: vēter ⁊ crura erea: tibie ferree: pedes mixti. s. partim ex ferro ⁊ partim ex luto. Cū aūt Daniel aspiceret illā statuaz lapis magnus ruit in monte ad pedes ymaginis ⁊ destruxit illā. vñ p caput intelligit ymaginatio q̄ attigit vsq ad celū: vñ sancta mater ecclesia loquēs de p̄dicatoribus ⁊ spūalibus psonis dicit qm̄ in hac pegrinatione solo corpore cōstitutus cogitatione ⁊ auiditate in illa eterna patria cōuersatus est. Itē alia clara auctoritas ad Philip. iij. Nostra aūt conuersatio in celis est: ptz ergo q ymaginatio alta est. Sed moralr loquēdo videndo qm̄ sicut ymago illa i capite erat aurea: ⁊ postea paulisper descēdēdo minorata est in preciositate: ita silr nos in hac vita sumus qm̄ habemus caput aureum: vnde p caput intelligit principiuz bone vite siue iuuētus in qua sumus boni ⁊ deuoti: immo religiosi dū sunt iuuenes ⁊ nouitij hñt caput aureū: qz tenent regulā. Itē sacerdotes in p̄ma septimana in qua cantauerunt missam nouam sunt deuoti. Itē etiā de laycis dum incipiunt agere pniam sunt feruētes in oratione: ⁊ illud est aureū: de quo Genes. ij. In terra eiulath. i. principium bone vite: ⁊ ita ptz quō principiū bone vite dr aur. Sed sicut ymago diminuta fuit: ita minuit hō in virtutibus qm̄ religiosus dū steterit in religione tribus vel quattuor annis statim incipit minui in deuotiōe ⁊ feruore: q̄uis agat bona opera: ideo dr argentea sicut pectus ⁊ brachia ymaginis sed tñ non est aurea: qz non fiūt cum feruore sicut prius. Et iō dixit deus talibus q̄ deserūt feruorez charitatis Apo. ij. Habeo aduersum te pauca: qz charitatē tuā primaz reliq̄sti. Memor esto itaq vnde excideris ⁊ age pniam: ⁊ prima opera fac: dicit charitatē primā. s. feruorē deuotionis: deinde dr q vēter ⁊ crura erāt erea. s. de ere de quo fiunt pelues. vnde illud est modici valoris: sz fortiter tinit: ita descēdunt hoīes in bonis operibus: qz statim in deuotione non possunt dicere horas nisi per vim: ideo modicum valet. Et sicut es tinit ita ipi non faciūt nisi tinire ⁊ garrulare: aliqñ disputando: aliqñ dicēdo truffas: ⁊ tales breuiter si faciant bonū opus faciunt p violentiā. Et cū dicat phs nullū violentū durabile: tales em̄ cū amiserint deuotionē ⁊ puritatem cōscientie nihil boni possunt facere. Attñ si faciant siue dicāt horas dicūt alta voce corde non cōcordante cuz ore: de quibus dr Mat. xv. Ppl's hic labijs me honorat: cor autē eoꝝ longe est a me ⁊c. deinde habebat ymago tibias ferreas p quas intelligit vita quā tenēt siue i qua viuūt tales qm̄ fiunt loquaces ⁊ amittunt oēm deuotionē qm̄ obstinantur in pctis ⁊ indurant sicut ferruz: qm̄ ita cito frangit ferrū: sicut tales q̄ dimissa bona vita se inclināt in pctis: quare multo melius esset vt cito redirent ad bonā vitaz. Et ita est cōiter de sacerdotib⁹ ⁊ religiosis malis. vñ sicut angeli mali fuerūt obstinati in malitia in q̄bus nō ꝓfuit passio xp̄i: cū prius haberent tantā gloriā in paradiso: ita est de religiosis malis ⁊ sacerdotib⁹ q̄ hñt tantā gr̄am quantā non habuit Jo. baptista: qz nō ꝯsecrauit sicut religiosi ⁊ sacerdotes: nec illā auctoritatē habuit Aaron q̄ nō potuit absoluere de veniali pctō: hanc tñ dignitatem hñt sacerdotes ⁊ religiosi. s. q̄ dimissa bona vita indurant sicut ferrū. Et iō dicit beat⁹ Augu. Sicut non reperi meliores q̄ qui in claustro ꝓfecerunt: ita nō inueni deteriores q̄ q̄ in eo defecerunt: deus em̄ dimittit eos in eoꝝ malitia: vñ cōiter videtur q in p̄dicatione conuertunt infideles ⁊ iudei ⁊ multi layci mali: sz pauci religiosi nec sacerdotes. Et ideo Job. xlj. dr. Mittet contra eum fulmina ⁊ ad locū alium nō ferentur: cor eius indurabitur quasi lapis ⁊ stringetur quasi malleatoris mens: mittet deus fulmina. i. p̄dicationes quas non audiunt sed iudurantur: deinde dr q ymago. habebat pedes ferreos ⁊ luteos: p lutuz intelligit mala vita ⁊ carnalis. s. luxuria quā tenent: sed ferrū est mysticū. s. cū dr talibus q corrigant se: ⁊ sunt duri sicut ferrū ⁊ irascūtur ⁊ non possunt correctionē audire: sz sunt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

indurati in eorꝫ malitia. Et iō dicit beatus Paulꝰ ad Gala.iij. Stulti estis vt cū spū ceperitis: nūc carne cōsumamini: tā ta passi estis ꝛc. Deinde dr̄ ꝙ petra rupit ymaginē ꝛ consumpsit: per petrā intelligitur xp̄s: de quo.j.ad Corꝫ.x. Petra aūt erat xp̄s qui descendit de monte sine manibus scissus. s. de virgine Maria: ꝛ finaliter percutit statuam. i. malos q̄ dimissa bona vita euersi sunt vt dictum est: et finaliter ꝓijcit eos in inferno. Caueamus ergo ꝛ audiamus btm̄ Paulū dicentem ad Ro.xij. Nolite cōformari huic seculo sed reformamini in nouitate sensus vestri vt ꝓbe is q̄ sit voluntas dei bona et bene placēs ꝛ ꝑfecta. ¶ Tertia conditio est ꝙ per orōnes bonas ꝛ deuotas possumus obtinere a deo finalē perseuerantiam: vnde posito ꝙ inclinemur ad malum: vt dicit scd̄a conditio: tn̄ vt habeamus virtualem permanentiā a deo possumus ꝑ orationem obtinere ꝑseuerantiam: ergo si sumus in bona vita petamꝰ a deo ꝑseuerantiaꝫ: cū merita nostra nō valeant illā mereri: ꝛ si petamus instanter dabit nobis ꝓ certo: ꝛ ideo dixit ipsemet xp̄s Luc.xj. Quis aūt ex vobis a patre petit panē: nūq̄d lapidē dabit illi: aut piscē: nunq̄d ꝓ pisce serpentē dabit illi? aut si petierit ouuꝫ nunq̄d porriget sibi scorpionē: si ḡ vos cū sitis mali nostis bona dare filijs vr̄is: q̄tomagis pr̄ vester de celo dabit spm̄ bonū petentibꝰ se: vocat ꝑseuerantiā ouū ꝓpter q̄nq̄ cōditiones quas hꝫ ouū. Un̄ prima ꝯditio oui ē ꝙ est totū plenū: ita ꝑseuerātia in nobis plena est qm̄ q̄ ꝑseuerat plenꝰ est vsq̄ ad mortē: ꝛ de talibꝰ dr̄ p̄s.lxxij. Cōuertetur ppl̄s meꝰ hic: ꝛ dies pleni inueniētur in eis. Scd̄a ꝯditio oui est: qꝛ est albū ꝛ clarū: ꝓ quo denotat̄ puritas ꝑseuerantie q̄ tenet̄ a principio vsq̄ ad finem. Et tales puri pn̄t dicere illud Tho.iij. Tu scis domine qꝛ nūq̄ ꝯcupiui virꝫ ꝛ mūdam seruaui aīam meā ab oī ꝯcupiscētia. Tertia ꝯditio oui est: qꝛ est strictū in principio ꝛ post fit amplū: ita ꝑseuerātia in p̄ncipio est stricta sed dꝫ ampliari: ꝛ iō dicit beatꝰ Paulus ad Philip.j. Charitas vr̄a magis ac magis abūdet. Quarta conditio oui est qꝛ est medicinale: ita ꝑseuerantia in vita spūali est medicina ꝯtra demōes ꝛ tētationes. Quinta ꝯditio oui est: qꝛ ad calorē galline facit pullū. i. fructū: ita ꝑseuerātia facit fructū. s. glorie eterne. Et iō dicit beatus Paulꝰ ad Ro.vj. Habetis fructū vestrū in sanctificationeꝫ: per scorpionē intelligit̄ desinētia: quia sicut scorpio vngit de capite ꝛ pūgit de cauda: ita desinētia vngit in principio ꝛ pungit in fine. Et ita petamus ouū. s. ꝑseuerantiā: ostendit Dauid p̄s.xv. dicēs. Cōserua me dn̄e qm̄ speraui in te: totus p̄s loquit̄ de illa materia: ideo videas ꝛ capias quantum indigebis ꝛc.

Petere possumꝰ deo illud quod volumus octo modis. vide supra in distinctione oramꝰ octo modis. ¶ De septem petitionibus in oratiōe dominica contentis contra septem peccata mortalia.

Distinctio.cxxxvij.

Petitiones septeꝫ contra septem peccata mortalia ꝯtinētur ī oratione dn̄ica. s. pater noster: in qua petit̄ oē bonuꝫ dari q̄dcunq̄ sit illud ꝛ oē malum euitari petit̄. vnde quattuor sunt petitiones boni ꝛ tres vitationes mali. ¶ Primū bonū q̄d debemus petere est glorificatio dei: ꝛ illud petitur in prima petitione: cum dr̄. Pater noster q̄ es in celis: sanctificet̄ nomen tuū. Et illud est maius bonū quod possumus petere: vcꝫ ꝙ deus honoret̄ ꝛ glorificetur per omnes gentes. ergo meditemur in hac petitione. Si querit̄ quare incepit ꝑ pater noster: cū ipse sit dominus: rex: imꝑator ꝛ princeps: ꝛ ita potuisset dicere rex noster vel imꝑator noster aut dn̄s noster ꝛc. Ubi notandū ꝙ ille q̄ facit orōnē illā facit illā cū spe adipiscēdi illud q̄d petit: ꝛ iō qꝛ istud nomen pater est dulcius inter cetera noīa: qm̄ alia noīa terrent: sicut imꝑator: rex: vnde qui hꝫ loqui cū rege terretur: sed nō quando hꝫ loqui cum patre: ideo voluit deus ꝙ vocaremus ipsum patrem vt ꝯfiderem⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ab eo habere illud qđ petimus. Et ideo dicit deus ꝑ Hieremiā Hiere. iij. Patrez vocabis me ⁊ post ingredi non cessabis. Ista aūt petitio est ꝯtra pctm̄ mortale. s. superbiā: qm̄ sicut maius bonū qđ possit esse est petere glorificationē diuinaz: ita maius pctm̄ qđ possit esse est superbia q̄ est in septēplici gradu. Primus est negligere minorē se. Scđs est negligere eq̄lē. Tertius negligere maiorē se i bono terreno: sicut pauꝑ negligēdo diuitē. Quartus negligere maiorē se in dñio. Quint⁹ negligere maiorē se in bono naturali sicut fili⁹ patrē. Sextus negligere maiorē se in dñio spūali sicut negligere p̄latos. Sed maximus gradus suꝑbie est negligere deuz: ideo dicit Dauid p̄s. lxiij. Ne obliuiscaris voces inimicoꝝ tuoꝝ suꝑbia eoꝝ q̄ te oderunt ascēdit semper. Et iō ordinauit deus in orone sua ꝙ prima petitio esset ꝯtra illud pctm̄ qđ sciebat vigere in xp̄ianitate: maxime in fine mūdi. Negligit etiā deus cū ꝑ ip̄m enormiter iurat ⁊ ipse negat. Et incepit illud pctm̄ primo in regno Francie. s. Parisi⁹ regnāte beato Ludouico q̄ vidēs illud peccatum pullulare instituit ꝙ oīs enormiter iurans de deo vel negans ip̄m signaret in labijs cū cauterio ardenti: ad signum illud contra qđ statutū maior Burgēsis ville Parisien. cōmisit cōtra quē executa est sn̄ia rege nō flexo p̄cib⁹ nec donis: sed dicebat rex se velle esse scissum labijs sicut ille erat: ⁊ ꝙ nunq̄ in regno suo illđ pctm̄ cōmitteret: ⁊ ideo seruent rectores ppl̄i ⁊ ꝓuideant vt nomen dei non blasphemet sumētes exempluz in beato Ludouico rege: al's dicit Esa. lij. ca. Dñatores ppl̄i inique agunt et iugiter nomen meuz tota die blasphematur: ꝓpter hoc sciet ppl's nomē meū in die illa quia ego ipse qui loq̄bar ecce assum. Et sil'r prouideant patressamilias vt corrigant subiectos in domo sumētes exemplū in Dauid q̄ contra statutū qđ fecerat in regno vt nomen dei non blasphamaretur in familia sua: dicit p̄s. cxij. Laudate pueri dñm: laudate nomē dñi. Sit nomen dñi benedictū: ex hoc nūc ⁊ vsq̄ in seculum.

¶ Scđa petitio est petere gl'iam celestez nobis q̄ petit cū đr: aduenīat regnū tuū: qđ est ꝯtra scđm pctm̄. s. auaritiā. sz quare đr aduenīat. i. ad nos veniat regnum tuū: ⁊ nō petit ꝙ nos vadam⁹ ad regnū: đr ꝙ añq̄ q̄s veniat ad paradisum primo venit regnū dei ad nos: vñ qñ q̄s est in obitu venit ad ip̄z xp̄s principal'r aliq̄bus nō. Apparuit em̄ beato Johāni euāgeliste: vñ (vt in eius vita legit) Cū esset beatus Johannes apl's annoꝝ nonagintanouem apparuit ei dñs Jesus cū discipulis suis. Aliq̄bus mediāte sicut ꝑ angelos portantes coronā regis quā monstrant morienti: et ita venit primo regnū ⁊ ideo dicit ecclesia. Ecce aduenit dominator domin⁹ ⁊ regnū in manu ei⁹ ⁊ potestas ⁊ imperiū. Et iō cū illud bonuz sit maius. s. petere saluationē nostrā celestē post primā: iō ponit in scđo loco. Et ideo desiderem⁹ ip̄m regnū petēdo: aduenīat regnū ⁊c. sumēdo exēplū in Joseph q̄ sepeliuit xp̄m: de quo dicit Mar. xv. ca. Joseph ab arimathia nobilis decurio qui ipse erat expectās regnū dei: ista petitio est ꝯtra scđm pctm̄ mortale. s. auaritiam: vbi sciendū ꝙ hō hz caput erectū ad celū ad denotandū ꝙ suū est regnū paradisi. Cetera aūt aīalia hn̄t caput inclinatum ad terrā ad ostendendū ꝙ nihil hn̄t in celo: sed totū qđ hn̄t est in terra: ⁊ ideo auari q̄ pouunt spem suā in terrenis declinant caput ad terrā appetēdo terrena ⁊ sic non appetūt regnū paradisi: ⁊ ideo ponit ista petitio ꝯtra scđm pctm̄. s. auaritiā: ergo appetamus regnum nostruz. Tñ multi non appetūt regnū cū timeāt ⁊ fugiant portā eius: de qua Dauid p̄s cxvij. Hec porta dñi iusti intrabūt in ea: tales qui non appetunt regnum sunt illi qui fugiunt locum epydimie. Pro quo sciendum ꝙ quinq̄ modis pōt esse pctm̄ fugere. Uno mō qñ volunt fugere ptātē dei: pñt tñ fugere quēadmodū fugit aliquis pluuiam vel fulgur: q̄uis de⁹ mittat ipsaz: qr non fugit posse dei: ita est de epydimia: quia dicitur Eze. vij. Saluabuntur qui fugerint ex eis. Secundo est peccatuz cū prelatus fugit vel sacerdos vel ceteri quibus pertinet ministrare ecclesiastica sacramenta: ⁊ videt venien-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tem lupum.s.epydimiam ad oues suas
⁊ fugit. O quantum peccatum est istud:
tales em̄ sunt similes pastori dimittendi
oues lupo: cum videt ipsum venientem
⁊ fugit. Tales eniz non sunt pastores sz
conducti ⁊ mercennarij. vnde dicit xp̄us
Jo.x. Bonus pastor aiam suā dat ꝓ oui
bus suis.i.vitam: mercēnari⁹ aūt ⁊ qui
nō est pastor cui⁹ nō sunt oues ꝓprie vi-
det lupum venientem ⁊ dimittit oues
⁊ fugit: ⁊ lup⁹ rapit ⁊ dispergit oues: mer
cennarius aūt fugit qꝛ mercennari⁹ est ⁊
non pertinet ad eum de ouibus. Tertio
modo cum quis dimittit suos domesti-
cos quibus hz prouidere sicut qñ pater
dimittit filium vel maritus vxorē ⁊ vxor
virum ⁊ filius patrem ⁊c. Unde magnuz
peccatuz est qñ ostendit Apl's.j.ad Thi.
v. Si quis suoꝝ ⁊ maxime domesticoruz
curam non hz fidem negauit ⁊ est infide
li deterior. Quarto modo qñ fugit a vil-
la in qua pōt remediari aīe.s.per confes
sionem ⁊ contritionē ⁊ ꝓtestando ⁊ fugit
ad locum in quo non pōt habere predi-
cta: breuiter cum quis ꝓ salute corporis
fugit ⁊ ponit se in periculo anime. Quia
spūs viuificat caro non ꝓdest quicq̄ Jo.
vj. Quinto modo cū fugit quis a loco in
quo pōt haberi medicina corporaliter et
itur ad locū in quo non pōt haberi. Et si
militer cū fugitur locus in quo est cā ti-
moris dei cū vident alij infirmi: et istis
modis est peccatuz q̄uis simpl'r fugere
de se non sit pctm̄: ⁊ ista est scda petitio
de qua xp̄s ait Mat.vj. ⁊ Luc.xij. Primū
querite regnū dei ⁊ iustitiā eius ⁊ hec oīa
adijcientur vobis: dicit primū.i.primus
qꝛ prima petitio est qua petitur conuer-
satio spūalis q̄ petitur: cum dr. Fiat vo-
luntas tua: sicut in celo ⁊ in terra. Unde
illud pōt exponi dupl'r. Primo fiat volū-
tas tua in terra.i.i nobis sicut fit i celo.i.
in angelis ⁊ sanctis: dicit sicut: non ꝙ sit
omnimoda similitudo: sed q̄tū nos pos
sumus facere eius voluntatem sicut san
cti quātū possunt facere in celo. Alio mō
exponit sic. Fiat volūtas tua in nobis si
cut fit in celo materiali ⁊ ceteris creatu-
ris rōnalib⁹: ⁊ in terra.i.in creaturis irra
tionalib⁹. Nā corpora celestia faciūt vo-
luntatē dei: qꝛ nō trāsgrediunt eius p̄ce
ptū. vñ deus in principio p̄cepit celo mo
ueri: ⁊ iō illd p̄ceptū facit ⁊ faciet vsq; quo
deus ꝓhibeat: ⁊ ita faciunt eius volūta-
tez illa corpora celestia. vnde Dauid p̄s
cxlviij. Laudate eum sol ⁊ luna: laudate
eū stelle ⁊ lumē: laudate eū celi celorū et
aq̄ q̄ sup celos sunt laudēt nomē dñi. Qꝛ
ipse dixit ⁊ facta sunt ip̄e mādauit ⁊ crea
ta sunt. Statuit ea in eternū ⁊ in seculuz
seculi: p̄ceptū posuit ⁊ nō p̄teribit. Simi-
liter eius voluntas fit in terra.i.in crea-
turis irrationalib⁹. vñ de⁹ p̄cepit auib⁹
nubere in vere: ⁊ separari in autūno: istd
aues faciunt: breuiter om̄s alie creature
ei obediunt ⁊ eius pcepta obseruant. iō
petimus vt eius volūtas fiat in nobis si
cut in p̄dictis: sed nos facimus ꝯtrariuz
⁊ nō obedimus sibi. vñ ipse p̄cepit nobis
ꝙ simus humiles ⁊ nos facim⁹ ꝯtrariuz:
breuiter oīa obediunt deo nisi homo: qm̄
si xp̄s p̄ciperet monti ꝙ moueret ⁊ trāsi-
ret vltra mare statim obediret. Itē si pre
ciperet equo volenti tangere equam ꝙ
non tangeret statiz obediret: ⁊ ideo dicit
in scriptura sacra Hester.xiij. Dñe de⁹
rex omp̄s in ditione tua cuncta sunt posi
ta: ⁊ non est qui possit resistere voluntati
tue possumus dicere excipiendo nisi hō.
⁊ iō petit ꝯuersatio spūalis q̄ petitur cō-
tra pctm̄ luxurie: ⁊ rō ē: qꝛ q̄ luxuriat facit
cōuersationē carnalē nō spūalē. Et ideo
dicit Paulus.j.ad Thessalonicens.iiij.
Hec est enim voluntas dei sanctificatio
vestra vt abstineatis vos a fornicatione
vt sciat vnusquisq; vestrum suū vas pos
sidere in sanctificatione ⁊ honore. Non
in passione desiderij sicut gentes q̄ igno
rant deum. Quarta petitio est min⁹ bo-
nuz quod possumus petere.s.petitio bo
norum terrenoꝝ quibus indigemus: ⁊ ꝑ
illa possumus venire ad alia bona p̄di-
cta. Et hoc denotatur cū dr panē nostruz
quotidianum da nobis hodie. Sed dice
ret aliquis non petitur omne bonū terre
num cū multa alia bona sint q̄bus indi-
gemus q̄ nō ꝯtinent in ista petitiōe expli
cite: dr ꝙ immo qm̄ per panē intelligun-
tur oīa que pertinent ad prouisionē hu-
manā tā in cōi mō loquēdi. q̄ scriptura.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vñ Geñ. xxxiiij. dixit dñs Ade. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: dicit hodie qꝛ nō habem⁹ curare de crastino qꝛ forte cras moriemur. Mat. vj. Ne soliciti sitis anime vestre quid mādūcetis nec corpori vestro q̄d induamini. Et istam petitionem debem⁹ facere quotidie: ideo dicit hodie: vult em̄ de⁹ nos esse similes filio paruo qui oēm curā suā dimittit in ꝓuisione patris: ita ⁊ nos debem⁹ facere scꝫ ponere oēm curā nostrā in deo qui dabit nobis oīa quib⁹ indigemus dū tñ seruiamus ei diligēter: immo possibili⁹ est deū spoliare angelū gloria paradisi q̄ꝫ dimittere seruū suū improuisum: ⁊ ideo nō debemus esse soliciti cū ipse sit potēs ad ꝓuidendum de oībus necessarijs: vñ ipse dicit nobis Mat. vj. Nolite soliciti eē dicētes quid manducabimus aut q̄d bibemus aut quo operiemur. Scit em̄ pater vester celestis qꝛ his oīb⁹ indigetis. Itē j. Pet. v. Oēm solicitudinē vestrā in ip̄m proijciētes qm̄ ipsi cura est de vobis. Et ista est quarta petitio contra pctm̄ gule: qm̄ gulosus nō contētatur pane. s. prouisione necessaria sed supflue comedit. Et iste sunt petitiōes bonoꝝ. ¶ Quinta petitio: vñ nota ꝙ sunt tres petitiones contra maloꝝ vitationem. Prima est petere veniā de pctis cōmissis qui intelligit cū dr. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittim⁹ debitoribus nostris: dicit dimitte ⁊c. non em̄ dicit pctā sed debita. Ubi sciendū ꝑm oēs doctores theologie et canonis ꝙ pro quolibet pctō mortali obligat peccator ad penā septē annoruꝫ in purgatorio vel in hoc mūdo: ideo illā debemus deo: ideo dicimur debitores. Sed diceret aliquis cōtra: qꝛ penitentia est arbitraria sacerdoti ad indulgēdum: dr ꝙ verum est qualitas nō tñ quātitas: vñ cū cōfiteret peccatū mortale pōt dari penitētia arbitraria quo ad qualitatem sicut ieiuniū vel portare ciliciū vel alia q̄ sunt qualitates. Sed quātitas exercebitur in hoc mundo. s. per septē annos vel in purgatorio: ⁊ ita fit statim intensiue si nō duraret tantū mundus. Et ideo cum simus debitores petim⁹ ab eo vt dimittat nobis cū nō possimus soluere: vnde Mat. xviij. Simile est regnuꝫ celorū hoī regi qui voluit rationē ponere cū seruis suis ⁊ cū cepisset ponere oblat⁹ est ei vn⁹ qui debebat decē milia talēta cū autē nō haberet vñ redderet iussit euꝫ dñs suus venundari ⁊ oīa q̄ habebat ei reddi: ꝓcidēs aūt seruus ille orabat eū dicēs. Patientiā habe in me et oīa reddā tibi. Misertus autē dñs serui illius dimisit illū ⁊ debitū dimisit illi. Et infra sequit. Serue nequā om̄e debitū dimisi tibi: qm̄ rogasti me: ergo qꝛ ip̄m rogauerat dimisit ei omne debitū. Ita etiā si nos petamus nobis dimitti pctā siue debita: ip̄e dimittet nobis: si nos dimittam⁹ inimicis nostris. Nota parabolā: vñ talentū est maius pretiū pecunie q̄d in modo loquēdi est. Sicut diceret nunc quintale: magnū pretiū em̄ erat cū essent decem milia q̄ tñ remissa sunt: ꝑ decē milia siue debita intelligunt decē precepta sctā ꝓ quib⁹ precipit vendi domus. s. spūs rationalis et vxor. s. corpus ⁊ aīa que sunt in hoīe ⁊ filij. i. q̄nq̄ sensus: ⁊ ista est quinta petitio que fit cōtra pctm̄ ire: vnde dicit. Sicut et nos dimittim⁹ debitorib⁹ nostris: ille est debitor alicui nō solū ille qui debet argētuꝫ sed ille qui dꝫ iniuriā aliquā sicut est mors patris ⁊ silia: que si dimittat audacter poterim⁹ petere a deo nobis dimitti ⁊ ipse dimittet: vñ Mat. vj. Si dimiseritis hoībus pctā eoꝝ dimittet et vobis pater vester celestis debita vr̄a. ¶ Sexta petitio est q̄ fit ꝓ malis euitādis. s. de futuris in quibus possumus cadere quoꝝ petimus preseruationē seu vitationē cū dicimus. Et ne nos inducas in tentationē: ergo petamus illud qm̄ istud ostēdit nobis ipse ꝓpter malas inclinationes. s. tā demonis q̄ꝫ carnis. Sed aduertendū qm̄ ꝓpter istaꝫ petitionē nemo credat se liberari ab oīmoda tētatione. Ubi sciendū ꝙ deus tentat hoīem ad ꝓbādū sicut fecit qñ tētauit Abrahā. Vñ dicit textus Geñ. xij. Tentauit de⁹ Abrahā ⁊c. ⁊ ideo tētauit vt ostenderet alijs: et ita tētat nō tamē debemus cōsentire tētationi: qñ tētatio est contra preceptū dei: ⁊ ideo dicit ip̄e deus Deut. xiij. Si surrexerit in medio tui ꝓpheta: noīatiui casus est hic ci

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

hec pphetavel pphetes:aut qui somnū
vidisse se dicat et prædixerit signum atq;
portentū & euenerit et locut⁹ est & dixerit
tibi eam⁹ et sequamur deos alienos q̄s
ignoras & seruiamus eis:nō audias ver
ba pphete illius aut somniatoris q̄ ten
tat vos dñs de⁹ vester vt palā fiat vtrū
diligatis eū aut nō. Et isto modo tentat
ad probandū vt fiat pctm. Si talis tēta-
tio ꝓuenit a carne vel a mūdo vel a de-
mone. Jaco.j. Nemo cū tentat dicat q̄m
a deo tentat:deus em intentator malo-
rū est ipse nemine tentat vnusquisq; em ten
tat a cōcupiscentia sua. Ideo debem⁹ pe
tere ne inducamur in tentationē illam q̄
fit a demone vel malis inclinationibus
quas de⁹ tñ permittit. Et ista est petitio
cōtra pctm accidie q̄m quidam ociose tē
tarunt & pullulāt male cogitationes sicut
male herbe pullulāt in terra male culta:
ita etiā in hoīe male culto per labozē sā-
cte penitētiam q̄ per penitētiā colit caro
sicut per alicui:ieiūniū & silicia. Sed quā-
do stat otiosus statim cadit in pctm: vñ
Eccli.xxxiij. Multā malitiā docuit otio-
sitas:ideo dicit beatus Bern. Otiositas
est nouercaviruitū & mater oim malo-
rū. Jtē beatus Hiero. Semper aliq̄d facito
ne te diabolus inueniat otiosum. ¶ Se
prima petitio est q̄ fit cōtra minus malū
qđ.s.fit contra malū corporis: & ista peti
tio est intellecta per hoc quod dicit sed li
bera nos á malo amē.s.infirmitate: pau
pertate:ira dñi &c. breuiter oia que possu
mus petere continent in ista oratione. Et si
ista diceret deuote nō indigerem⁹ aliis.
Vñ sciendū q̄ nos sumus in medio gñe
paradisi & dānationis infernalis cōstitu
ti. Et ita cū 9m phm. Omne medīū par-
ticipet naturā extremorū. Nos partici-
pamus cū bono paradisi.s. cū habemus
gaudia & cū inferno q̄n tristamur. Et q̄n
simus magis propinqui inferno q̄s para
diso:ideo magis abūdāt tribulationes
in hoc mundo q̄s gaudia. Et iō dicit Da
uid ps.lxxxvij. Repleta est malis anima
mea & vita mea in inferno appropinqua
uit. Ora propter vt liberemur ab istis
tribulationib⁹ petitur in oratione q̄ est
cōtra peccatū inuidie quod est principiū
malū:et ideo dicit scriptura Sap.ij. De⁹
creauit hoīez inexterminabilē & ad imagi
nē sue similis fecit illū:inuidia autē dia
boli mors intrauit in orbē terrarū: dicit
inexterminabilē. i. im mortalē vel alia de
causa q̄ oia peccata mortalia pctō inuidie
excepto habent aliquē sapozē & colo
rem boni:sicut superbia per quā est dele
ctatio in corpore ꝓpter vestes &c. Jtē de
luxuria &c. Sed inuidia nullum bonū co
lozē habet sed totū est tristitia & dolor bo
ni alterius. Et ita tribulatio corporalis
intelligit per inuidiam que nullum bo-
nū videtur habere sed tristitiam et ma-
lū: vbi nota exemplū quod notat super
iij.c.Gen. Cū demon per inuidiā tenta-
uerit hoīem:ponit ibi exēplū de auaro &
inuido imitatis a rege. Nota & ibi vide
per temetipm: et ita per malū intelligit
inuidia quā petimus a nobis vitari. Et
ideo dicit ps.ix. Qui diligitis dñm odi-
te malū custodit dñs animas sanctoruz
suoruz. Et ita declarata est oratio dñica
quā nobis dedit & docuit dñs noster Je-
sus Christus:ideo dicamus eam deuote
vt ueniamus ad regnū celeste. Quod no
bis cōcedere dignetur ille dei filius &c.

¶ De peccatis nostris que Christus in
cruce propter duo portauit.

Distinctio.cxxxviij.



Portauit Christus
in cruce peccata nostra ꝓ
pter duo scz
primo pro redemptione
generali.
Secūdo pro instructione virtuali.

¶ Primo ergo portauit xps pctā nostra
in ligno crucis ꝓ redēptione generali ad
hoc.s.vt pctā hoibus parcerent & remit-
terētur:declara hoc p similitudinē qm̄ si
aliqua cōitas malū aliq̄d cōtra dñm fuū
fecerit ꝓpter qđ condemnati sunt oēs de
illa cōitate ad soluendū certū q̄d in ma-
gna summa aut morient:et cōitas nō hz
vñ soluat & princeps aut dñs vult q̄ occi
dant aut soluant et venit aliquis homo
dines qui dicit: ego volo soluere ꝓ oib⁹
istis ne moriant et soluit ꝓ eis isti libera
tur:postq̄ dñs acceptauit solutionem et

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

etiā redēptionē generalē. Sic est de Jesu xp̄o: qꝛ tota vniuersitas totius mūdi erat obligata cū sentētia in iudicio dei: ⁊ oēs eramus condēnati ad furcā inferni: aut solueremus furtū factū per Adam ⁊ oēs nō poteramus soluere etiā pro vno minimo peccato: vñ iniuria est dare vni agricole alapā: sed maior est si datur militi maior si det̄ comiti maior autē si det̄ regi: ⁊ sic ꝑm ꝙ persona cui infertur iniuria est parua vel maior magis aggrauat vel alleuiat̄ iniuria vel pctm̄. Et ideo qꝛ pctm̄ factū est cōtra deū: iniuria erat infinita ⁊ oēs non eramus sufficiētes ad soluendū. Sed venit diues homo filiꝰ virginis Marie ⁊ dixit patri suo: dñe ego cōpatior nature hūane: et si vobis placeat ego volo soluere ꝓ oībus ⁊ volo suspēdi in furca crucis vt aperiā cofrū thesauri mei. s. corpus a quo emittā sanguinē pro oībus ne ipsi suspēdant̄ in furca inferni et sic fecit: ⁊ ideo d̄r. j. Pet̄. ij. Pctā nostra ipse ꝑtulit in corpore suo sup̄ lignū. s. per redemptionē generalē vt pctā nostra dimittant̄: ad idē. j. Pet̄. iij. Christus semel ꝓ pctis nostris mortuꝰ est iustus ꝓ iniustis vt nos offerret deo mortificatos q̄dē carne viuificatos aūt spū. Sed hic posset queri. Et quā redēptionē generalē fecit xp̄s Jesus si Judei et saraceni adhuc dānant̄ pro pctō. Ad quid ergo prodest illa redemptio? Scd̄a q̄stio est de nobis christianis qꝛ multi dānant̄. Et ad quid opꝫ me facere penitentiā ⁊c. qꝛ iā soluit ꝓ me et ꝓ oībus: al's videt̄ ꝙ nō sit sufficiēs solutio Jesu xp̄i. Dico vobis ꝙ dñs Jesus xp̄s soluit pro oībus gentibꝰ mūdi abūdanter ⁊ superabūdāter: vnde ille Jo. ij. Ipse est ꝓpitiatio pro pctis nostris nō ꝓ nostris aūt tm̄ sed etiā totiꝰ mūdi: ergo apparet q̄stio vera. Ad questionē respōdeo ⁊ dico ꝙ redēptio est soluta sufficienter ⁊ abūdāter: verūtamē oportet ꝙ det̄ executioni duobꝰ modis. Primo ꝑ ablutionē baptismalē: vñ qñ aliquis Judeus vel maurus venit ad baptismū vult tm̄ dicere Jesus soluit pretiū ꝓ humana natura ego volo gaudere et esse particeps illiꝰ solutionis ⁊ redēptionis: et ideo recipio baptismū et tunc nō oportet illi satisfacere aliquā satisfactionē de pctis cōmissis. Secus est de illis qui nolūt ꝙ meis executet̄ illa redēptio: verbi gr̄a. Si aliquis diues soluit ꝓ aliqua cōmunitate obligata ⁊ aliquis ꝓtestat̄ ꝙ non vult gaudere: illa solutiōe tali nō proderit solutio illa. Sic est de Judeis et mauris q̄ dicūt q̄uis deus soluerit pro oībus: ego protestor ꝙ nolo gaudere sua redēptiōe qꝛ volo manere Judeus. Ad idē de mauris: et ideo tales remanēt obligati. Sed quero quō ista solutio executatur per baptismū. Dico ꝙ eo qꝛ Jesus fuit lauatꝰ ⁊ baptizatus sanguine q̄ exiuit de corpore suo in facie: q̄ exiuit de capite ī brachijs de sanguine manuum in corpore: de sanguine lateris ⁊ flagellorꝝ: ⁊ sic de ceteris mēbris ⁊ cū datur aqua baptizādo vult dicere ego ꝓtestor ꝙ volo gaudere redēptiōe Jesu xp̄i. Et ideo d̄r in auctoritate. Christus mortuus est ꝓ pctis nostris vt nos offerret deo: ⁊ sic est soluta p̄ma qō. Scd̄a questio est de nobis diceret em̄ aliquis. Si dñs noster Jesus xp̄s soluit pro nobis oībus: ego q̄ sum baptizatꝰ quare faciā penitentiā: postq̄ Jesus iā soluit ꝓ me. Dico ꝙ prima executio que fit ꝑ lauacrū baptismi nō indiget aliq̄ solutiōe. Sed si post baptismū ego facio peccatū: ego sum reuersus ⁊ obligatus ad primā obligationē qꝛ feci sile pctm̄ contra principē sicut prius: et ideo teneor sibi. Sed executat̄ alio modo in nobis passio xp̄i: qꝛ sicut Jesus sensit dolores ⁊ afflictiōes qꝛ nostra penitētia nō esset sufficiens ad delēda pctā nisi penitētia Jesu xp̄i ⁊ executat̄ in nobis in baptismo. Scd̄a in afflictione Jesu xp̄i ⁊ executat̄ in nobis in penitētia quā dat ꝯfessor: ieiunādo: orādo: portando ciliciū ⁊c. Et ideo qꝛ multi fuerūt dolores Jesu xp̄i pōt multiplicari penitētia totiēs quotiēs est necesse. Et etiā qm̄ Jesus xp̄s redemit nos soluēdo pro oībus sic est necesse executari qꝛ ille qui nō vult baptizari aut confiteri q̄si vellet dicere. Nolo gaudere illa redēptione in illo non executat̄. Et ideo dicit beatꝰ Petrus. Pctā nostra ipse ꝑtulit nō dicit tulit sed pertulit. i. superabūdanter tulit ꝓ oībus tam xp̄ianis q̄ Judeis ⁊ alijs infi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

delib⁹. ¶ Scdo dico ꝙ deus ꝑtulit pctā mūdi in cruce ꝓ instructiōe ꝟtuali ⁊ hoc scz vt pctā vitentur: vñ bene scitis ꝙ oīa pctā mūdi includunt̄ in septē pctis mortalib⁹ et oīa per passionē Jesu xp̄i delent̄ in cruce eo qꝛ ipse fecit septē opa in passione. Primū opus est qꝛ in mōte Caluarie precepto Judeorū ipse se exuit volūtarie ⁊ spōte qꝛ al's nō potuissent eum cōpellere ⁊ sic nudus voluit crucifigi: sz q̄re nudus fuit suspēsus cū nō sit vsus suspēdere aliquē nudū quantūcūqꝫ vilem aut malū cū Jesus esset nobilis hō. Notādū ꝙ hic est instructio moralis et virtualis cōtra peccatū auaritie. Nā primo voluit exui oībus que habebat ⁊ possidebat qꝛ nihil aliud possidebat nisi tunicas: et est bona instructio moralis ꝓ nobis vt restituamus exēplo Jesu xp̄i vt si teneamus aliquid male acquisitū aut ꝑ rapinā violentā aut per furtū secretū aut vsurā aut al's indebite: debem⁹ em̄ cogitare sic Jesus nō accepit de mūdo nisi istas vestes ⁊ anteq̄ veniret ad lectū crucis. i. anteq̄ moreretur voluit se exuere ⁊ dimittere illas: ita ⁊ ego anteq̄ veniā ad lectū mortis volo me exuere ⁊ restituere male acq̄sita. Et hoc est cōtra illos qui nolūt restituere in vita sz cū sunt ꝓpe mortē dimittūt in suo testamēto restitutionē ⁊ talib⁹ nō ꝓdest qꝛ nō esset eis intētio restituēdi in vita si adhuc viuerēt. Sed dimittūt ꝙ sui heredes faciant ⁊ ꝙ heredes facient post mortē eorū nō sufficit nec ꝓdest eis q̄cq̄. Capiatis ergo instructionez crucis nō solū ꝓ redēptione oīm vt pctā soluantur. Sed pro instructiōe virtuali vt pctā vitētur: vnde ꝓpheta Micheas in. j. c. dicit. De mercedib⁹ meretricis cōgregata sunt ⁊ vsqꝫ ad mercedē meretricis reuertent̄. Super hoc plangā ⁊ vlulabo vadā spoliatus ⁊ nudus. Notandū ꝙ ista meretrix est auaritia quia vna mulier qui se omnibus hominib⁹ de villa exponit sed non extraneis satis est mala: ergo auaritia que omnib⁹ hominib⁹ ⁊ mulieribus mūdi se exponit seu tradit: satis est meretrix: ⁊ ideo vocat eam meretricē: ⁊ sic auaritia venit de patre ad filiū: ⁊ filius non vult restituere ꝓ patre: tūc reuertitur ad auaritiā: et finaliter de vna meretrice venit ad aliā putanā. Sed qd̄ est remediuz super hoc? Plangā ⁊ vlulabo vadā spoliatus ⁊ nudus: nudus volo ire sicut xp̄s ad crucē: ergo non solū ꝓ redēptione generali vt peccata dimittant̄: sed ꝓ instructione virtuali vt peccata vitētur pertulit peccata nostra xp̄s in cruce. Secundū opus qd̄ fecit Jesus fuit: qm̄ cū fuit nudus et bene flagellatus corā gentib⁹ dixerunt Judei: extēde te supra crucē: dixit Jesus placet mihi: qꝛ non poterant ip̄m cogere ⁊ sup̄ illo lecto molli ⁊ male purgato: qꝛ non erat lectus posuit se ⁊ venit vnus miles et posuit clauū in manu dextera: ⁊ postmodum trahendo aliud brachiū posuerunt aliū clauū in manu sinistra cū magno dolore. Ad idem fecerunt in pedibus: nūc sequitur moralitas per questionem qꝛ om̄es doctores dicunt ꝙ minor dolor Jesu Christi erat sufficiens ad redimēdum nos oēs: ergo quare voluit sustinere tātos dolores? Dico ꝙ ad instructionem virtualē pro nobis cōtra peccatū luxurie: quia istud peccatū fit ꝓ placito corporis et Jesus pro danda nobis instructione virtuali voluit sustinere illa tormēta dolores ⁊ passiōes in suo corpore ad dandū intelligi ꝙ ipse noluit habere illud placitū in corpore suo sz dolores ⁊ tribulationes: vñ quinqꝫ dolores sustinuit in crucifigēdo. Primus fuit qñ fuit extensus super crucē. Secundus in clauamēto manus dextre. Terti⁹ in manu sinistra. Quartus in pedibus. Quintus in latere ad dandū nobis instructionem virtualē contra oēs species peccati luxurie: ⁊ hoc qꝛ quinqꝫ sunt species pcti luxurie. Prima species est fornicatio simplex: ⁊ ista est minor species q̄uis multi dicant ꝙ nullum est pctm̄ postq̄ nemini faciunt iniuriā cū tam ipse q̄ ipsa sint soluti: et ideo xp̄s voluit sustinere primum dolorē: ad hoc ꝙ nō petamus illud placitum in corpore. Secūda species luxurie est adulteriū: et est maius peccatū quia non solū fit iniuria deo: sed ꝓximo. Tertia species est incestus. s. cum consanguinea affine ⁊ commatre ⁊ est fortius peccatū. Quarta est sacrilegiū cum persona

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

est sacrata vt cū moniali postq̄ tenet habitum aut mulier cū religioso aut p̄sbytero qꝛ sacrati sunt. Quinta est pctm̄ cōtra naturā qñ aliq̄s facit pctm̄ carnalitatis quocūq̄ mō si ꝓpter illud nō pōt seq̄ generatio: ⁊ hoc dico cooperte ⁊ occulte: ne detur occasio peccandi ⁊ iesus voluit sustinere istos quinq̄ dolores ad ostendendum ꝙ iste q̄nq̄ species peccati luxurie debēt euitari: ⁊ iō dicit beatus Paulus ad Gal. v. Qui xp̄i sunt carnē suam crucifixerunt cū vitijs ⁊ cōcupiscētijs. s. dimittēdo ista q̄nq̄ pctā. ¶ Tertiū op⁹ qd̄ fecit iesus in sua passione fuit qꝛ fuit eleuatus cū cruce ⁊ qñ posuerunt crucez in foramine in descensu illo ac si caderet habuit magnū ictum in toto corpore taliter ꝙ caro manuū ⁊ pedū rūpebatur. Et tūc vidit deū patrē in celo cū vna lācea in manu ad occidendū eos. Sed iesus orauit ꝓ ip̄is dicendo: pater dimitte illis: qꝛ nesciūt quid faciūt Luc. xxij. Ecce instructio qꝛ iesus noluit habere vindictam de suis inimicis: nec sustinuit ꝙ alter caperet de eis vindictam ⁊ hoc ad dandū nobis instructionem virtualem cōtra irā ne quis capiat vindictā de inimicis: nec permittat aliquez capere: tm̄ enim valebat ꝑsona iesu christi q̄tū valebat persona patris tui aut filij. Si ergo iesus pepcit suis inimicis q̄d debes tu facere? q̄d dices qñ eris corā deo mittet te in profunduz inferni: parcatis vos adinuicem si vultis intrare gloriam paradisi al's nunq̄ intrabitis. Sūt alique mulieres q̄ nolūt parcere mortē mariti: sed beata virgo pepcit crucifixoribus: et occisoribus viri sui amore iesu christi: et ideo ꝑcatis exēplo virginis marie quia ipsa suos inimicos salutabat ita salutate inuicē ⁊ parcatis vobis: al's vt ait xp̄s Mat. xviij. Pater me⁹ celestis sic faciet vobis si nō remiseritis vnusquisq̄ fratri suo de corporibus vestris: parcatis ergo vos inuicē si vultis esse in societate iesu christi ⁊ beate marie. ¶ Quartū op⁹ qd̄ fecit iesus in passione sua fuit qñ iudei portauerunt sibi coronā de spinis ⁊ cum ipse teneret caput appodiatū: ⁊ inclinatum super crucem ipsi eleuauerunt caput eius de cruce ⁊ posuerunt sibi coronam: ⁊ ita requiem illam quaz habebat quando tenebat caput appodiatū supra crucem non potuit habere qñ habuit coronam in capite: ⁊ hoc ꝓpter spinas que pungebant caput sanctissimuz: ⁊ in hoc dat iesus instructionem humilitatis qꝛ non debemus tenere caput eleuatū: sed modicum inclinatum exēplo ipsius iesu christi. Al's dicit ipse Esa. xxviij. Ue corone supbie ebrijs effraym. Corona supbie est quando mulieres vadunt pompose et sic de hominib⁹: et ideo dicit ve effraym: effraym hebraice idē est ꝙ abūdans latine ⁊ multis venit ista ebrietas ꝓpter magnam abundantiam quā expēdunt in vanitatib⁹. Alijs vero venit ꝓpter ebrietatem superbie qui non habēt vnde possint se sustentare ⁊ exponunt in vanitatibus. ¶ Quintū opus qd̄ fecit iesus est qꝛ per totā noctē emiserat sanguinem ⁊ propter calorem sanguinis sitiebat: ⁊ iudei ꝑauerant sibi mensā de quadā arūdine cui⁹ folia fuerunt mapa: spōgia fuit data in cibū fel ⁊ acetū in potuz et ipse bene sciebat q̄d daretur sibi. Sed ad dandā instructionem virtualē cōtra pctm̄ gule ne. s. comedamus aut bibamus superflue n' si ad necessitatem cum recordamur de tali prandio dato iesu christo debemus ieiunare diebus ieiuniorum ⁊ in alijs diebus q̄uis agricole sint excusati a ieiunio ꝓpter laborē suū: verūtamen diebus dn̄icis non excusant quin ieiunēt vsq̄ missa sit dicta qꝛ si haberent loqui cū papa aut rege nō comederent nec biberent: ergo qui habet loqui cum summo iesu xp̄o non debet comedere aut bibere anteq̄ et locutus fuerint al's angeli qui stant ibi cū iesu christo in missa habent fastidium de odore illius qui non intrat ieiun⁹ ⁊c. Et ideo caueatis vos a crapula et ebritate quia ꝑsona gulosa semꝑ erit luxuriosa: qꝛ cuz vn⁹ vicinus est saturat⁹ inuitat aliū: cuz em̄ venter est plenus inuitat mēbra dedita luxurie: ⁊ iō Luc. xxj. dr̄ Attēdite vobis ne forte grauēt corda crapl'a ⁊ ebrietate. ¶ Sextū op⁹ qd̄ fecit iesus fuit qꝛ cōtinue fecit orationē. Hieronym⁹ super

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

euangelistas ponit septem verba que dixit xp̄s verum est clamādo sed plura q̄ decem dixit submissa voce ꝛ.cx. ꝟsus psalterij ꝛ vltimū ꝟsuz dixit alta voce.s. in manus tuas dn̄e cōmendo spm̄ meū. Sicut sacerdos qui dixit kyrie eleyson: xp̄e eleysō:kyrie el'. Pater nr̄ alta voce:sz residuū de pater dixit in silētio. Sed alta voce dixit ꝛ ne nos inducas in tētationem:ad dandā nobis instructionē ꝟtualem ad extirpādū pctm̄ accidie ne aliq̄s ꝑmittat perdere tēpus suū otiose. Sed dicūt multi:ego nō suz otiosus qꝛ semꝑ laboro sed tn̄ multi credūt esse diligētes qui tn̄ sunt otiosi vt sunt illi q̄ nō portāt lucrum ad domū. Alius aūt est diligēs qui tn̄ credit esse otiosus vt ille qui portat lucrū ad domū. Sed q̄ est ista domꝰ dico ꝙ domꝰ paradisi:vn̄ qn̄ aīa ibit ad portā paradisi:dicet ei iesus. Ad quid venis:dicet aīa dn̄e vt recipiatis me in domo vestra:dicet iesus placet mihi ex ꝑte mei. Sed videamus de quo viues quia in ista domo non pōt stare aliq̄s nisi habeat de q̄ viuat:ꝯ qui nō portat aliq̄d dr̄ otiosꝰ q̄tūcūq̄ laborauerit ī isto mūdo sz illi q̄ī isto mūdo lucrant̄ merita orādo ieiunādo flagellādo corpꝰ ꝯtēplādo ꝛc. illi portant manꝰ plenas:ꝛ intrāt in domū paradisi:sed illi q̄ nihil portāt tanq̄ otiosi vadūt ad hospitale iniustoꝝ in inferno. Et ideo iesus non stabat otiosus: sed orabat ergo quodcūq̄ pōt manꝰ tua facere instanter operare:qꝛ nec opus nec oro nec scia nec sapiētia est apd̄ inferos quo tu ꝓperas Eccl'.ix. ¶ Septimū opꝰ qd̄ fecit iesus in cruce fuit optimū quia fuit lāceatꝰ ad instructionē ꝟtualē ꝯ inuidiā:ꝛ q̄re:qꝛ oīa vulnera q̄ recepit iesꝰ recepit inuita sz lanceatio fuit facta postq̄ fuit mortuus:ꝛ ideo cōtra rōnē:vn̄ nullum habet colorē boni inuidia. Alia em̄ peccata habēt aliquem colorē. Suꝑbia: auaritia:luxuria:ꝛc. Sed inuidia nō habet aliquod cōmodū:nec colorē boni:sz diffamationes sequūtur de ea qꝛ cor inuidū sequitur lingua diffamatiua:ꝛ iō a corde procedūt. Et idcirco si in aliqua villa ē illd̄ pctm̄ repellat̄:alit̄ nō discedet ab illa ira dei. Et iō dr̄ p̄me Pet.ij. Deponētes ꝯ oēz malitiā ꝛ oēz dolū ꝛ simulatiōes:ꝛ inuidias ꝛ oēs detractiones sicut mō geniti īfantes rationabiles sine dolo lac cōcupiscite vt crescatis in eo in salutē. Et iō si habetis malitias inuidias detractatiōes in cordibꝰ vestris deponatis ꝛ habebitis gratiā dei. Et iō dixit ꝙ iesus mortuꝰ est in cruce nō soluz ꝓpter redēptionē generalē vt pctā dimittant̄ sed propter instructionem virtualem vt peccata euitentur ꝛc.

¶ De sex portis per quas possumus intrare paradisum.

Distinctio.cxxxix.



Porte sex per quas possumꝰ intrare ꝑadisū.
Quarum prima est porta fontis.
Scd̄a ē porta sterq̄linij.
Tertia est porta vetus.
Quarta est porta vallis.
Quinta est porta piscium.
Sexta est porta gregis.

Spūales vero porte per has intellecte sunt ēt sex. Quarū prima innocētia baptismalis. Pnīa sacramētalis. Afflictio purgatorialis. Cōtritio cordialis. Obedientia supernalis. Pena martirialis.

¶ Prima ergo erat porta fontis et dicebatur ita qꝛ ante illaz erat fons in quo mulieres aquā hauriētes lauabātur et mūdabantur a pulueribꝰ:aliq̄ em̄ libri habent portā aquaꝝ:per istaz intelligit̄ porta paradisi ꝑ quā intrare habemꝰ:ꝛ est prima.s.fons baptismalis:in illo em̄ fonte mūdat̄ homo ꝛ lauat̄ a pulueribꝰ peccati originalis al's non poterit quis intrare paradisum:vn̄ Jo.iij. Amē amē dico vobis nisi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spū sctō nō pōt introire in regnū dei:vide alibi. Quid est peccatum originale et pone exemplū de imagine argētea clara cadente in luto que habet lauari anteq̄ ponatur in ecclesia:ita etiaz anima cadens in luto generatiōis carnalis habet prius lauari q̄ ponat̄ in tēplo de quo dr̄ in p̄s.xxviij. In templo eiꝰ omnes dicent gloriam. Ista est ergo prima porta scilicet innocentia baptisma-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cōscientie: vltra pericula anime: quāti labores sint vtiq; desisteret. Si sic fecisset virgo Maria dādo se mūdanis et vanis laboribꝰ non esset ita alte situata in celo nec de tanta gloria vestita: sicut ait Dauid Ps̄.xv. Caro mea requiescet in spe: ⁊ Michee.ij.dr. Mulieres populi mei eiecistis de domo delitiarū suarum. Sequitur post paululū. Surgite et ite qꝛ nō habetis hic requiē. ¶ Quartū scz ꝙ non sit requies illis qui viuunt in carnalitatibꝰ dimitto determinationi illoruz qui sunt philocapti qui habēt multas malas noctes ⁊ peiores dies: malum comedere et peius potare. Et ideo dicitur Threñ. ij. Per diem ⁊ noctē non des requiem tibi: neq; taceat pupilla oculi tui. Quinto in alijs peccatis sicut in peccato gule: pigritie: inuidie: nō inuenit̄ requies. Et ideo dicitur Eccl̄i.xl. Furor zelus tumultꝰ fluctuatio ⁊ timor mortis iracūdia perseuerans et contentio modicū tanq̄ nihil in requie. Sicut illi qui tendunt ad vindicationem qui nō possunt quiescere quousq; vindictam receperint: ideo Job de istis loq̄ns dicit Job.xxx. Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie: preuenerūt me dies afflictionis. Omnes autem illi qui in hoc seculo fuerunt sine requie nō ibunt ad terram quietis in alio: vnde dn̄s contra illos dicit Ps̄.xciiij. Isti non cognouerūt vias meas quibus iuraui in ira mea ꝙ non requiescent in spe. Si pro nō: non intrabunt in requiem meā. Ecce apparet quomodo seruiētes mūdo semper sunt in labore: nec sciunt quid est requies quibus dicitur Zacha.xj. Si bonū est in oculis vestris afferte meā mercedem ⁊ si non: quiescite. Sancti vero et alij qui deo seruiūt in hoc mundo semp̄ sunt in quiete: et fuerūt licet sustinuerūt aliquādo martyrium sicut Stephanus Laurentius: Uincentius ⁊c. Katherina Lucia: Cecilia ⁊c. Et aliquādo asperitates sicut Magdalena: Anthoniꝰ: Alexiꝰ: Albertus. Aliquando afflictiones sicut Gregorius: Augustinus. Aliquādo diffamationes: aliquādo persecutiones: et isto modo querebant quietē: ⁊ ita debet queri a nobis si volumus saluari: ⁊ ideo dicit Eccl̄.xxxiij. Cibaria ⁊ virga ⁊ onus asino panis ⁊ disciplina: opus seruo operatur in disciplina: et querit requiescere. Nam tanta erat fidutia ⁊ spes quā habebant saluandi ⁊ sciebāt ꝙ tribulationes ille quas sustinebāt erant via saluationis: ideo illas querebāt et videbātur eis esse pro quiete. Greg. in lib̄. moraliū. Tāto maior fidutia roborat mētē quāto hanc fortior pro veritate afflictio angustat. Et ideo Esa.xxxij. Resonāt talia verba. Sedebit populus meꝰ in pulchritudine pacis: et in tabernaculis fidutie ⁊ in requie opulenta. Uirgo autē benedicta Maria requiē habuit et inuenit non quidem in his in quibus mūdani querunt nec tamen inueniūt. Sed in oppositis vnde primū in quo homines nō possunt quiescere est auaritia: ⁊ ideo contra illud vitium vt destruatur virgo Maria requieuit in virtute paupertatis: qm̄ licet pater ⁊ mater eius essent diuites: ipsa tamē sequendo vitam filij sui benedicti paupertatē non solū spūs vt patriarche: sed etiā corporis elegit: qꝛ non potuit filium suum quem peperit vestimētis pretiosis cooperire: sed habuit ip̄m pannis inuoluere nō habuit domū propriā vbi posset euz reponere: sed in domo aliena reclinauit nō potuit offerendo filium in tēplo oblationem diuitū facere sed pauperū: vt dicit Bernardus qꝛ par turturū obtulerunt. Et ideo ipsa dicit Eccl̄s.iiij. Melior est pugillus cuz requie q̄ plena vtraq; manus cum labore et afflictione animi: dotauit eā: hereditauit: vestiuit: nutriuit: et abūdauit. Et ideo dicit̄ Aue maria gr̄a plena. ¶ Scd̄m in quo hoies nō possunt quiescere est in honoribus et dignitatibꝰ: isti sunt superbi. Et ideo cōtra illud vitiū vt destruat̄ virgo Maria requieuit in virtute humilitatis. Ex hac vt dicit Aug. ⁊ Bernardus deo fuit grata: ex hac omnes generationes mūdi vocant eam beatā: vt testatur ipsamet Luce.ij. et ideo dr̄ in Ps̄.cxxxj. Hec requies mea in seculum seculi: hic habitabo qm̄ elegi eā. Qm̄ humilitas exaltauit: coronauit: glorificauit: honorauit et sup̄ oēs eleuauit: et ideo dicitur Benedicta tu

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in mulieribus. ¶ Tertiuz in quo homines non habẽt quiescere est in vanitatibus mũdanis ꝓpt̃ quas cõtẽnunt alios ⁊ bona eoꝝ aliqñ iniuste auferũt ꝓ vanitatibus complendis. Et cõtra illud vitium vt destruatur virgo maria requieuit in singulari pietate. Nam nulli nocuit immo omnib⁹ ꝓfuit ⁊ ꝓdest ipsa ꝓtegit pctõres intantũ vt dicit Bernard⁹ qđ sicut necesse est vt qui ab ipsa recesserit pereat ita ad ip̃am veniẽs vt defendatur necesse est. Et ideo đr Esa. lviij. Requiẽ dabit tibi dñs de⁹ tuus semꝑ et eris quasi ortus ⁊ sicut fons aquarũ cuius non deficient aque. Et ideo pietas facit ipsam laudari facit ad ipsam clamare facit ipsam rogare facit ad ipsa petere. Et ideo cantat ecclesia. O clemens O pia Ora ꝓ nobis peccatorib⁹. ¶ Quartum in quo homines non quiescunt est in delitijs carnalibus: ⁊ isti sunt luxuriosi ⁊ cõtra illud vitium vt destruatur virgo maria requieuit in singulari virginitate: ip̃a em̃ est abbatissa omniũ ꝟtutuz et virginuz qm̃ ip̃a p̃mo vouit eã ⁊ semꝑ tenuit: ꝟgo em̃ concepit virgo peperit et post partum ꝟgo ꝑmansit intantũ vt dicit Ambrosi⁹ in libro de ꝟginitate nihil est candoris qđ non resplendeat in virgine maria. Et ideo ipsa dicit Sapiẽ. viij. Intrans domum meã cõquiescã cũ illa nõ em̃ habet amaritudinẽ cõuersatio illius: sed gaudiũ ⁊ letitiã. ¶ Quintũ in q̃ hoies nõ quiescunt sunt diuersa vitia et peccata vt sũt gulosi inuidi ⁊ pigri. Et cõtra oĩa ista vitia vt destruantur ꝟgo maria requieuit in virtute sanctitatis quia fuit absq̃ peccato intantum ꝙ nusq̃ peccauit: nec mortaliter: nec venialiter: ⁊ iõ cãtatur a spũ sancto Cãticoꝝ. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macl̃a nõ est in te: vnde sanctitas dabat sibi virtutez associatiuã ⁊ preseruatiuã omnis act⁹ vitiosi ⁊ faciebat ei tenere iter rectum ⁊ virtuosum. Et ideo dicitur ei aue maria. s. sine ve hoc est peccato: vnde Ruth capl̃o p̃mo dicit. Ipsa dedit mihi dñs de⁹ me⁹ inuenire requiem. ¶ Sextũ in quo homines non quiescũt sunt malignitates ⁊ inimicitie sicut sunt iracũdi. Et ideo contra illud vitium virgo maria requieuit in virtute charitatis per quam totaliter inflãmabatur: vnde charitas tenebat eã in deuotione in oratione in dilectiõe in supplicatione in contẽplatiõe: quia totũ desiderium suũ erat esse cum filio suo et habitare cum illo ⁊ rogare illũ ⁊ intueri illum. Et ideo Odilio cluniaceñ. inquit. Scimus ꝓ certo ꝙ omnis marie vita et actio semꝑ intenta fuit in dño: ipsa siq̃dem optimam partẽ elegit que nõ auferetur ab ea. Idcirco đr in aue maria: dñs tecum quia deus pater fuit cũ ea in ip̃az incarnando et spũs sanctus fuit cum ea incarnationem operãdo. Et in hoc erat requies sua: ⁊ ideo dicitur p̃s. liiij. Quis dabit mihi pẽnas sicut colũbe ⁊ volabo ⁊ requiescam: vñ legitur in hystoria btẽ virginis ꝙ post ascensionem filij sui ⁊ in hoc erat bona requies sua sicut đr Eccl̃. xxiiij. In syon firmata sum: ⁊ in ciuitate sancta similiter requieui: et visitabat loca sancta: vnde ⁊c.

Primo locũ baptismi.
Scđo locum ieiunij.
Tertio locum orationis.
Quarto locum passionis.
Quinto locum resurrectionis.
Sexto locum ascensionis.

¶ Primo ergo visitabat locuz baptismi dicẽs. O fili mi q̃ta fuit dilectio vr̃a ad humanã naturã ꝙ in remediũ pcti originalis hoc sacramentum institueritis q̃ta hũilitas ꝙ vos cũ non essetis obligatus pctõ originali volueritis baptisari ꝑ hoc aperit̃ fidelibus ianua paradisi hoc est ianua sacr̃oꝝ ⁊ hoc dat̃ in remissionẽ peccatoꝝ hoc liberat a morte eterna. O fili mi q̃ magna ⁊ singularis fuit ista gratia. Et ideo đr Sap̃. xj. Inuocauerũt et data est illis de petra altissima requies. Consequẽter ibat ad locũ ieiunij ⁊ pnie di. O fili mi vbi erãt pctã vr̃a ꝓpter q̃ vos debuistis pniam facere quid opus vobis erat afflictio nũquid ⁊ vos eratis sine macula? vtiq̃ sic: nunquid et vos de matre virgine ⁊ pura natus estis vt peccatores purificaretis. Certe sic vt quid ergo tantã penitentiam tantã abstinentiam tantã asperitatem sustinui-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

stis certe fili mi in exempluz peccatorũ. O pctõres quare pniaz derelinqtis? quare illã contẽnitis quare pniaz nõ assumitis? videtis dñm ⁊ filium meũ esse ad solis radiũ ⁊ ardorẽ in pnia: quare igit̃ induratur cor vestrũ. Sed si reuertamini et quiescatis salui eritis Esa.xxx. Demũ ipsa p̃cedebat ad locũ passiõis ⁊ ibi alta voce clamabat. O fili mi ibi fuit finis penaꝝ mearũ: hic fui doloribus inuoluta hic transfixa fuit anima mea sicut ille sctũs ꝓpheta Simeon p̃dixerat. Et qñ vidi vos in cruce suspensum hic defecerunt ꝟtutes mee qñ audiui vos loquẽtẽ latroni ⁊ ipsum cõsolantem ⁊ mihi nõ loquebamini: hic em̃ credidi crepare ꝑ cor et rũpere in omnib⁹ interioribus meis. Et quãdo dixistis mulier ecce fili⁹ tuus ⁊ Joãni ecce mater tua: vbi fuit tãta mutatio dimittere dñm ⁊ accipere seruũ dimittere filium dei ⁊ accipere vni⁹ piscatoris dimittere creatorẽ ⁊ accipere creaturam dimittere vitã ⁊ accipere mortem hic defecit spũs meus qꝛ fuit extra oẽm sensum vcz quãdo vidi spm̃ vestrũ a corpore separari ⁊ lat⁹ aperiri. O fili mi ad que eratis obligatus qꝛ ꝓ pctõrib⁹ tam ingratis debuissetis tanta pati fili mi? Tunc fui valde desolata. Et iõ d̃r Ezec. xxxvj. Miserere ciuitatis tue q̃ sum ego sctificatiõis ⁊ sãctificate hierl'm ciuitati tue requiẽ. Jbat ꝯñter ad locũ resurrectionis ⁊ obsculabat̃ sepulchrum di. O caro sacra intra lapidẽ collocata. O caro diuinitati cõtuncta hic posita fuit ⁊ sepulta. O fili mi de hoc loco surrexit corpus vestrum gl'ificatum cum quãta gloria cum quãto splendore magna tristitia mortis vestre quã habui sed quis posset enarrare quãta fuit letitia ⁊ gaudia q̃ habui de vestra resurrectiõe. Magna fuit obscuritas in aere in die passionis ⁊ obscuritas que fuit in corde meo. Sed maior fuit claritas diei resurrectionis qñ sancti patres fuerũt educti de limbo: ⁊ consolatio cordis mei in illa die quãdo vos ⁊ omnes ipsos vidim⁹: illa claritas prenunciabat gloriam quam daturus estis mihi ⁊ filijs vestris in die resurrectiõis eorum: ⁊ inde transiens procedebat ad locum ascensionis ad montem oliueti ⁊ prostrata ad terram oculos mentis eleuans ad celum dicebat. O pater mi celestis ⁊ deus mĩe ⁊ consolationis hic est locus vnde filius meus ascẽdit ad celum empireũ hic fuit cõgeriũ dolorosum iter me et ipsum: hic fuit recessus siue diptimen corporale inter nos duos. O fili mi gloriose qñ recordor ꝙ in vestro recessu siue dispertimẽ corporali mihi dixisti ꝙ erat rationabile ꝙ tũc ascenderẽ vobiscum. Sed filij vestri apl'i ⁊ discipuli relinquerentur orphani et ꝙ erat necesse tunc ꝙ ego remanerẽ ad consolãdũ eos sed in breui aĩa mea cõsolaret̃. O fili mi qñ erit illa hora. O fili mi qñ erit illa cõsolatio qñ ero extra miserias hui⁹ mundi qñ erit dies ꝙ ero vobiscum in gloria paradisi ⁊ videbo faciẽ vestrã gloriosaz. O fili mi quando adimplebitur desiderium meum: vixerat em̃ post filij sui ascẽsionem.xxxij.annis in mũdo peperit illum in.xiiij.ãno et vixerat cũ illo.xxxiij. annis. Sũma ꝙ erat septuaginta nouẽ annoꝝ. Expectabat autem vltimũ gaudium et supremum omniũ. Et ita diu tenens ⁊ cõtinuãs istam orationẽ videbatur sibi ꝙ habebat eum p̃ñtem ⁊ ꝙ tunc loquebatur cuz eo acsi esset presens. Et in hoc erat requies sua dicens Esa.xxv. Hec req̃es mea ⁊ hoc est refrigeriũ meũ.

¶ De resurrectione quam christus nouem modis siue argumentis ostendit.

Distincio.clxj.



Resurrectionez suã ostẽdit christus nouem argumẽtis sine modis. Quorũ primus fuit monumenti apertio.
Scd̃s angelorum testificatio.
Tertius vulnerum ostensio.
Quartus tactus exhibitio.
Quintus vera cibi gustatio.
Sextus realis ambulatio.
Septimus vocalis locutio.
Octauus panis fractio.
Nonus scripture comprobatio.

¶ Primus ergo modus per quem xp̃us

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ostendit suā resurrectionē fuit monumē ti apertio: vnde qñ resurrexit non erat apertum monumentū immo erat clausum ⁊ clauso monumento exiuit sine fractione sicut exiuit verus deus ⁊ hō sine corruptione de vtero virginis. Sed post resurrectionem angel⁹ aperuit. Matth. vltimo. Angelus dñi descendit de celo ⁊ accedēs reuoluit lapidem ⁊ sedebat sup eum: ⁊ sic dixit eis ꝙ iā erat resuscitatus ⁊ monstrauit eis lintheamina ⁊ sic credidit btūs Joānes. Spūaliter sic potest cognoscere quilibet de se si est resuscitat⁹ in aīa de peccato ad gr̄am p aperturam monumenti: vñ q̄diu stat aliq̄s in peccato mortali ille talis est monumētū: nā monumētū depictū a foris apparet pulchrum intus iñ est plenuz spurcitia. Sic quis in pctō mortali exñs a foris est pictus ⁊ intus est plenus malis cogitationibus locutionib⁹ supbia ⁊ alijs peccatis ⁊ sic fetet: vnde iesus reprehendens phariseos et scribas ⁊ hypocritas dixit Mat. xxiij. Ue vobis scribe ⁊ pharisei hypocrite qui sil̄es estis sepulchris dealbatis que foris patēt hominib⁹ speciosa intus aūt plena sunt ossibus mortuoꝝ ⁊ omni spurcitia. Sic ⁊ vos a foris quidez patetis hominib⁹ iusti intus autē pleni estis hypocrisi ⁊ iniq̄tate. Ecce ergo rationem ⁊ auctoritatem ꝙ p̄sone que stāt in pctis sunt monumēta: cū ergo apitur monumentuz p cōfessionē oēs spurcitie ⁊ īmunditie ⁊ corruptionesque sunt int⁹ exeunt ⁊ tūc est signum ꝙ aīa est resuscitata postq̄ monumentū est apertū: et sic credidit Joānes resurrectionē iesu xp̄i p aperturā monumenti ⁊ hoc fuit factū ad dādū intelligere quō cognoscerem⁹ nr̄az resurrectionem de pctō ad gr̄am: vnde Esa. xxxviij. Uiuens viuens ipse cōfitebitur tibi sicut et ego hodie. Dicit bis viuens quasi di. viuēs in vita nature confitebit̄ viuens in vita gratie: quia qui est in inferno cōfitebitur: sed nō prodest sibi quia per vim facit: ergo oportet ꝙ viuēs et voluntarie confiteatur dum viuit in hoc mūdo al's non ꝓderit: vñ Prouerb. xxviij. Qui abscondit scelera sua nō dirigetur q̄ aūt ꝯfessus fuerit ⁊ reliquerit ea mīaz cōsequet̄: ergo non loquit̄ de cōfessionē fienda deo quia deo nō abscōduntur pctā: ergo hoī cui abscōdunt̄ sunt cōfitenda. Et iō si est aliq̄s qui non fuit certus de resurrectione a peccatis ad gr̄am in hoc pōt cognoscere. ¶ Scd̄s modus p quem de⁹ iesus xp̄s ostēdit resurrectionez suā fuit p testimoniū angeloꝝ qd̄ est verum: vnde sicut angelus dānat⁹ non pōt dicere veritatē nisi coactus ⁊ p vim ꝓut dicit Jo. viij. In veritate non stetit; quia veritas in eo nō est cū loquit̄ mendaciū ex ꝓprijs loq̄tur qꝛ mendax est et pater eius. s. mēdacij. Sic angeli dei qui sunt in celo non pñt mētiri: ⁊ p istos angelos bonos voluit xp̄s ostēdere suā resurrectionez apl̄is: vñ dicit ꝙ mane iuerunt ad monumentuz ad vngendū corpus xp̄i apparuit eis angelus qui dixit eis. Quē queritis: iesum nazarenū iam surrexit sicut dixit: venite ⁊ videte locum vbi positus erat dñs. Mat. vlti. Et sic voluit mōstrare suā resurrectionē testimonio angeloꝝ. Sic moraliter est in nobis si volumus cognoscere vtrū simus resuscitati a pctō debemus scire. s. p sacerdotem qui d̄r habere ꝓprietates angeli: primo castitatē: ⁊ puritatem sicut angelus. Itē angelus nō curat de pecunia nec de auaritia: sed de cōseruādo aīas ⁊ dirigēdo ad deū. Talis dz esse sacerdos: vnde angelus non habet inuidiā de alijs: sed charitatem ⁊ amorē ⁊ dilectionē. Talis debet esse p̄sbyter ⁊c. Malach. ij. Labia em̄ sacerdotis custodiūt sciam ⁊ legē exquirent ex ore eius qꝛ angelus dñi excercituū est. Ecce quō sacerdos vocat̄ angelus. Uñ si sacerdos sit bone vite erit cū bonis angelis: si malus cuz malis: ergo qñ p̄sona habet testimonium boni sacerdotis tūc est signum ꝙ est resuscitata: et hoc qñ sacerdos dicit fili vel filia ego video ꝙ vos babuistis contritionē de peccatis vestris ⁊ fecistis verā cōfessionem nūc vero auctoritate qua fungor: ego te absoluo ⁊c. Et tunc penitēs debet dicere cōfessori illud Job. x. Uitam ⁊ mīam tribuisti mihi. Et visitatio tua custodiuit spm̄ meum. Ecce scd̄s modus per quem manifestata est resurrectio xp̄i. Et nos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

possumus cognoscere vtrũ sumus resuscitati a pctis ꝑ gratiã dei per angelũ bonum hoc est ꝑ bonũ sacerdotem. ¶ Tertius modꝰ per quẽ dñs noster iesus xp̃s ostendit resurrectionem suã est mõstrando vulnera: vnde post resurrectionẽ voluit retinere plagas non ꝙ sint vulnera aperta: sed remãsit signum quasi signuz in manibus ⁊ pedibus: ⁊ in latere sicut media luna. Et qñ apl̃i dubitauerũt dixit eis btũs Joãnes in scdo capl̃o. Uidete manus meas ⁊ pedes meos quia ego ipse sum qui. s. fui taliter vulneratꝰ. Et ideo gauisi sunt discipuli viso dño: sic est de nobis: quia vulnera anime nostre sũt peccata mortalia que vulnerant taliter animam ꝙ faciũt ipsam esse mortuam ⁊ inimicam dei ꝑ priuationẽ gratie. Quõ ergo cognoscet̃ ꝙ aĩa sit resuscitata? Dico ꝙ sicut vulnera iesu xp̃i fuerũt mutata in signa stellaꝝ sic mutando pctã nr̃a in aliam spẽm cõtrariã illis est signũ resurrectiõis. Sicut si aliquis est vulneratus peccato supbie et mutat in virtutem lucẽtem ⁊ resplendentẽ illi cõtrariã. s. in humilitatem signum est resurrectionis. Ad idẽ si est in peccato auaritie: capiendo signũ cõtrarium lucẽs: scz liberalitatis ⁊ misericordie. Tunc pornocet se ad vomitum eijciendo de anima illud peccatum: scilicet restituendo vsuram: rapinas: ⁊ alia male acquisita faciendo de illis restitutionẽ: ergo si ꝑ vim habeamꝰ facere meliꝰ est vt libenter et liberaliter faciamus. Item si q̃s habet vulnus fetens luxurie preter illos de matrimonio oportet ꝙ capiat signum lucẽs: ⁊ claruz scz castitatem veram et purã: ⁊ tũc resuscitatur. Idez de omnibus pctis. Semꝑ tñ remanet signuz in corpore si fieri põt portãdo ciliciũ ⁊ alias abstinẽtias faciẽdo que sunt signa vite. Et cuz dñs iesus in die iudicij dicet nobis ecce plagas q̃s sustinui ꝓ vobis dices tu dñe ad idẽ ego sustinui illud ꝓ vobis. Et ideo Mat. iiij. dr̃ Penitẽtiaz agite appropinquabit em̃ regnum celoruz. Et ecce tertius modus per quẽ fuit manifestata resurrectio xp̃i scilicet per demonstrationem vulneruz. ¶ Quartus modus per quẽ christus demonstrauit resurrectionem suam fuit ꝑ tactum. Unde quando viderunt christũ post resurrectionem extimabant spiritũ videre: et tunc iesus dixit eis Palpate et videte quoniam spiritus carnem ⁊ ossa non habet quemadmodum me videtis habere. Luc. xxiiij. Et ita per istuz tactũ fuit ꝓbata resurrectio. Et nota hic ⁊ bene pro nobis: quia cum tactu probatur creatura si est resuscitata a pctõ: ⁊ quomodo multi sacerdotes et etiam religiosi sunt ꝙ si videatis eos credetis ꝙ sint boni et deuoti: ⁊ hoc per visũ et forte nõ sunt boni. Et ideo oportet ꝙ probentur per tactum. Sicut quando videtis scutũ cum bono colore dicitis bonum debet esse: sed si non tangatis cum proba non bene cognoscetis ipsum. Sic est de nobis quia forte illi tales sunt hypocrite ⁊ superbi intus. Si ergo vultis probare tangatis eos dicendo vos estis vnꝰ malus sacerdos vel religiosus. Et dicet ego sum melior vobis: ecce probatus est in tactu per impatientiã. Si enim habuisset patientiã esset bonus: ergo in tactu est bona probatio. Et ideo christus voluit tangi ad demonstrandum nobis ꝙ in tactu probatur creatura. Exemplum de Job. Qui cum fecisset multa opera misericordie dixit deus sathane. Nunquid considerasti seruum meum Job ꝙ non sit ei similis in terra: homo simplex et rectus ac timens deum et recedens a malo? Cui respondẽs sathanas ait Nũquid Job frustra timet deum nõne tu vallasti eum: et domum eius vniuersamq; substantiã eius per circuitũ. Operibus manuum eius benedixisti et possessio eius creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam et tange cuncta que possidet nisi in facie benedixerit tibi. Et sic dixit sathanas extẽde manuz tuam tangendo eum et satis tetigit. Sz ipse Job dixit. Dominꝰ dedit dominus abstulit sicut domino placuit: ita factum est sit nomen domini benedictum. Job primo. Iste tenuit ad tactuz probe: ergo quando aliquis tangit vos ⁊ non potestis sufferre debetis dicere. O miser quomõ sum debilis ⁊ miser qui in tactu in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

iurisrū nō possum habere patiētiā. Ecce ergo quomodo per tactū probauit christus suā resurrectionē. ¶Quintus modus quo dñs iesus probauit suā resurrectionē fuit comedēdo: qr voluit comedere: nam angeli qñ abrahā inuenit eos Gen. xviij. apparebāt comedētes sed nō comedebāt qr nō habēt stomachū neq; guttur ꝛc. Et ideo nō comedebant vere. Et pro hoc facit quod dicit Rachel thobie. Cū essem vobiscū p voluntatē dei videbar quidē vobis māducare ꝛ bibere. Sed ego cibo inuisibili ꝛ potu qui ab hominib⁹ videri nō potest vtor. Thob. xij. Sed iesus vere comedebat ꝛ gustabat ꝛ cibus intrabat in stomachū sed non faciebat digestionē ꝫ euanescebat ꝑm suā voluntatē: et ideo vere comedit cōtra eis vt ostēderet eis q vere erat resuscitatus verus deus ꝛ verus homo licet nō indigeret comēstione. Sed mozaliter p nobis videamus quis de nobis resuscitat⁹ est de morte pcti ad vitā gratie. Comedistis bñ de carnibus isto paschate? Sic. Sed videamus comedistis ne de agno paschali corporis ihesu christi qui est vita aie: qr sicut per gustū vel cibū prouenit pctō ꝛ destructio hūane nature. Ad idē deus ordinauit cibū altū. s. fructū vētris beate marie vt si ḋs gustauerit de eo habeat vitā eternā ꝛ inde venit totū bonū: et qñ veniet dies iudicij habebim⁹ vitā eternā per eū: qr sicut deus voluit adorari in archa manibus hominū facta. Ad idē nunc sub meliori forma visibili. s. panis pascati p manus hominū vult adorari. Et ideo si forte nō cōicastis isto paschate crastḋo inuāte poteritis cōmunicare: et tunc erit vobis signuz resurrectionis aiarū vestrarū de pctō ad vitam. Unde Joh. vj. Panis quē ego dabo caro mea est pro mūdi vita. Ecce ergo quō christus comedēdo mōstrauit suā resurrectionē. Et nos etiaz poterimus dicere seu cognoscere nostrā resurrectionez de pctō ad gratiā ex eius exēplo. ¶Sextus modus quo christus probauit et ostēdit suā resurrectionē fuit ambulādo. s. cū discipulis ad castellū emaus: illud em̄ peditare siue pedib⁹ ambulare fuit signuz vere resurrectionis. Et ideo in resurrectione lazari dixit ihesus Lazare veni foras: ꝛ statim prodijt qui fuerat mortuus et dixit illis iesus Soluite eū ꝛ sinite abire. Joh̄. xj. q. d. q illud ambulare probabat verā resurrectionē in eo: et est nobis exemplū vt possimus cognoscere si simꝰ resuscitati per argumentū ambulandi. Sed quomodo ambulabim⁹? iuxta doctrinā Dauid dicētis ps. lxxxiij. Jbūt de virtute in virtutē videbit deus deor. in syon. Unde pōt sciri ꝛ experiri in sacerdote aliquo. Cui si dicatis: dñe petre hodie est vnus annus q celebrastis ꝛ Respondebit q sic. Et tunc habebatis magnam deuotionē? dicet talē qualē. Et hodie celebrastis? dicit q sic et quomodo de vestra deuotiōe? taliter sicut anno preterito: signū est q est mortuus ꝛ nō resuscitatus. Si em̄ infra annū nō meliorastis nec mouistis vos ambulando qr in eodem statu estis quo eratis modo est annus. Et sic de ceteris qui semper stant in vno statu ꝛ non meliorāt se imo deteriorantur qr heri erant mali hodie sunt peiores. Et ideirco sicut sumus itinerātes ita debemus itinerari meliorando nos iuxta doctrinā Pauli apli ad Col. j. dicentis. Ambuletis digne deo p oia placentes in omni opere bono fructificātes in scientia dei. Et ideo christus p ambulare demōstrauit suā resurrectionē nos per hoc poterimus cognoscere nostraz. ¶Septimus modus quo christ⁹ iesus ostēdit ꝛ manifestauit suā resurrectionē fuit loquēdo oze: vnde Luce. xxiiij. Incipiēs a moyse ⁊ oībus prophetis interpretabatur illis in oībus scripturis que de ipso erant. Et sic in loquēdo demonstrauit se resurrexisse qr loq̄ est opus hominis rationalis. Et ideo discipuli in loquendo cognouerūt resurrectionez: qr de omnibus scripturis ꝛ gestis loquebatur eis. Ad idem nos loquēdo possumꝰ cognoscere resurrectionē nostram. s. bene loquendo aut male qm̄ qualisquisq; est talia operab̄. Et facit ad idem Aristoteles primo periarme. Uoces sunt note earum que sunt in aia passionū. vnde si ego loquoz blasphemias: diffamatiōes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

et alia verba otiosa signū est q̄ sum mortuus in aia p̄ petrū. Sed si loquar verba dei ꝛ virtuosa signum est q̄ aia est viua. Ad idem q̄n quis loquit verba bona cognoscit viuere: q̄n mala cognoscit mortuus esse. Sic arbor q̄n̄ p̄ducit multos flores fructus et folia signū est q̄ radix est viua: vñ Mat. xij. Bonus homo de bono thesauro bona p̄fert: ꝛ malus homo de malo thesauro mala profert. Et ideo sicut loquendo manifestauit iesus discipulis suis suā resurrectionem. Ad idem nos in loquendo poterum⁹ cognoscere an simus resuscitati vel nō. ¶ Octauus modus per quē xp̄s ostēdit suā resurrectionē vel se resurrexisse fuit frangendo panē q̄n fuit cū discipulis in castello emaus: vnde eundo cū discipulis suis dū appropinquarent castello finxit se longius ire ad denotandū q̄ non solū veniebat ad eos: sed adhuc habebat longius ambulare: ꝛ cogerūt eū vt remaneret cū eis: ꝛ cū essent in mēsa incepit benedicere dicēdo. Oculi oim in te sperāt dñe ꝛc. Quo audito mirabant discipuli quō sciebat illā b̄dictionē ꝛc. Et cū incepit frangere panē cognouerūt eū in fractione panis. Luc. vlti. Et in hoc cognoscitur homo si est resuscitatus de morte ad vitā. s. in fractione panis: vñ dicit deus Ade Gen. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et si vos frangitis panem ad dextrā et sinistrā: ad dextrā faciendo elemosinā parentib⁹ propinquis indigentibus: ad sinistrā extraneis indigentibus tūc cognoscere poteritis q̄ aia vestra est resuscitata p̄ fractionē panis. vñ Thob. xij. Elemosina a morte liberat et ipsa est que purgat petā ꝛ faciet inuenire vitā eternā: ergo in ista forma frangēdo panē poterimus cognoscere si sum⁹ resuscitati de petō ad gratiā ꝛc. ¶ Nonⁿ modus quo xp̄s iesus ostendit suā resurrectionē fuit p̄ testimoniū scripture: vnde dicit Moyses q̄ deus q̄n voluit formare euam fecit dormire adam ꝛ cepit vnā de costis ꝛ inde formauit mulierē nunquid poterat aliter formare? Dico q̄ sic: sed illud fuit figura q̄ iesus habebat dormire in cruce et sic ꝛc, sicut habes alibi. Ad idem de baculo in forma crucis ꝛ serpente ꝛc. Item de figura arche Noe ꝛc. Et nullus extra istā archā potuit saluari: require alibi. Istavirt⁹ de signo regis messie cribat ꝛ ipse solus erat potēs ista facere ꝛ resuscitari. Ista et alia plura de sanctis scripturis dixit illis vt intelligerent. Et tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Luce. vlti. Et hec est mozalitas p̄o nobis q̄ cōplendo. x. p̄cepta que sunt scripta habebim⁹ vitam eternā resuscitando de petō ad gratiam. Unde Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Et ecce nouē argumenta de quib⁹ Act. j. Probuit seip̄m viuum post passionē suā in multis argumentis: ꝛ sic manifestauit suam resurrectionē. Et habemus multa documenta ad cognoscendū de nobis vtrū simus viui in gratia per scripturas sacras ꝛ p̄ predicta nouē argumenta. Rogem⁹ ꝛc.

¶ De resurrectione generali cuius sunt sex conditiones.

Distinctio.clxij.

Resurrectiōis generalis sex sunt cōditiones que notanē in illa auctoritate Joā. v. Nolite mirari hoc q̄ venit hora in qua oēs qui in monumentis sunt audiēt vocem filij dei ꝛ procedēt qui bona fecerūt in resurrectionē vite. Qui vo mala egerunt in resurrectionem iudicij ꝛc.

Prima est virtuosa alte: q̄ nolite mirari. Secūda est subita breuiter: q̄ venit hora. Tertia est copiosa plene: q̄ omnes qui in monumentis sunt.

Quarta est timorosa stricte: q̄ audient vocem filij dei.

Quinta est gratiosa digne: q̄ proce. qui bona fecerūt in resurrectionem vite.

Sexta est dolorosa iuste: q̄ qui vo mala egerunt in resurrectionem iudicij.

¶ Prio ergo gñalis resurrectio erit virtuosa alte: hoc est q̄ nō fiet per potentiā naturalem sed per supernalem virtutē. Et ideo dicit nolite mirari hoc: vñ mirabat Job. xix. c. Scio enī q̄ redēptor meus viuit et in nouissimo die de terra surre-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cturus sum et in carne mea videbo deuz saluatorē meū: quē visurus sum ego ip̄e et oculi mei cōspecturi sunt ⁊ non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. Dicit ꝙ redēptor meus viuit: vnde ꝟm textū biblie Job fuit duob⁹ milib⁹ annis ante incarnationē: ⁊ tñ cognoscebat ꝙ xp̄s redemptor viuebat. Ita etiā dicebat Martha Joā. xj. Scio ꝙ resurget in resurrectionē in nouissimo die. Sz quare dicit Job reposita est hec spes mea et nō sides? Silr̄ symbolū fidei. Excepto qđ in nullo alioꝝ articuloꝝ ponitur nisi in isto. Sed credo tantū modo ratio est qꝛ in resurrectione speratur resurrectio iuxta opa: vnde Dauid p̄s. lxj. Semel locutus est deus duo hec audiui: qꝛ ptās dei est ⁊ tibi dñe mia: qꝛ tu reddes vnicuiq; iuxta opa sua. Sed quare nō dicit Dauid propter opa? Ratio qꝛ nō reddit propter opera sed ꝟm cōditionē operū. Unde illud est conformatū per nouū testamentū Mat. xvj. Filius em̄ hois venturus est in gloria patris sui: ⁊ tunc reddet vnicuiq; ꝟm opera sua. Unde opera fiunt isto modo: qm̄ aīa prīo cogitat facienda et postea corpus exequit̄ cū aīa: ideo aīa primo meretur ⁊ demeret̄: ⁊ ita etiā primo premiat̄ vel punitur. Sed qꝛ corpus primo postea exequit̄: ideo etiaz postea associatur anime. Unde quando anima cogitat facere bonum tunc incipit mereri: quia promptior est corpore ad bonum agendū. Matthei. xxvj. Spiritus quidem promptus est: caro autez infirma. Cū ergo aīa primo sit in gloria quā quidē sperat corpus habere: cuius quidē spei obiectū est resurrectio ⁊ retributio boni executū est in aīa: iō dicit expectam⁹ propter spem quā habemus in illa retributione. Et ideo fiet retributio mortuoꝝ vt corpus associet̄ aīe in gl̄ia vel in pena: et ideo etiā dicit̄ expecto: qꝛ obiectū spei est retributio. Et ideo dicebat Paulus. ij. ad Coꝝ. v. Oēs nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i vt reserat vnusquisq; propria corporis prout gessit siue bonū siue malum. ¶ Scđo resurrectio erit subita breuiter: qꝛ in hora. Unde ꝟm modū cōem loquendi minus tēpus est hora. Et ideo dicit venit hora. Phi tñ habent minora tpa: qꝛ momentū et instans. Et etiā in minori tpe q̄ sit hora fiet talis resurrectio. Unde Apl̄us. j. ad Coꝝ. xv. Fratres ecce misterium vobis dico: omnes quidem resurgemus: sed nō oēs immutabimur: in momēto in ictu oculi. Ubi sciendū ꝙ ꝟm species oculus percutit̄ ab obiecto in instanti ita ꝙ non in tpe cū non possit diuidi: sicut solis radius ꝑcutit i mane oculos ⁊ in instanti. Et ideo đr in ictu oculi qđ intelligitur de cōiunctione corporis cū aīa seu infusione que fiet sine tēpore. Unde dicitur Esaie vltimo. Quis audiuit vnq̄ tale: ⁊ quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die vna: aut parietur gens simul? Loquitur em̄ Esaias admiratiue propter mirabile illud quod resurgemus oēs a terra ⁊ in instāti. Et iō dicit xp̄s ꝙ venit hora. Et de ista loquit̄ ipsemet xp̄s Matth̄. xxiiij. Et vos estote parati qꝛ nescitis qua hora fili⁹ hois vētur⁹ est. ¶ Tertio resurrectio erit copiosa qꝛ oēs q̄ in monumētis sunt ab Abel vsq; ad vltimū moriturum resurgēt: ita etiā oēs pueri q̄ statim post ifusionē aīe in corpore decesserūt resurgent in etate xxxiij. annoꝝ. Ubi sciēdū ꝙ aīa infundit̄ in corpore masculi i quadragesimo die: in femella aūt in octogesimo die. Ita dicit glo. sup lib. Leuit̄. xiiij. c. Sed diceret aliquis. Uos facitis istā resurrectionez ita copiosam: ⁊ tñ xp̄s fortiter restringit eā qñ dicit oēs qui in monumētis sunt: modo cū sint plures qui nunq̄ fuerunt in monumētis: puta combusti: suspensi: submersi ⁊ ita de alijs: ergo ⁊c. Dicendū ꝙ dicit in monumentis ad dandū occasionem mussitandi: immo verius imaginādi quō intelligit̄ illud: oēs qui in monumentis ⁊c. Et ideo sciendū ꝙ nullus est mortuus quin habeat monumentū. Pro quo sciendū ꝙ quattuor sunt elemēta. s. terra: aqua: aer: ⁊ ignis: ⁊ ideo oīs q̄ morit̄ est in aliquo istorū ⁊ sic est in monumento. Qđ aūt oīa elementa sint monumēta ptz ꝑ Dauid p̄s. xlviij. Sepulchra illoꝝ dom⁹ illorū in eternū. Istud aūt nō pōt aliter bene intelligi nisi intel

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ligat de elemētis: qr elementa manebūt in eternū ⁊ nō alia monumenta particularia: qr talia cremabunt per ignem: ⁊ sic transibūt sed nunq̄ elemēta immo manebūt in eternū: vel pōt dici alr propter illud qd dicit Dauid ps.j. Ideo nō resurgunt impij in iudicio neq̄ pctōres in cōsilio iustoꝝ. Ubi sciendum q̄ sepulchra mortuoꝝ sunt pulchra exerius: interius autē fetida. Et q̄ peius est in pctōribus quorū aīe intra fetide sunt: vnde xp̄s in quodā sermone quē fecit scribis ⁊ phariseis. Scribe dicuntur doctores a peritia scripture. Pharisei v̄o qui habēt dignitatē inter ipsos: vnde dicebat eis Mat. xxiij. Ue vobis scribe ⁊ pharisei qui siles estis sepulchris dealbatis q̄ a foris patent hoib⁹ speciosa: intus tñ plena sunt ossib⁹ mortuoꝝ ⁊ omī spurcitia: sic ⁊ vos a foris quidez paretis hoib⁹ iusti: intus tñ pleni estis hipocrisi ⁊ iniquitate. Pone diriuationem hipocrisis ⁊ post dic q̄ pctōres sunt tales qm̄ apparent pulchri exterius: ⁊ tñ interi⁹ sunt fetidi. Et ideo voluit xp̄s dicere in monumentis ad excludendū illū errorē. s. dicentiū q̄ pctōres nō resurgēt. Per psalmistā tñ intelligitur ita: nō resurgent impij in cōsilio iustorū sicut prius sequit. Et ideo dr in monumētis: qr pctōres sunt siles monumētis. ¶ Quarto resurrectio erit timorosa stricte: qr audiēt vocē filij dei: vnde illa vox erit preceptiue xp̄i ⁊ executiue beati michaelis. Et est ad hoc vna auctoritas beati Pauli qui hoc dicit.j. ad Thessal. iiij. Ipse dn̄s in iussu ⁊ in voce archāgeli ⁊ in tuba dei descēdet de celo: ⁊ mortui quiin xp̄o sunt resurgēt primi. Precipiet em̄ xp̄s btō Michaeli vt vocet oēs mortuos totius mundi: tunc btūs michael vertet faciē versus orientem ⁊ alias partes mūdi ⁊ clamabit tanta ⁊ tā alta voce q̄ audiet ab illis qui sunt in paradiso et ab illis q̄ sunt ī inferno ⁊ in purgatorio et in limbo ⁊ dicet. Surgite mortui venite ad iudicium. Et tunc subito oēs resurgent. Ubi cōsiderandū est q̄ quātus erit dolor dānatoꝝ qñ videbūt q̄ habēt venire ante iudicem. Et ideo beatus Hiero. illa considerans dicebat, Si comedā sine bibā semp videt sonare in auribus meis illa terribilis vox Surgite mortui venite ad iudiciū. Postq̄ ille sanctus timebat bene sumus nos miseri qui non cogitamus nisi de tabernis et de coquinis ⁊c. Et ita resurgem⁹: vnde ps. lxvij. Dabit voci sue vocem virtutis date gloriam deo. ¶ Quinto resurrectio erit gloriosa digne: qm̄ qui bona fecerūt precedent in resurrectione vite. Unde de ista resurrectione loquit Dauid ps.j. dicēs. Nō resurgent impij in iudicio: sed bonī resurgēt glorificati: ⁊ ita vt cōtinet in auctoritate Pauli.j. ad Coꝝ.xv. Sic erit resurrectio mortuoꝝ. Seminat in corruptione surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget ī glia. Seminat in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus aīale: surget corpus spūale. Pone romantiū ⁊ practicā vnde corpus glorificatū erit magis lucidū q̄ sol: ⁊ erit ita pulchrū q̄ si quis videret illud per centum annos nihil amplius cōsideraret. Et erit ita agile sicut est imaginatio. Similiter erit insensibile q̄ nō erit animale ⁊ penetrabit quodcūq̄ corpus sine illius occupatiōe: quia erit spirituale: et habebit tantum odorem q̄ si corpus esset in aliqua parte mundi fragraret per circuitū mille leucis. Et tunc quando anime voluerint induere eorū corpora dicet ei angelus. Anima benedicta indue illud corpus. Tunc anima habebit tantum gaudium qd erit ineffabile: et cantabit illam cantilenā Esaie lxj. Gaudēs gaudebo in domino ⁊ exultabit anima mea in deo meo: quia induit me dominus vestimento salutis: ⁊ indumento letitie circundedit me quasi sponsum decoratum corona: et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Dicet anima quasi sponsum: corpus dicet quasi sponsam ⁊c. ¶ Sexto resurrectio erit dolorosa iuste: scilicet in damnatis Pone contrarias qualitates corporis glorificati superius positas et nominatas sicut erit resurrectio ⁊c. Pone practicam super quolibet et ita erunt terribilia ⁊c. Pone exemplum de illo milite pessimo qui habebat pulchram vxorem ⁊c.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

vide supra in distinctiõe. Gloria celestis est p aliquibus: meditemur ergo quãta turpitudo erit in dãnatis cũ in illo esset tanta ꝛ qñ angelus dicet aie: indue illõ corpus tenebitur aia: ꝛ faciet planctum quem faciebat Paulus: non tñ in sibi cõ di. ad Ro. vij. Infelix ego hõ quis me liberabit de corpore mortis huius. Oiquã tus dolor qñ induent corpus vt loquam ignitã: ꝛ ita apparet materia resurrectionis gñalis aliqualiter declarata. Rogemus dominum ꝛc.

¶ De tribus retributionibus quas dat deus.

Distinctio. clxij.

RETributiones tres dat deus.
Primam dat in ista vita tẽporali.
Secundam dat in fine siue morte corporali.
Tertiam dat in iudicio vniuersali.

¶ Prima ergo retributio est in vita temporali: vñ alia est vita layealis pñs ypocrite: alia religiosi: alia prelati ꝛc. ꝛ cuilibet sm cõditionem suã dñs bene agat dat deus retributionẽ. s. gaudiũ in hoc mundo: si tñ male agant hñt retributionẽ luctus ꝛ merozis vermẽ ꝛ scie mordẽtẽ eos ad intra. Et tõ est qñ sicut qñ qualitates alie. s. quatruor virtutes cardinales q̃si sunt in bona pportiõe ꝛ armonia tũc gñant in aia gaudiũ. Si vero non sint in debita pportione siue armonia generãt in eadẽ tristitiã. vñ Aug. in libro solilloquiorum. Justisti dñe ꝛ ita est vt ois inordinatus anim⁹ pena sit sibi ipsi. Et Boetius lib. iij. Prosa. iij. in idem concordat di. Sicut pbis pbitas sit pmiũ: ita iprobis nequitia sua suppliciũ est. Unde in quolibz pctõ: primo de superbia qñ qñ cogitat in corde superbire hoc est superbus effici p honores autẽ alias multas habebit tristitias: qñ si quis in mane, nõ impendit sibi honorẽ qualẽ vellet statiz turbabitur: ꝛ ita de aliis: siue in ecclesia siue in foro siue in esu siue in potu siue in lecto: breuiter in omnibus tristat: et ita superbia portat secum penam: humilis aũt cum nõ curet de istis nullam hz tristitiam: sed quieuit aia sua in gaudijs. vnde xps ait Matth. xj. Discite a me qñ mitis sum ꝛ humilis corde: ꝛ inuenietis requiem a iabus vestris: christus humilis erat. vnde Jo. viij. Ego gloriã meam nõ quero: ideo veri humiles dicũt illõ Dauid ps. cxiij. Non nobis dñe non nobis: sed noi tuo da gloriã. Siꝛ de auaritia qñ auarus siue vigilando siue dormiendo nunq̃ quiescit in aio: sed semp somniat suas diuitias furari: itẽ in mensa tristatur de expensis magnis siue quo ad esum siue quo ad vestitum. Item tristatur si sit locuples siue abundãs in blado si illud sit vile. Idem de vino adeo q̃ aliqñ ita tristãtur q̃ moriunt. Ubi nota exemplũ de illo qui dicebat tres solidos ꝛ meditũ ꝛ tandẽ mortuus est ita febriciando: ꝛ ita auaritia infert penam: largus siue liberalis semper gaudet in illis in quibus auarus tristatur. vñ Dauid ps. lxvij. Justi epulentur ꝛ exultent in cõspectu dei ꝛ delectentur in letitia: iustos vocat liberales qz liberalitas iustitia est filr de peccato luxurie. O quantã penaz patiuntur luxuriosi qui semper ardent. vnde luxuria nihil aliud est q̃ ignis inferni accẽsus in illis. vñ Job. xxxj. Ignis est vsq̃ ad cõsummationẽ deuoras oia eradicãs genimina. vnde si aliquis velit mechari cũ aliqua non potens cũ ea cõuersari in omni hora tum ꝓpter tumoꝛez aliozꝛ: tum ꝓpter ardozem libidinis forte nunq̃ assequitur qõ optat. Si aũt assequatur nihil est sibi ad sufficientiã misi sicut penna madida febricitanti: qz semper appetit: castus autem non curat de his sed gaudet sentiens iam gaudiũ angelicum siue spirituale. vnde Dauid ps. lxxvj. Renuit consolari anima mea l carnalibus bonis: quid ergo memor fui et delectatus suz. Similiter gulosus in oibus tristatur: tum propter appetitũ bonarum escarum: tum propter turbationem membroꝛ: tum propter infirmitates que ex ea sequuntur: ꝛ propter potum in somnum noctium: breuiter penam ducunt secum: sed sobrius in his non tristatur. Unde nota exemplum de

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Alexandro cum venisset ad quosdã populos orientales quos Hieronymus in prima epistola in biblia vocat bragmauos quos cum vidisset Alexander antiquos ⁊ sanos miratus quesiuit q̃d hoc erat: illi autem responsum dederunt q̃d vtebãtur parcitate: quia solum semel cõedebant in die ⁊ de vno solo epulo. Alexander autem non curauit de ista parcitate: ideo non regnauit nisi.xiij.annis: ergo sumus parci ⁊ viuemus diu. vñ Ecclesia.xxxvij. In multis enim escis erit infirmitas ⁊ auiditas appropinquabit vsq̃ ad coleram: propter crapulam em̃ multi perierunt ⁊ obierunt. Qui autem abstinens est adijciet vitam. Item etiã de ira vnde cum aliquis vult vindicari semper tristatur: q̃ forte transibunt duo vel tres anni ꝙ non poterit se vindicare. Si autẽ vindicet se ⁊ sciatur ꝙ fecerit mortez pari forma morietur iustitia mediante ⁊c. Non aũt est ita in patiẽte q̃ gaudet i omnibus ⁊ nullum timet. vnde Paulus ponendo bona spiritus dicit ita ad Gal.v. Fructus aũt spiritus charitas gaudiuz pax patientia ⁊c. Itẽ de accidia. vnde accidiosus comparatur ferro non exercitato quod rubigo non consumit: quia accidiosi nec comedẽdo nec bibendo sal aut saporem habent ⁊ nihil bonũ inueniunt nec sapidum: diligentes aũt non sic: sed in omnibus saporem habent: vnde plus ⁊ melius sapiunt caules diligentibus et se exercitantibus ⁊ alie esce grosse q̃ accidiosis esce delicate. Et iõ vnusquisq̃ in suo statu laboret ⁊ ita gaudebit. vnde Dauid p̃s.xviij. Iustitie domini recte letificantes corda: iustitias vocat diligentias iuxta statũ ⁊ ꝯditionẽ vniuscuiusq̃. Item inuidia est tristitia peior omnibus alijs. vnde inuidia nihil aliud est q̃ displicentia bonoꝝ aliorũ hoim. Ubi nota exẽplũ de inuitatis a rege.s.auaro ⁊ inuido q̃.s.inuidꝰ petijt sibi vnum oculũ erui vt socio suo eruerentur duo: ergo cõcluditur ꝙ inuidia generat tristitiam. Ecõtrario est de charitatiuo qui in omnibꝰ gaudet ⁊ in bonis suis ⁊ etiam alteriꝰ: ⁊ de tali inuidia dicitur Prouerbio.xiiij. Uita carnium sanitas cordis: putredo ossium inuidia. Concludamus ergo q̃d peccatores tristantur ⁊ iusti gaudẽt. Et est ad hoc auctoritas vna quo clare dicit Genes.iiij. Nonne si bene egeris recipies: sin autem male statim in foribus peccatũ aderit: fores appellat sensus exteriores. vnde phs. Nihil est in intellectu quin priꝰ fuerit i sensu: ⁊ ista est pria remuneratio. ¶ Scda retributio est in fine siue morte corporali ⁊ ista est melior. Ubi notandum ꝙ aia bruti nullũ habet esse post mortem corporis cũ habeat dependẽtiam a corpore: ⁊ dicunt phi ꝙ educitur de potentia materie. Non est tamẽ ita de aia rõnali qm̃ corpus hz depẽdentiam ab aia: ⁊ ideo viuit aia post decessum corporis vbi hz retributionem s̃m opera sua. Pro quo sciẽdum ꝙ tres sunt conditiones hoim. Qm̃ quidam sunt

Summe boni.

Summe peruersi.

Mediocriter boni.

Primi sine purgatorio volant ad paradisum. vnde Dauid p̃s.cxxvj. Cum dederit dilectis suis somnum ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris. Notandum ꝙ cum dicit Cum dederit dilectis suis: deus em̃ diligit omnes creaturas teste sapiente Sap̃.xj. Diligis enim omnia que sunt ⁊ nihil odisti eorum que fecisti: iñ excellentius diligit iustos: dicit somnũ q̃ non sentiunt penam sicut nec moriens: ecce denotat immediationem inter mortem siue exitum anime a corpore: ⁊ gloriam ad quam immediate euolant: hereditas domini filij merces fructus ventris. Unde nota ꝙ sunt due conditiones hoim habentium statim paradisum sine purgatorio. Prima est illoruz qui pegerunt pniam condignam in hoc mundo sicut adultoꝝ pfectoꝝ. Alia conditio est puerorum ⁊ infantium qui statim post baptismum moriuntur. Pro prima dicit hereditas domini filij merces: qm̃ gloria paradisi est merces laborum: pro secundis dicitur fructus vẽtris: fructus ventris est baptismus fons est venter: ⁊ ipsi habent fructum illius ventris. Alij sunt summe mali: scz peccatores in peccato mortali decedentes quoruz re-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tributio est infernus qm̄ statim post decessum mittuntur in infernū sicut ostensum fuit beato Johanni in Apoc. de lapide molari misso in mari. Apoca. xviij. Ubi sciendum ꝙ magis ponderat pctm̄ mortale q̄ꝫ tota terra: ideo statim descēdit: ⁊ iō dicebat xp̄s Luc. x. Uidebam sathanā sicut fulgur de celo cadentez: ⁊ iō morientes in peccato mortali statim descendunt. vnde dicit Job. xxj. Ducunt in bonis dies suos ⁊ in pūcto ad inferna descendunt: dicit in puncto non in magno tp̄e: ⁊ ibi cruciant̄ pcōres imppetuum: si tn̄ querat̄. Quare cū pctm̄ fuerit tēporale quis eternaliter cruciatur: dr̄ ꝙ pctm̄ magis durat q̄ꝫ pena qꝛ post mortez obscuratur in peccato ⁊ semper durat peccatum: immo semper durat pena: ⁊ ideo peniteamus in hoc mundo si nolumꝰ dānari ꝑpetuo: qꝛ post mortez nō poterimꝰ penitere: ⁊ ideo dicit ecclesia. Quia in inferno nulla est redemptio: miserere mei deꝰ ⁊ salua me ⁊c. Mediocriter boni sūt siue mediocriter mali qui inter vtrunqꝫ cōes dicuntur: sicut sunt illi q̄ post pctm̄ penituerunt: sed tn̄ non fecerunt pniam condignam: quoꝝ retributio statiz post mortem est purgatorium. Ubi notandū ꝙ subtus terram sunt quattuor camere. Prima est infernus. Scd̄a est limbꝰ pueroꝝ. Tertia est purgatoriū in quo fit eq̄litas pene quantitati pctōꝝ. vn̄ Dauid p̄s. x. Justus dn̄s ⁊ iustitias dilexit: equitatē vidit vultus eius: ibi em̄ purgātur sicut auruz in fornace priusq̄ꝫ fiat de illo aliquod opus. Et ideo purgatur aia s̄m magis ⁊ minus: ⁊ post modum ab angelo defertur ad paradisum. vnde Eccl. ij. In igne probatur aurum ⁊ argentū: homines vero receptibiles in camino humiliationis: dicit receptibiles. i. apti ad recipiendum in gloria post purgatoriū. Item alia auctoritas Joh. xv. Omnem palmitem qui fert fructum purgabit eū s. deus pater. Tertia retributio fiet i resurrectione mortuoꝝ in iudicio. Sed diceret aliquis ex quo boni in paradiso et mali in inferno: ⁊ mediocres post actam pniaz erunt in paradiso: quare ergo fiet resurrectio. Pro quo sciēdū ꝙ in quolibz opere aia priꝰ meret̄ vel demeret̄. Corpus vero postea exequitur: ideo anima prius hz premium vel penam: sed in resurrectione associabitur corpus anime: siue in saluatione siue in damnatiōe. Et ita deus s̄m qd̄ facta sunt merita vel demerita retribuit. vnde testatur hoc Dauid p̄s. lxj. Semel locutus est deus duo hec audiui qꝛ potestas dei est ⁊ tibi dn̄e qꝛ tu reddes vnicuiqꝫ iuxta opera sua: est etiam alia auctoritas que clare dicit. ij. ad Coꝝ. v. Om̄es nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i vt referat vnuq̄sqꝫ propria corporis: prout gessit siue bonuz siue malum ⁊c. Rogemus dn̄m ⁊c.

¶ De septem sacrificijs penitentie.

Distinctio. clxiiij.



Sacrificia septem reperiuntur penitentie.
Primum ꝯtritio dolorosa.
Secunduz propositio virtuosa.
Tertium confessio verecunda.
Quartum afflictio rigorosa.
Quintum oratio cordialis.
Sextum deuotio pietosa.
Septimum communio gratiosa.

¶ Primum ergo sacrificiū pnie est contritio dolorosa. s. qn̄ preterita mala planguntur ⁊ dolet inde cor q̄ contritio dr̄ sacrificium. Qd̄ declaratur per similitudinem sacrificij antiqui qm̄ ponebat̄ ouis vel aliud animal super altare cū lignis ⁊ ibi cremabatur. vt ptz in libro Leui. j. ij. ⁊. iij. cap̄. ⁊ quasi in toto libro. Simili modo fit sacrificium contritionis qm̄ altare est cor: ⁊ ligna sunt mala ⁊ damna siue peccata supra quod cor inter illa ligna. s. peccata crematur anima ⁊ spiritus: verbi gratia: ligna ergo sunt peccata ⁊ damna: scilicet cum cogitat peccata que commisit ⁊ damna que incurrit: scilicet quod propter peccatum amisit amorem regis scilicet dei: et positus est in indignatione illius: tunc enim cogitando istud ponitur vnum lignum ad cremandum et conterendum: sicut dolet seruus ille qui perdidit amorez sui principis. Itē aliud lignum est cogitare quod perdidit amo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

et agamus penitentiã: ⁊ ita erimus diligẽtes qm̃ possumus operibus terrenis semper laborare: et cũ hoc esse otiosi: qđ patet qm̃ cognoscitur fuisse otiosus in die quãdo in sero nihil portat ad domũ: ita est de terrenis cũ laborauerũt in mũdanis in vita si nõ portent bona opera in fine ad paradisuz: tales iudicant̃ otiosi. Et tales dicuntur stulti: immo maxime stulti: ⁊ ideo dr̃ de diligentibus ⁊ otiosis Prouer. xij. Qui operatur terrã suã saturabitur panib⁹: qui autẽ sectatur otium stultus est: vocat corp⁹ terrã: qm̃ de terra factũ est. Geñ. ij. Formauit ergo deus hoiem de limo terre: vocat otiũ stultitiã qđ includit positiuũ scz stultũ ⁊ cõparatiuũ. s. stultitiorẽ ⁊ ponit suppellatiuũ. s. stultissimuz: vñ otiosus videtur stult⁹ in hoc mũdo nolens agere penitẽtiam. Et stultitior qr perdit gloriã paradisi ⁊ stultissimus quia meret̃ penã inferni perpetuam: igitur simus diligentes bona operando et non otiosi tẽpus nobis datum inuanum consumendo ⁊c.

¶ De triplici sufficientia quã habemus a deo ꝑm ꝙ sunt tres sufficientie.

Distinctio.clxxix.

Sufficiẽtiam triplicem habemus a deo ꝑm ꝙ sunt tres sufficientie.

Quarũ prima est nature in vita corporali.

Scđa est gratie in vita spirituali.

Tertia est glorie in vita eternali.

¶ Prima ergo sufficiẽtia est nature in vita corporali: vbi sciẽdum ꝙ tria sunt necessaria ad vitam corporalem: scz

Primo victus pro comedendo.

Scđo vestitus pro induendo.

Tertio hospitium pro requiescendo.

¶ Primũ ergo qđ est necessariũ ad vitã corporalẽ est victus pro comedẽdo qr calor intrisecus vastat humiditatẽ qua viuim⁹ ad intra sicut ignis vastat oleũ in lãpade. Et ideo necessariũ est apponere victũ: ⁊ ita necessariũ est alimentũ intm̃ ꝙ ante pctm̃ in paradiso terrestri necessariũ erat alimentũ. Et iõ de⁹ illud sciẽs dixit Ade ⁊ Eue. Geñ. j. Ecce dedi vobis oẽm herbã afferentẽ semẽ sup terrã ⁊ vniuersa ligna q̃ habẽt in semetipsis sementẽ generis sui vt sint vobis in escã. Non em̃ comederũt carnes nec pisces sed tm̃ fructus ⁊ biberũt aquã. ¶ Scđo necessariũ est vestimentũ. Et ratio est ꝓpter honestatẽ: ⁊ sil'r qr qñ videt̃ corp⁹ nudũ statim dat tẽtationẽ quantũ q̃s sit spũalis. Ubi nota illud terribile exẽplũ qđ dz facere quẽlibet tremere qđ scribit̃. ij. Regũ xj. de Bersabee ergo nõ bene stat mulier nuda corã viro nec ecõtra. Et ideo dicit xp̃s Mat. v. Ois q̃ viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eã iã mechatus est in corde suo: ergo si visus tm̃ inclinat quãto magis tact⁹: vnde dicit scriptura Eccl'i. xiij. Qui tetigerit picẽ inq̃nabit̃ ab ea: ergo necessaria est vestis ꝓ fugiẽdo tẽtationẽ. Tñ ante pctm̃ in paradiso terrestri nõ erat necessaria. Adã em̃ ⁊ Eua nõ erãt vestiti nec verecundabant̃: imo vn⁹ respiciebat aliũ nudũ sine motu aliq̃ carnali: ⁊ iõ nõ erat necessaria vestis cũ nõ esset inhonestas: vñ Geñ. ij. Erat aũt vterqz nudus. s. adã ⁊ eua vxor ⁊ nõ erubescebãt: nũc aũt est necessaria vestis: ergo nõ est honestũ mulierẽ expoliari corã viro nec econtra. ¶ Tertio necessariũ est hospitium ⁊ hoc ꝓpter importunitatẽ tpis: qr aliqñ frig⁹ aliqñ calor: aliqñ tẽpestas viget: in paradiso aũt terrestri cum nõ sit altercatio tpis non est ibi necessariũ qr semp sunt fruct⁹ semp flores semp amenitas: ⁊ in istis tribus stat sufficiẽtia tpalis siue corpalis. Et est ad hoc auctoritas oĩa ista ꝯcludẽs Eccl'i. xxix. Initiũ vite hoĩs aq̃ ⁊ pa. ⁊ ve. ⁊ do. ꝓte. tur. Istã sufficientiã habemus a deo qr bladũ ꝓpt̃ victũ ⁊c. de⁹ em̃ dat: natura tñ instrumẽtaliter qm̃ natura est instr̃m dei: vide quõ dat. Et istã sufficientiã quã de⁹ dat demõ vertit in supfluitatẽ: vide quõ de q̃libet antiquit⁹ em̃ viuebãt comedẽdo fruct⁹ ⁊c. Et ita nõ solũ occidit corp⁹ sed aĩam: qm̃ gula trahit secũ cetera pctã: ⁊ ita occiditur aĩa: vñ Eccl'i. xxxvij. Propter crapulã multi perierũt: q̃ aũt absti. est adij. vi. Sil'r vestimẽto: vñ i textu p̃dicto Geñ. iij. Fecit q̃qz de⁹ Ade ⁊ vxori ei⁹ tuni. pel. vñ multis postea tpibus nõ habuerũt alias vestes ⁊ i hyeme

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

portabant pilum a parte carnis ⁊ in esta te ecōuerso. Sed paulisper inceperūt ne re linū ⁊ inde fecerūt camisias. Et consequēter totonderūt oues sicut ptz. Et secerunt inde pānos deinde instinctu diaboli colorauerunt pānos diuersis coloribus ꝓut ptz: ⁊ ecce q̄ta distātia est inter vestes hodiernas ⁊ vestes quas istituit deus: et ideo laudauit xp̄us Jo.bap. qui induebatur pilis camelorū Matth. xj. dicēs. Quid existis in desertū videre hominem mollibus vestitum. Ecce q̄ mollibus vestiunt̄ in domibus regū sunt: nō in domo dei dicit glos. Sil'r in hospitijs creuit supfluitas: vnde sufficiūt ad supfluitatez: sed fiunt larue sculpte. Et ecce quō introduxit demō supfluitatē in istis tribus intantū ꝙ nihil sufficit hodie ad illa sed rapiēdo oportet transire tēpus. Si enim teneret̄ sufficiētia ordinata nullus in hoc mundo esset pauper ⁊ al'r est. Et ideo dicit Paulus prime ad Thi. vj. Est autem questus magnus pietas cuz sufficientia. Et sequitur infra habentes alimēta ⁊ quibus tegamur his cōtentissimus. Nā qui volunt diuites fieri incidunt in tētationē ⁊ laqueū diaboli ⁊ desideria multa ⁊ inutilia ⁊ nociua que mergunt hoīem in interituz ⁊ perditionem.

¶ Scda sufficiētia est gratie in vita spūali: vñ q̄tūcūq; aliq̄s sit deuotus in spūalibus non sufficit sibi. i. non pōt cōseruari in illa nisi deus sit adiuuās. Et hoc ꝓpter diuersas inclinatiōes ⁊ tētationes: et ideo dicit Dauid p̄s. xciij. Quis cōsurget mihi aduersus malignantes aut q̄s stabit mecum aduersus operantes iniq̄tatem: respondet. Nisi qr deus adiuuit me paulominꝰ habitasset in inferno anima mea. Et ista sufficiētia est ex deo: vñ nota exemplum de amphora vitrea plena igne ⁊c. pleni sumus igne: vnde Job xxxj. Ignis est vsq; ad cōsumptionē deuorans ⁊ eradicās genimina. Sil'r diaboli tētatio: vñ tertij Re. xix. Spūs sctūs venti grandis ⁊ fortis subuertēs mōtes et cōterens petras. Sil'r a mundo ergo sufficiētia est ex deo: ideo dixit xp̄s Paulo scde ad Coꝝ. xij. Sufficit tibi gr̄a mea.

¶ Tertia sufficiētia est gl'ie in vita eternali. Et ista est xp̄s: vñ Boetiꝰ q̄ fuit maximus naturalis ⁊ theologus ita difinit istā sufficiētiaz q̄ est felicitas libro tertio de cōsolatione: ꝓsa scda di. ꝙ est statꝰ oīz bonoꝝ aggregatione ꝑfectꝰ. Diceret aliq̄s ex q̄ oīa sunt bona in paradiso ergo sūt vina blada cellaria ⁊ auruz: dr̄ ꝙ in hoc mūdo bona sunt diuersa. s. panis ab vna parte et vinum ab alia: aurū ab vna ꝑte argentuz ab alia: sed in paradiso oīa bona sunt in vno. s. in xp̄o qm̄ oīa q̄ appetūtur statim ibi habentur. O quanta felicitas. Bene em̄ diceretur lapis aliq̄s bonus ⁊ preciosus quo respecto haberent̄ omnia desiderabilia siue mille hoīes armorū siue mille milia scutoꝝ siue cetera alia: iste lapis est xp̄s i paradiso: de quo Paulus prime ad Coꝝ. x. Petra autem erat xp̄s. Et ideo moyses cogitans istaz gl'iam dicit deo Exod. xxxiij. Dñe si inueni gr̄az corā te oñde mihi faciē tuā: respōdit ei deus. Ego oñdam tibi oē bonuz. s. qñ videbis faciem meā. Et ideo dicebat Dauid p̄s. xvj. Ego aūt in iustitia apparebo ꝯspectui tuo ⁊ satiabor cū apparuerie gloria tua: dicit in iustitia. i. si iustus sum ⁊c. Quid ergo iustissima res est reddere vnicuiq; ⁊c. nō rapere ⁊c. pater filio instructionē: filius pater reuerētiā: dñs seruo tuitionē: seruꝰ honorē dño: ⁊ ita de alijs ⁊ et ita satiabit̄: et iō dixit Philippꝰ xp̄o Jo. xiiij. Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis ⁊c. Rogemus ⁊c.

¶ De surgente a pctō qui debet habere modū alicuius honeste surgētis de somno nocturno: q̄ certas seruat cōditiōes.

Distinctio. clxxx.



Surgens a peccato debet habere modū alicuius honeste surgentis de somno nocturno q̄ seruat certas conditiones. Nam primo aperto oculo respicit ꝑ formamē an videat lucēdiei. Scdo surgit sedens in lecto coopertus a zona inferius pānis ⁊ a zona superiꝰ est nudus.

Tertio induit se.

Quarto surgit a lecto.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Quinto hꝫ volūtatē ſpuēdi ⁊ emittit ſpu tum a ſtomacho.
Sexto calciat ſe.
Septimo cingit ſe.
Octauo lauat manus.
Nono ponit manus ad opus.
Decimo ſumit cibū hora prādij.

¶Iſtos modos ſeruat vel ſeruare debet quilibet pctōr cū ſurgit a pctō. Nā ꝑmo aperit oculū vt videat lucē ⁊ q̄ hora eſt ⁊ q̄ eſt dies clara: dicit. O dies eſt clara: ergo ſurgā: ita q̄ dormit in pctis dz oculos ꝓ cōtritionē ⁊ cognitionē pctōꝝ ⁊ pe riculoꝝ in q̄bus eſt apire. Q̄ñ em̄ ꝑſona cognoſcat pctā ſua ⁊ defectus tūc aperit oculos ⁊ ſez incipit ſurgere ꝑ pniam: q̄ñ anteq̄ cognoſcat pctm̄ nō videt: ſed dor mit gaudet ⁊ letat ⁊ rideōdo vadit ad iſer num q̄cadmodum infirmus non quę rit medicum donec cognoſcit infirmita tem. Sed poſtq̄ cognoſcat ſe infirmū ſta tim q̄rit medicū: ita ſīr ille qui cognoſcit pctm̄ ſuū aperit oculū ad videdū ſuā mi quitatē: ſicut Dauid qui dū dormiuit in pctō fere p ānū q̄ nō cognoſcebat pctm̄ ſuū. Sed cū Nathan ꝓpheta reduriſſet et ad memoriā pctm̄ tūc aperuit oculum ⁊ cognouit pctm̄ ſuū ⁊ icepit penitere di. peccauī. ꝑs. l. Miſerere mei deꝰ ſcōm ma gnam miam tuā. Q̄ñ iniq̄tatem meam ego cognoſco. Ita debet quilibet facere cuiuſcūq̄ cōditiōis exiſtat. ſ. aperire ocu lum ⁊ cognoſcere ſtatū in quo eſt ⁊ vide re an in illo poſſit ſaluari. ¶Scōo ſurgens erigit ſe a lecto cooperta zona in ferius pāris ⁊ a zona ſuperi⁹ eſt nudus per hoc intelligit cōtritio: ſed ſubtiliter: q̄ñ per ptē corporis ſurgētis q̄ eſt ſubt⁹ pānos intelligit vna pars cōtritionis. ſ. materia videlicet doloꝝ pctōꝝ: ita nō fa cit adhuc ſurgere imo eſt adhuc ꝑſtrat⁹ in lecto quia pōt talis doloꝝ fieri reſpe ctu mundi: tunc non eſt contritio. Scōa ꝑs eleuata a zona ſupra ſigit formā cōtri tiōis. ſ. ꝙ talis doloꝝ veniat reſpectu dei. Et ita ꝑs iſta dat eſſe cōtritiōi ⁊ iſta ꝓri tritio eſt bona ⁊ talis reſpect⁹ eleuat ꝑſo nam a pctō. Exēplum quō nō eſt cōtritio ſpecialiter de religioſo dolēti de pctis cō miſſis eo qz timet ſ carcerari ꝑ priozē vel diffamari talis doloꝝ nō eſt cōtritio. Sz ſi fiat reſpectu dei. ſ. meditādo ꝙ diu fuit in religiōe ſz nō tenuit regulā ꝺei in fu turo q̄d erit de me tūc em̄ cū fit reſpectu dei eſt ꝓtritio. Itē de capellanis meditā do ꝙ ꝓpter pctā cōmiſſa incarcerabunt a ꝓlato aut diffamabūtur aut alꝫ tūc nō eſt cōtritio. Sed ſi cogitet ſuā dignitatē ſcz ꝙ eiꝰ lingua eſt clauis paradiſi: quaz dignitatē nunq̄ habuit ſctūs Joā. bap. nec Vincentiꝰ nec aliq̄s angelus cogi tet quō linguā ſuā dedit ad truffas ⁊ verba vana. Et ſuuz corꝑ q̄d eſt ſepulchꝝ xp̄i dignuꝰ illo q̄d eſt in ꝺieꝝ ⁊ manus q̄ tangunt corpus xp̄i poſuit ad tangen dum pnd ibūda ⁊ adſ ꝺera aliozū: tūc ta lis cōtritio ſi doleat eſt vera cōtritio. Itē etiā detur exēplum de laicis cogitantib⁹ paſſionē xp̄i ⁊ quō redēpti ſunt exēplo ſā guinis ꝓprio ſuo: ſi doleāt iſto mō de pec catis talis contritio eſt bona. Si vero ti meant ꝑdere bona tpalia ⁊ diffamari ꝙ pter hoc doleāt nō eſt cōtritio. Ita etiaz de mulieribꝰ. Requirit ergo ꝓtritiōe ꝑs ꝓſtrata inferi⁹. ſ. doloꝝ et ꝑs eleuata ſur ſum. ſ. reſpect⁹ dei. Et illud oſtēdit Eze chias rex cū dicit Eſa. xxxviij. Recogita bo tibi oēs annos meos in amaritudine aīe mee: dñe ſi ſic viuit: ⁊ in talibus vita ſpūs met corripies me ⁊ viuificabis me. Dicit amaritudine ꝙ q̄s intelligit mate ria cōtritionis: dicit tibi. ſ. deo nō mūdo nō fame per q̄s intelligit forma: dicit in talib⁹ ſupple reſpectibus habitis ꝓpter deū vita ſpūs mei. Ideo q̄ñ occurrit me moria de pctis debet hō ꝑcutere pectus eleuādo oculos ad celū dicēdo deo. Tibi ſoli peccaui ⁊ malū coram te feci ꝑs. l.

¶Tertio ſurgēs induit ſe vir camiſia ⁊ diſploide: mulier aūt camiſia ⁊ tūica ꝙ q̄s intelligit alia ꝓpnie. ſ. emēdādi ꝓpoſi tum. ſ. q̄ñ q̄s ꝓponit non redire vltra in pctā: tale em̄ ꝓpoſitū induit aiam virtu tibus cū volūtas ꝓmpta ſit ⁊ iſtud eſt mirum: ſz tamē eſt auctoritas clara ſcōe ad Coꝛ. viij. Si em̄ volūtas ꝓmpta eſt fm illud q̄s hꝫ accepta eſt nō ſcm illud q̄s nō hꝫ. Exēplū q̄ñ volūtas eſt accepta cotā deo fm illud q̄s nō hꝫ puta ſi coꝛpus ꝓa ḣēat deſiderū ꝛginitatis accipit co

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rā deo ac si esset v̄go q̄uis nō possit hr̄e v̄ginitatē: vñ Hieronym⁹. Audacter loquar ꝙ cū oīa possit de⁹ nō tñ pōt corruptā v̄ginē facere qr q̄uis ignoscat penitēti tñ non vult coronare corruptā. Itē si q̄s velit fieri martyr ⁊ habeat firmā voluntatē ista volūtas est accepta corā deo scd̄m illud qd̄ nō hz. s. scd̄m martyriū qd̄ non hz qr prōpta scd̄m illud qd̄ hz. s. s̄m desideriū. Tūc em̄ qñ aliq̄s hz bonū ꝓpositum induit aīa. s. v̄tutib⁹ qr ph̄s vocat v̄tutes habitus: induamus ergo nos bono ꝓposito: iuxta illd̄ ad Colo. iij. Induite ergo vos sicut electi dei scti ⁊ dilecti viscera mie benignitatē hūilitatē modestiaz patiētiā supportātes inuicē ⁊ donātes vobismetipīs. Si q̄s aduersus aliquē hz q̄relā sicut ⁊ dñs donauit vobis ita ⁊ vos sup oīa aūt hec charitatē hñtes qd̄ est vinculū ꝑfectionis. ¶ Quarto surgēs de lecto cū est indut⁹ disploide surgit ⁊ dimittit lectū: ꝑ hoc itelligitur mali cōsortij vitatio vcz cū ꝑsonā cū qua peccat eijcit a se vel q̄d aliud nociuū. Tūc em̄ surgit a lecto pcti: ⁊ de hoc loq̄tur xp̄s di. Mat. xviij. Si manus tua vel pes tuus scandalizat te abscinde eū ⁊ ꝓijce abs te. Bonū est tibi ad vitā ingredi debilē vel claudū q̄ duas manus vel duos pedes hñtem mitti in ignē eternū. Et si oculus tuus scādalizat te erue eū ⁊ ꝓijce abs te. Bonū est tibi vnū oculū hñtem ad vitā intrare q̄ duos oculos habētez mitti in gehēnā ignis. Sed aduertēdū ꝙ nō intelligit illud xp̄s de mēbris corporalib⁹ qr si q̄s abscinderet aliqd̄ mēbrū corporis sui vt posset vitare peccatū peccaret mortaliter. Et ideo nō intelligit̄ de mēbris corporalib⁹: sed s̄m officiū mēbroꝝ intelligūtur alia: vñ officiū manus est facere opera: manus em̄ magis operant̄ q̄ alia mēbra iō vocat eā ph̄s organum organoꝝ. Et ideo per manū intelligit̄ ꝑsona q̄ facit opera alicuius. Et si talis ꝑsona siue sit vir siue mulier scandalizat hominē debet eijci a domo ⁊ familiaritate q̄uis opera dimittant̄: qr meli⁹ est ꝙ talia opera ꝑdant̄ q̄ si deijcerent in infernū: officiū pedis est sustentare corp⁹ per q̄s itelligit̄ ꝑsona q̄ sustētat vitā alicui⁹. Et si talis sustētator scādalizet dz deijci: officium oculi est oñdere viam ꝑ quem intelligit̄ ꝑsona q̄ ostēdit iter ⁊ viā paradisi sicut cōfessor qui si scādalizat mulierez dz dimitti. Itē magister q̄ docet sciaz si docet vanitates debet dimitti: melius est cū oculo. s. cū scia naturali intrare paradisum q̄ cū duob⁹. s. scia naturali ⁊ acq̄sita intrare infernū: recedendū em̄ est ab oi occasione peccādi ⁊ mala societate ita ꝙ nullus dz tenere ī domo sua vel ī sua familiaritate vel amore aliquā creaturā q̄ possit esse occasio peccādi. Et ideo ipsi loth dictū est Gen̄. xix. Salua aīam tuaz noli respicere post tergum nec stes in oī circa regiōe: sed in mōte saluuz te fac ne et tu simul pereas. Et ita surgem⁹ a lecto pcti. ¶ Quīto surgēs postq̄ est indutus et extra lectū spuit fortiter sputum grossum nō subtile: qr sputū grossū est in mane in stomacho ꝓpter digestionē factā de nocte: ⁊ in illa sputione purgat̄ stomachus: ꝑ hoc intelligit̄ ꝯfessio: qr in cōfessiōe debent spui ⁊ emitti ab ore sputa grossa. s. magna pctā ⁊ mortalia et fortit̄ spuere hoc est ꝯfiteri ꝑfecte qr sicut spuēdo purgat̄ stomachus: ita in cōfessione purificat̄ aīa. Et iō dicit bīūs Jo. cap̄. j. sue prime canonice. Si cōfiteamur pctā nr̄a fidelis ⁊ iustus est de⁹ vt remittat nobis pctā nr̄a ⁊ emūdet nos ab omni iniq̄tate. ¶ Sexto surgēs calciat se ꝑ qd̄ intelligit̄ iniuriaꝝ remissio. Et rō est qr sicut ille qui icedit discalciat⁹ statim sentit lapillos ⁊ spinaꝝ pūctiones nō tñ ille q̄ est calciatus: ita sil̄r ille q̄ hz cor iracūdū statim sentit lapillos ⁊ spinas iniuriaꝝ. s. qñ aliq̄s iniuriat̄ sibi vel d̄r ei ꝙ aliq̄s male locut⁹ est de eo: statim em̄ pūgit̄ in corde et nō vult remittere imo q̄rit vindictā et capit si pōt talis incedit discalciat⁹: sz illi qui nō hñt cor iracūdū nō curāt de iniurijs si eis fiant nō pungūtur in corde nec sentiūt: ⁊ tales sūt calciati ꝑ patiētiā meditando patiētiā xp̄i q̄ cū pateret̄ nō cōminabat̄: ⁊ tradebat se iudicāti iniuste. prime Pet. ij. Calciemus ergo nos ꝑ remissionem iniuriarū: ⁊ non portem⁹ irā contra aliquem: ⁊ ad hoc nos hortat̄ sacra scriptura di. Eccl. x. Omni iniurie ꝓ-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rimi ne memineris: et nihil agas in operib⁹ iniurie. Item est alia auctoritas no ni testi ad Ephe. vj. Induite vos armatura dei vt possitis resistere in die mala et in omnib⁹ perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: et induti lorica iustitie: et calciati pedes in preparationez euangelij pacis: ergo habeam⁹ pacem cum omnib⁹ &c. ¶ Septimo sustinens cingit se p qđ denotatur restitutio. Aliqui vadũt seu portãt zonam amplaz vt cingulũ laxũ cũ magnis põpis vsurarius de bonis alterius p vsurã rapinaz vel furtum acquisitis: ideo cingere debemus cũ zona vel cingulo restitutiõis. s. restituendo illud qđ est de malo iniusto vel qđ est male acquisitũ et viuẽdo de bonis bene acq̃sitis: vñ si quis habeat vasa argẽta vel aurea si restituat cingit se restituẽdo et restringẽdo ad potandum in cipho vel vitro: ita de aliis: ergo cingamus nos restituẽdo: ad qđ faciẽdũ monet nos btũs Paul⁹ ad Roma. xiij. Reddite omnib⁹ debita: cui tributum: tributum: cui vectigal: vectigal: cui timorem: timorẽ: cui honorẽ: honorẽ. Nemini q̃cq̃ debeatis nisi vt adinuicẽ diligat⁹: iusta ergo doctrinã bti Luc. xij. facietes. Sint lũbi vestri p̃cincti: et lucerne ardentes in manibus vestris. ¶ Octauo surgens lauat manus p hoc intelligit elemosyna: qñ sicut aqua lauat manus et faciez: ita elemosyna facta restitutiõe de male acq̃sitis si fiat de bene acq̃sitis mũdat opera per que manus designãtur et faciem aie. s. cõsciam. Pro quo nota auctoritatẽ xpi Mat. xj. Quoniã cũ xp̃s multotiens predicasset circũspectis oib⁹ cũ iam vespera esset hora exijt i bethaniã: dicũt doctores q̃ respiciebat vtruz aliqs eũ inuitaret: cũ aũt quadã die predicasset vnus inuitauit eũ mala intẽtione. Et xp̃s cum esset pauper sumpsit cõuiuium et cũ esset in mẽsa obseruabãt eũ vtrũ nimis comederet vel aliqd faceret sed nõ potuerũt inuenire in quo eũ reprehenderẽt, ppter hoc quia dicit scriptura Prouer. xxj. Nõ est sapiẽtia nõ est prudẽtia nõ est cõsiliuz cõtra dñm. Et xp̃s volut eos redargue-re instruendo dicit. Luc. xj. Nũc vos phariſei qđ defotis est calicis et catini mundatis. Quod autẽ intus est vestrum plenum est rapina et iniquitate. Stulti: nõne q̃ fecit qđ defotis est: etiã id qđ deintus est fecit. Uerũtamen qđ superest date elemosynã: et ecce omnia munda sunt vobis. dicit qđ supest. s. facta restitutiõe de male acquisitis. Et ideo si quis habeat pecuniam male acquisitam nõ debet eã miscere cuz bñ acquisita. Sed separe ad inuicẽ ponẽdo male acquisitã in sinistra parte thece: et aliã i dextera. Et de dextera parte fiat elemosyna: ideo dicit xp̃us Mat. vj. Te autem faciẽte elemosynam nesciat sinistra quid faciat dextera tua. et Thobie. iiij. Ex substãtia tua fac elemosynam fili mi: dicit tua nõ aliena. Et ista est vna expositio: alia mõ exponitur. Quod supest. s. sumpta necessitate: ꝓbi gratia. si sumpto prandio aliquid supsit illud debet dari pauperib⁹: et ita omnia munda sunt. ¶ Nono surgẽs ponit manus ad opera p qđ intelligit spũalis oratio que debet fieri manibus eleuatis q̃st dicendo dñe pauꝑ sum: ideo leuo adyos manũ dexteram vt detis mihi bona spiritualia et manũ sinistrã vt detis mihi bona tẽporalia: et ad ita faciendũ hortatur nos Christus prime ad Thi. ij. di. Volo viros orare in omni loco leuãtes puras manus sine ira et disceptatione. ¶ Decimo sumunt cibum hora prandij per hoc intelligit eucharistie sumptio siue cõmunio in qua aia reficit et creat qz in cõione recipit ihesus xp̃s q̃ dat vitã corporalez et spũalẽ grẽ et glie. Ideo dicit ipe xp̃s pme ad Cor. xij. Accipite et mãducate hoc est corp⁹ meũ. Quare aũt dz accipi oñditur ibidẽ cũ dr. pbet aũt seipm hõ et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne iudicium sibi mãducat et bibit: vbi dicit glos. bti Ambrosij. Qui digne mãducat corp⁹ dñi nri ihesu xp̃i ita pũet actũ xp̃s, ꝓut is manducet eum: ascendisse: ecce q̃ quo debem⁹ surgere a petrõ cũ dicit eo dominerum⁹: ad qđ nos excitat thema dr. Surge &c. Rogemus &c. ¶ De domino qui timentem se in septẽ magnificat.

Distinctio. clxxxj.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

B. Uincē. De dño q timentē se in septē magnificat.

Timentē se dñs magnificat in septem.
Primo in penitentia.
Secundo in sanctitate.
Tertio in sapientia.
Quarto in diuitijs tēporalibus.
Quinto in perseuerantia.
Sexto in morte.
Septimo in gloria.

¶ Primo deus magnificat personā ipm timentē in penitētia: qr penitētia fit p timorem: vnde timor nō est nisi stimulus qui pūgit ⁊ instigat creaturā ad penitētiam ⁊ nō peccandū: vñ Eccle.j. Timor dñi expellit pctm̄: nā qui sine timore est nō poterit iustificari. ¶ Scdo magnificat deus personā ipsum timentē in sanctitate: qr timor est fons sanctitatis: qr cōseruat personā in sanctitate: vnde Eccle.xv. Qui timet deū faciet bona ⁊ q̄ cōtinēs est iustitie apprehēdet illā. ¶ Tertio magnificat deus timentē se in sapiētia: qr timor ille cōseruat in sapientia vt non cadat in errorez fidei. Et iō Dauid ps.cx. Initiū sapiētie timor dñi: intellectus bonus oibus faciētib⁹ eū. ⁊ ps.cxj. Beatus vir qui timet dominū in mādatis eius volet nimis. ¶ Quarto magnificat in bonis tēporalib⁹ siue diuitijs: qm̄ timens deum nunq̄ fuit pauper in hoc mūdo sed semp abūdat: vnde Dauid ps. xxxiij. Timete dñm oms sancti eius qm̄ nihil deest timētibus eū. Dicit sancti.s. christiani q̄ sanctificati sunt ī baptismo. ¶ Quinto magnificat in perseuerantia bone vite quoniaz timor est fundamentum bone vite: qr sustinet personā in bona vita: vnde Eccle.xxvij. Si nō in timore dñi tenueris te instāter ⁊ cito subuertetur dom⁹ tua. ¶ Sexto magnificat in morte qm̄ ibi assunt demones volentes rapere animam: ⁊ aīa est in tali periculo quasi esset perdix que est inter modicam herbā que est circūdata falconib⁹ ⁊ canibus ⁊ hoibus excitātibus ipsam cum baculis: que quidē perdix non pōt euadere qm̄ si vadat per terrā canes capiēt ipam si velit volare falcones ipam capiēt. Ita est de hoie in morte cuius aīa est modica gleba herbe.s. in corpore: ⁊ baculi excitantes ipsam sunt dolores: ⁊ canes demones inferni: et falcones dmones qui sunt in aere: veruntamen ab omnibus euadit si timor dei fuerit in ea: vnde Eccle.j. Timenti deum bonū erit in extremis: ⁊ in dieb⁹ cōsummationis sue benedicetur. ¶ Septimo magnificat ⁊ grandem facit gloriā: vnde quātomagis aliquis timet offendere deum tanto maior est in gloria. Et iō dicit Dauid ps.xiiij. Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus: timētes autem dñm glorificat: dicit malignus qui.s. nō timet offendere deū. Patet ergo q̄ timor facit grandem: vnde est auctoritas que oīa predicta includit. Judith.xvj. Dñe qui timēt te magni erūt apud te per oīa. Cū ergo timor magnificet ⁊ grandē faciat videndi sunt modi quibus timēdus est deus ⁊ ratiōes: et sunt tres modi quibus timere debemus ipsum: scilicet

Primo vt dominū rigorosum.
Secundo vt amicū proficuum.
Tertio vt patrem generosum.

¶ Dico primo q̄ debem⁹ timere deū sicut dñm rigorosum. Dñs enim rigorosus valde timetur a suis subditis qr punit rigorose transgressores suoꝝ statutorum ⁊ ordinationū suorū mādatoꝝ. Nota de Nabuchodonosor rege rigoroso q̄ stati puniebat q̄ p̄cepit cuidā militi vt nutriret tres pueros.s. Danielē Mizaelez ⁊ Azariam ⁊ cōstituit eis annonā de cibis suis per singulos dies: et qr illi iuuenes volebāt facere penitentiā rogauerunt militem q̄ nō daret eis de cibis regis sed legumina ⁊ hmōi. Qui respōdit. Timeo ego dñm meū regem qui constituit vobis cibū ⁊ potū qui si viderit vultus vestros macillētiores p̄ ceteris adolescentibus coeius vestris condemnabitis caput meū regi. Dañ.j. Ecce qualiter dñs rigorosus timebat a suis subditis hoc modo: multo magis timendus est deus qr nunq̄ fuit nec potest esse dominus tam rigorosus sicut est deus. qd declarat tripliciter. Primo qr nullus dominus tēporalis quantūcūq̄ rigorosus punit nec iudicat nisi s̄m opera exterio-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ra.s.ꝟm locutionē vel opera:sed de interioribus cogitationib⁹ siue intētionib⁹ nō curat. Sed deus nō solū iudicat ꝟm opera exteriora immo ⁊ ꝟm interiora:qꝛ nō solū vult bona opa extra sꝫ etiā vult intētionē rectā ad intra: al'r dānaberis. Ecce ꝙ rigor dñi tpalis quātūcūqꝫ rigorosi cōtentat ꝙ fiat opus qđ ipse mādat et precipit fieri:etiā si fiat cū cordis displicentia. Et frequēter cōtingit ꝙ deus nō est cōtentus opere exteriori imo vult ꝙ sua precepta adimpleant etiā cū dulcedine cordis ⁊ bona voluntate. Unde dñi precipiūt ꝙ vnus nō occidat aliū ex vindicta al's punient rigorose: sed deus nō solū precipit nō occidere sꝫ etiā nec mortem alterius desiderare dicens Mat.v. Audistis qꝛ dictū est antiquis non occides. Qui aūt occiderit reus erit iudicio. Ego aūt dico vobis ꝙ oīs q̄ viderit mulierē ad concupiscendū eā iam mechat⁹ est in corde suo. Si ergo dñs rigorosus est timendus quid dicem⁹ de deo tam rigoroso? Scđo dñi tpales quātūcūqꝫ rigorosi non possunt dare penā alicui nisi in bonis vel in corpore. Sed deus et in aīa ⁊ in corpore:qꝛ pro minimo pctō mortali cōdemnat hoīem ad infernū in corpore ⁊ aīa:ideo ipse dicit Mat.x. Nolite timere eos qui occidūt corpus:aīaꝫ aūt nō possunt occidere. Sed potius timete eum qui pōt ⁊ aīam ⁊ corpus perdere in gehennam. Tertio pena dñoꝝ tpalium quātūcūqꝫ sint rigorosi nō durat diu: qꝛ suspendiū:decapitatio: vel mēbroꝝ mutilatio statim transit. Sed pena quā de⁹ dat transgredientib⁹ precepta sua nō est vnius hore nec vnius diei:hebdomade: mensis vel anni precise:sꝫ eterna in igne inferni. Si ergo dñs tpalis rigorosus timendus est multo magis deus ne fiat aliquid cōtra eius volūtatē ⁊ mandatū pro toto mūdo lucrādo. Ideo dicit ipsemet Luce.xij. Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidūt corp⁹ et post hoc nō habent amplius quid faciant. Ostendā aūt vobis quē timeatis. Timete eū qui postq̄ occiderit hꝫ potestatē mittere in gehennā. Ita dico vobis hunc timete. Uidemus tñ totū oppositū qm̄ preconizationes penales dñoꝝ temporalium solicite custodiunt:verbi gr̄a. Si hodie in hac villa preconizet ꝙ nullus vadat ad aliquē locū:vel non faciat hoc vel illud sub pena decē solidorū ⁊c. quilibet custodiet se. Tamē ex parte dei facta est p̄conizatio ꝑ patriarchas: prophetas:aptos et quotidie preconizat ꝙ nulla rōne aliquis vadat ad diuinos sortilegos ⁊c. nō solum sub pena decē solidorū vel ꝑdendi pedem sed oīa mēbra corpus ⁊ aīam in inferno: ⁊ tñ nullus custodit se. Si em̄ ꝑdidistis aliquid vel si habetis aliquā infirmitatē vel pro liberis habēdis statim recurritꝫ ad eos hoc est verissimū. Item si ex parte dñi tēporalis fieret preconizatio ꝙ nullus auderet male loqui de eo sub pena ꝑdēdi linguā quilibet se custodiret: et tñ ex parte dei facta est p̄conizatio ꝙ nullus loquat de deo iurando negādo nec blasphemādo sub pena ꝑdendi oīa membra ⁊ corp⁹ et aīam: ⁊ tñ nullus timet nec cauet sibi: ideo nō miremini si habetis mortalitates:siccitates:tribulationes:guerras:et hmōi. Item si preciperet ꝙ oēs facerent festū pro rege vel natiuitate ei⁹ filij ⁊c. sub pena ⁊c. Et ex parte dei facta est preconizatio ꝙ i qualibet hebdomada fiat festū pro rege xp̄o.s. in dñica in qua rex iesus surrexit gloriosus: ideo in memoria huius vult vt solenniset in die dñica sub pena ꝑdēdi corpus ⁊ aīam ⁊ nullus curat immo operat ⁊c. vel nō veniūt ad missaꝫ nisi vt porci ad prandiū: vel si veniūt nō faciūt nisi loqui de tpalib⁹: ideo dñs deus quasi cōquerēdo et plāgendo dicit Malach.j. Seru⁹ dñꝫ suū timebit: si ergo ego sum dñs vbi est timor me⁹ dicit dñs excercituū. Ratio quare de⁹ nō timet vt dñs tpalis est vt dicūt aliqui qꝛ dñs tpalis statim punit si fiat ꝯtra eius ordinationē. Sed deus nō punit statim immo expectat ꝑ magnū tp̄s ⁊ ideo gentes nō timēt eū. Et de hoc est auctoritas Eccl'.viij. Quia nō ꝓfert cito ꝯtra malos sn̄ia absq̄ vllo timore filij hoīm perpetrāt mala. Sꝫ ista rō modicū valet ⁊ secū trahit deceptiōeꝫ:qꝛ ad oculū vobis ostēdā ꝙ de⁹ citius ꝓfert sn̄iam cōtra malos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

q̄ aliquis dñs tpalis: vbi gr̄a. Si volumus loqui de punitiōe aīe statim quando peccat mortaliter pdit gratiā dei et oīa merita ⁊ virtutes etiā si haberes tot sicut virgo maria. Et ista punitio est maior q̄ si pderes oīa bona tpalia. s. domū possessiōes ⁊c. qr aīa remanet nuda pdit hereditatē paradisi ⁊ cōdēnat̄ ad infernum. Item si volum⁹ loqui de cōdēnatione in foro iudiciali q̄ fit subito nullus iudex nec dñs quantūcūq; rigorosus fecit subito punitionez sed cū pcessu ⁊ testibus ⁊ post dat sniam et sic transit tp̄s. Citius facit deus punitionez: qm̄ qñ tu peccas xp̄s dñs ⁊ iudex videt te peccantem sed nō punit: sed venit accusator scz demon qui fecit te peccare ipse em̄ idem accusat et iesus xp̄s citat te. s. qñ aīa exit de corpore ⁊ cōparet corā xp̄o sedēte pro tribunali in cathedra iudiciali qui ostēdit se aīe ⁊ aīa accusat̄ a demonibus: ad quā xp̄s. Audis in quantis te accusant. Mat. xv. Et aīa petit miam. Christ⁹ aūt audit testes. s. angelū bonū dicentē. Domine verū est hoc qd̄ diabolus dicit: oīa em̄ illa mala fecit. Itez fatet̄ alius testis scz propria cōscientia ostendens aperte oīa mala ⁊ pctā. Tunc immediate pfert sniam vt suspendat̄ in furca inferni: et subito fit executio. Ecce si est timendus deus: ideo ppheta Hieremias in. c. x. dicit. Nō est sil̄is tui dñe magn⁹ es tu ⁊ magnū nomen tuuū in fortitudine quis nō timebit te o rex? Nota: nō est sil̄is tui in dijs. i. dñis. De illis ergo qui timēt creaturas ⁊ nō creatorē d̄r Mat. viij. Quid timidi estis modice fidei. ¶ Scd̄o debemus timere deū vt amicū proficuū: quilibet em̄ discretus ⁊ prudens timet offendere deū amicū suū qui ex multis ⁊ magnis atq; cōtinuis beneficijs obligat̄: qr cum nihil haberet fecit eū diuitē: nunq̄d si diceret̄ tali q̄ faceret aliquid cōtra talem amicū diceret vtiq; ⁊ bene. Certe citius pmitterē me mori: etiā si nulla punitio ex hoc sibi immineret: aut magna promissio sibi fieret vt displiceret amico suo nō faceret. Hoc modo deus est timēdus a nobis qui dedit tibi oculos: man⁹ pedes ⁊ sic de alijs mēbris: nō pater carnalis qr modicū fecit nec mater. Sz de⁹ qui in vtero matris format mēbra: sicut tu de cera formares ergo debes eū timere ⁊ cauere ne offendas eū. Si em̄ nō haberes man⁹ vel pedes ⁊ vn⁹ subtilis medicus daret tibi gratis man⁹ vel pedes: quātū timeres eū offendere ⁊ sibi displicere? Plus dedit tibi de⁹ ⁊c. Itē dedit tibi aīam rōnalē ad imaginē ⁊ sil̄itudinē suā nō fecit te lignū lapidē aut iumentū. Si aīa restitueret̄ corpori mortuo ⁊ suscitaretur p aliquē: quantū timeret talis illū offendere ⁊ sibi displicere. Ita corp⁹ tuū mortuū erat in vtero matris ⁊ p deū fuit aīa creata ⁊ corpori vnita ⁊ corp⁹ fuit viuum ⁊ a deo cōseruatū ne in vtero mr̄is suffocaret̄ per portā strictā trāseūdo ne moreret̄ ⁊ vt baptisaret̄: ⁊ postea dando vitā ⁊ oīa necessaria: iō dicebat Job. x. c. Manus tue dñe fecerūt me et plasmauerūt me totū in circuitu: ⁊ sic repēte precipitas me. Memēto queso q̄ sicut lutū feceris me: ⁊ ī puluerē reduces me. Nōne sicut lac mulsisti me: ⁊ sicut caseū me coagulasti? Pelle ⁊ carnib⁹ vestisti me: ossibus ⁊ neruis cōpegisti me. Uitā ⁊ miam tribuisti ⁊c. Itē q̄s dat bladū in agris: vinū in vineis ⁊c. nisi de⁹: ⁊ aquā in puteis ⁊ fructū in arborib⁹? Terra hz virtutem corrūpendi granū sed q̄ postea exeat in herbā viridem ⁊ fructū pducat ⁊c. solus de⁹ pōt hoc facere ⁊c. Si dicat̄ ab aliquo simplici natura fecit hoc: verū est tanq̄ instr̄m: qr natura non est nisi instr̄m dei. Deus aūt est actor principalis: sicut de lr̄a optime facta ⁊ scripta nō attribuitur calamo sz scriptori tanq̄ principali actori. Itē cythare etiā de bono sono suo nō dz attribui instr̄o sz magr̄o pulsanti. Ita etiā de blado ⁊ vino nō est attribuendū terre sz deo: ⁊ nullus posset facere de aq̄ vinū nisi solus de⁹: ⁊ iā fuit primū miraculū xp̄i in nuptijs ⁊c. Itē de⁹ hz custodire filios ⁊ silias ⁊ cōseruare gregē et oīa. Unde Dauid p̄s. cxxvj. Nisi dñs custodierit ciuitatē frustra vigilat q̄ custodit eā. Ideo talis amicus diligi debet ⁊ timeri ne pro toto mūdo offendat̄ ⁊c. si nō esset tāte rigorositatis. Eccl̄. vj. Qui timet deū eque habebit amicitiā bonā: qr s̄m illū

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

erit amicꝰ illiꝰ. Nota ad hoc exẽplũ de Eleazaro diuite ⁊ honorabili q̃ nolẽs facere cõtra preceptũ dei: imo ꝓpter petiõ gule vitandũ in tormentis dixit.ij. Macha.vj. Dñe q̃ habes sanctã sciẽtiã manifeste scis tu qz cũ a morte possem liberari duros corpis sustineo dolores: ſm aiam vo ꝓpter timorẽ tuũ libẽter hec patior. Iste timebat offendere deũ qz citꝰ pmisit se occidi ⁊ mori q̃ ipm offendere.

¶ Tertio debemꝰ timere deũ vt patrem generosum. Quãdo aliq̃s habet patrem generosum ⁊ diuitẽ a quo expectat hr̃e magnã hereditatẽ semp est in timore ne displiceat patri ⁊ sic muret testamentũ ⁊ perdat hereditatez ⁊ iõ tenet et cauet ne grauet patrẽ in aliquo: ideo ꝓcepit dñs Leui.xix. Unusquisq; patrẽ suũ ⁊ matrẽ suã timebit. Hac rõne incomparabiliter magis timẽdus est deꝰ ne priuemur ab hereditate nobis ab eo pmissa ⁊ in testamento dimissa. Et ecce clausula testamẽti que regratiata est Mat. vij. Qui facit volũtatẽ patris mei q̃ in celis est ipse intrabit in regnũ celoꝝ. Ergo timere debemus ne mutet testamentũ ne amittamꝰ illã magnã hereditatẽ celi empirei cuꝰ minima camera est maior regno Francie. Dicũt eñ astrologi q̃ minima stella dr̃ his q̃ apparent nobis est septies maior tota terra. Hanc hereditatez dimisit nobis cõditionaliter. ſ. ſi volumꝰ viuere ſm suas ordinationes ⁊ precepta: nã in quolibet statu est ordinatum ⁊ scriptum qualiter debẽt viuere religiosi clerici et layci de mr̃imonio ⁊ alij. Ideo semp debemꝰ timere ne pdamꝰ hereditatẽ: dicat quõ per petiõ mortale pdit qua perdita restat ire ad infernũ. Ideo dicebat Dauid ps.xxxiij. Uenite filij audite me: filij scz obediẽtie: timorem dñi docebo vos. Quis est homo q̃ vult vitã diligit dies videre bonos: phibe linguã tuã a malo et labia tua ne loquanr̃ dolũ. Diuerte a malo et fac bonũ: inquire pacẽ ⁊ pseque re eam. Nota q̃ Dauid ponit quattuor ex quibus quis põt habere vitã eternaz cum timore dei. Primo prohibe linguã tuã a malo. ſ. diffamationis ⁊ peccati secreti publicationis: sed debes dulciter corrigere. Secũdo ⁊ labia tua ne loquãtur dolum. Hoc dicit̃ mercatorib⁹ ementibus ⁊ vendentibus. Item iudicibus ⁊ aduocatis et notarijs: ista duo respiciũt os. Tertio diuerte a malo ⁊ fac bonum: hoc est dimitte superbiã ⁊ humilia te: et sic de alijs virtꝰ: hoc respicit opꝰ. Quartum respicit cor cum dicit inquire pacez et pseque eam. Inquirãt pax remittendo iniurias ꝓ honore dei dicendo: ille fecit mihi iniuriã sed ego dñe maiorem iniuriã feci vobis ideo remitto sibi vt et vos remittatis mihi. Cum dicit pseque re eam. ſ. cum amicis tractãdo etiã cum confessore. Qui autẽ sic finaliter tenent deum nõ oportet eos timere q̃ amittãt hereditatem celestem: quoniã talib⁹ dicit christus Luce.xij. Nolite timere pusillus grex quia cõplacuit patri meo dare vobis regnũ. Ad quod nos ꝛc.

¶ De triplici timore. Distinctio.clxxxij.



Timor triplex inuenitur: scilicet
Timor naturalis: et iste est rigorosus.
Timor filialis: et iste est gratiosus.
Timor reuerentialis: ⁊ iste est gr̃iosus.

¶ Primus timor est naturalis: et hic est rigorosus. Naturaliter eñ q̃libet timet ventre ad paupertatem: cadere in infirmitatem: amittere bonũ nomẽ ⁊ famam ⁊ finaliter timet naturaliter mortem: et iste timor est naturalis: quia natura refugit: ergo naturalis est iste timor: et de isto timore loquitur beatus Joannes in sua prima canonica cap̃.iij. dicẽs. Quoniam timor penam habet. Licet autem iste timor sit naturalis et rigorosus: debemus tamen esse subiecti deo: non fugere plagam nec mortem: sed accipere ꝓpter deum quasi dicendo. Dñe non placet me esse pauperem: tamen nolo facere contra voluntatem vestram: ⁊ sic de morte. Sicut deus demonstrauit nobis in sua passione cum dicitur Marci xiv. Cepit iesus pauere scilz de morte qz naturalis q̃ sicut accepit hr̃iana car-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nem ita accepit timorē naturalē: ⁊ i hoc fuit subiectus deo patri. vñ dicit: verūtñ non sicut ego volo sed sicut tu: q̄uis natura mea paueat naturalr: tñ ego volo ipsam esse subiectā vobis deo pr̄i. Si q̄s fuerit depdatus a latronib⁹ ⁊ nescit q̄s hoc fecerit naturalr timet de amissione: sed auisa vt sis subiectus deo ne facias aliq̄d ꝯtra eū ꝑ recuperatione huius rei ne. s. vadas ad sortilegos: debes em̄ hr̄e timorē ꝑdendi aīam. Et iō dicas. O dñe vos bene scitis q̄s habuit rem meā date illi voluntatē ⁊ ponite in corde ei⁹ vt mihi restituat: fiat tñ volūtas vestra: si q̄s est in infirmitate ⁊ vos nō potestis hr̄e curationē: ⁊ habebitꝫ timorē naturalr de morte: custodite vt in isto timore sitꝫ subiecti deo: verbi gr̄a: dicet aliq̄s. Ego scio vnum talē q̄ facit plura bona remedia ⁊ dat sanitatē. Quid debes tu facere: certe debes dicere: dñe timorē habeo de infirmitate ⁊ morte: sed tñ maiorē timorē habeo de vobis. Itē de cōiugatis q̄ non habent liberos ⁊c. Item de illis q̄ hñt parētes aut amicos incarceratos ꝑ crimine: ⁊ si iudex capiat te ꝑ testimonio ferendo di. Scis tu si ille q̄ est incarceratus ⁊ captus fecit hoc? Tunc incipies hr̄e timorem si dicas veritatē amittes parentem tuū vel amicū. Caueas ne facias falsuꝫ iuramētū: ⁊ dicas intra te multū me grauat facere displicētiā parēti meo vel amico. Sed plus dubito facere displicētiam deo: ⁊ sic debes dicere veritatē ⁊ pro toto mūdo nō debes te ꝑiurare: vos mercatores ⁊ laboratores semꝑ iuratis etiā sepe ꝑiuratis: iō caueatis: attēdatis illud q̄d scribit Mat. xvj. Quid ꝑdest hoī si vniuersum mūdū lucret: aīe ꝟo sue detrimētum patiat: aut quā dabit hō cōmutationē ꝑ aīa sua. Itē de teip̄o q̄ñ aliq̄s capt⁹ ꝑ crimine aliquo ⁊ interrogat si fecit malum de quo accusat: ⁊ iudex facit ip̄m iurare timet naturalr. Sed dꝫ submittere timori dei: ⁊ dꝫ dicere intra se: ego me recōmendo deo: ⁊ sic dꝫ dicere veritatē. O suspenderis: sed ꝑ reuerentia dei: ⁊ deus remittet tibi peccata ⁊ ibis ad paradisū. Itē ad idē de iudice ⁊ notario qui hꝫ dare sn̄iam contra aliquem potentē qui minatur iudici si faciat iustitiam: ⁊ illi iudici venit timor naturaliter in corde quid dꝫ agere? certe non dꝫ retardare iudiciū attendens illud q̄d dr̄ Mat. v. Beati qui persecutionē patiuntur ꝓpter iustitiam: q̄m ipsoꝝ est regnum celoꝝ. ⁊ Matth. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus: aīam aūt non possunt occidere: sꝫ potius timete eum qui pōt corpus ⁊ aīam ꝑdere in gehennā. Tacite dat intelligere illud de duobus malis: maius ⁊ sortiꝰ est fugiendum. Quid est grauius mors corporalis an mors corporis ⁊ aīe ꝓprie: iō ꝑ fugiendo mortem corporalez nemo dꝫ facere contra deum: exemplū ⁊ miraculū Dañ. xiij. In ciuitate babylonie erat mulier nobilis Susanna pulchra nimis et timens deū: pone hystoriā. ista naturaliter habebat timorem: sed tñ predilexit mori q̄ facere contra deū. Et sic fuit liberata: si coram hoīe venirent oēs diaboli ⁊ oēs hoīes armoꝝ mundi ⁊ aīalia siluestra: ⁊ tu non haberes nisi vnū remediū s. q̄ si faceres vnum minimū pctm̄ mortale euaderes om̄ia illa: certe magis deberes velle mori q̄ cōmittere illud peccatum: ⁊ ideo dicebat xp̄s Luc. xij. Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus: ⁊ post hoc non hñt amplius quid faciant. Ostendā aūt vobis quē timeatis. Timete eum q̄ postq̄ occiderit hꝫ potestatem mittere in gehēnam: ita dico vobis hunc timete. ¶ Secūdus timor est filialis. ⁊ hic est gratiosus: timor filialis est q̄ñ non hꝫ timorez culpe: lꝫ pena non esset nec tormentū nō dꝫ hō facere contra deum. vñ sicut timor naturalis hꝫ obiectum penā: sic timor filialis culpam. Bonus enim filius semꝑ est in timore patris. vñ Leui. xix. Unusquisq̄ timeat patrē suū ⁊ matrem suam: ⁊ lꝫ non det tibi penam tñ debes eum timere: ⁊ istū timorem debemus hr̄e erga deū: ratio: qꝛ deus est principalis ⁊ totalis pater: qꝛ hō dr̄ pater ꝑ opere illo fetido cōceptionis ⁊ mater portat et nescit quid portat. Sed hoc facit deus q̄ infra ventrem matris format ꝓprijs manib⁹ corpus: membra: ossa: iuncturas pueri: ⁊ ille est pater. Job. x. Manus tue dñe fece

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

runt me: vsq; custodiuit spm̄ meū: ⁊ iste est pater ille de quo dr̄ Deuterono.xxij. Nunqd ipe est pater tuus q̄ possedit te ⁊ fecit te ⁊ creauit te: si ergo timore filiali sumus subiecti parentibus quanto magis deo patri debemus esse subiecti. Et lz non esset pena inferni nec purgatorij: tñ ꝓpter amorem eius debemus ei esse subiecti: ⁊ ideo dicebat Dauid filijs p̄s. xxxiij. Uenite filij audite me timorez dñi docebo vos. Docebat eos ꝙ non cogitarent nec aliquid facerent cōtra deum: sic vos debetis facere filijs vestris: qr maxima culpa est parentibus de filijs indisciplinatis si i horto fuerit aliqua arbor nouella que fuerit torta dz reduci ad rectitudinem in principio: nec dz expectari ꝙ sit antiqua: sic in horto huius mundi: de quo Cantico.iiij. Descēdi in hortū meū vt viderē poma: ⁊ Mar.v. Uideo hoīes velut arbores ambulantes: filios ergo vestros si sint indisciplinati corrigite et rectificate in iuuentute ⁊ ad rectitudinē bonoꝝ moꝝ reducite: ⁊ audiatis doctrinam Jesus filij siras Eccli.xvj. Ne iocūderis in filijs impijs si multiplicentur: nec oblecteris sup ipsos si non est timor dei in ipsis non credas vite illoꝝ ⁊ nō respicias in labores illoꝝ. Melior est enim vnꝰ timēs deū q̄ mille filij impij: et vtile est mori sine filijs q̄ relinquere filios impios. Et ideo ad castigandū eos debent laborare parentes: ⁊ sub ferula boni regiminis ipsos tenere in pueritia ⁊ iuuētute: qm̄ Threno.iij.dr̄. Bonū est viro si portauerit iugū ab adolescētia sua: ideo docete filios vestros. Primo signare se debite. Scdo dicere Credo Pater noster Aue maria. Tertio ꝙ cōfiteātur in quadragesima. In sexto anno quia dicit decretalis extra de delictis pueroꝝ: qd oīs illa etas pueroꝝ est plena peccatis: debent cōicare in.xij.āno. Et ista ⁊ alia multo plura debetis eos docere. vnde Paulus ad Ephe.vj. Patres nolite ad iracūdiam filios vestros ꝓuocare: sed educate eos in disciplina ⁊ correctione domini. et Esa.xxxviij. Pater filijs notam faciet veritatem suam. ¶ Tertius timor est reuerentialis ⁊ hic est gloriosus qñ creatura non hz respectum ad timorem pene ⁊ culpe: sed hz timorem reuerentialem respectu dei: angeli non timent timore naturali nec timore filiali: sed timent timore reuerentiali qñ vident excellentiā trinitatis ⁊ infinitam magnificentiam. vnde beatus Grego. Maiestatem tuā adorant dñationes tremunt potestates: nō timore pene aut culpe sed reuerentiali: ⁊ cantat ecclesia tremūt videntes angeli: ⁊ istū timorez debemus habere iuxta doctrinam beati Jo. Apoc.xiiij. Timete dominum ⁊ date ei honorem. Timor enim est in corde qñ cogitat de deo: simili modo si rusticus qui nunq̄ viderit regē intret palatium regium habet timorez reuerentialem: lz rex nolit sibi facere malū ⁊ venit ei estimatio in corde de honore faciendo: nunc vero videndū est quot sunt continentie siue modi dandi honorez reuerentialez deo. Et sunt nouē sicut sunt nouem chori angeloꝝ. Prima continentia siue modus est discooperire caput cū cogitat sapientiam dei infinitam cui oīa sunt manifesta: ad Heb.iiij. Omnia nuda ⁊ aperta sunt oculis eius: vos autez mulieres debetis habere caput velatū. j.ad Coꝝ.xj. Oīs aūt mulier orās aut ꝓphetans non velato capite deturpat caput suuz. Sed puelle virgines debēt habere caput discoopertum ⁊ etiā viri. Et hoc significat sapientiam diuinam q̄ oīa videt ⁊ cognoscit. Scda cōtinentia siue modus est oculos leuare ad celū: ⁊ significat ꝙ deꝰ est ꝓuisor in oībꝰ necessitatibꝰ vñ Dauid p̄s.cxxij. Ad te leuaui oculos meos q̄ habitas in celis. Ecce sicut oculi seruoꝝ i manibꝰ dñoꝝ suoꝝ. Sicut oculi ācille i manibꝰ dñe sue: ita oculi ad dñz deū nostruz donec misereat nr̄i. Tertia continētia siue modus est inclinare caput: ⁊ hoc ꝑ ymaginationem excellentie dei ꝙ ⁊ sumꝰ peccatores: ⁊ ꝙ non sumus ausi leuare caput. Similitudo de filio q̄ facit malū aliqd ⁊ pater cogitat aspiciēdo eū q̄ non est ausus leuare caput p̄ verecundia. Sic faciebat Esdras ꝓpheta j.Esdre.ix.di. Deus meus ꝯfundor ⁊ erubesco leuare faciē meā ad te: qm̄ iniq̄tates nostre multiplicate sunt super caput

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nostrū. Quarta continentia siue modus est leuare manus ad deum: ⁊ hec reuerētia est vt impleat deus manus nostras bonis suis. Si hō faceret qđ dz nūq̄ deꝰ deficeret: quin oīa necessaria conferret. vnde Mat. vj. dr. Petite ⁊ accipietis: q̄rite ⁊ inuenietis: dat em̄ fructus ⁊ abūdantiam bonoꝝ tēporaliū ⁊ spūaliū. Quinta continentia siue modus est cum digitis ferire siue percutere pectus hec est mia: qꝛ quinq̄ modis peccamus. Luce. xviij. Publicanus aūt nolebat ad celum oculos suos leuare: sed pcutiebat pectꝰ suuz di. Deus propitius esto mihi peccatori. Sexta ꝯtinentia siue modus est cancellare manus mōstrando iustitiā dei q̄ est rigorosa: dicit beatus Aug. ꝙ sicut nullum bonū est irremuneratū sic nullū malum impunitū: iō dz cancellare manꝰ: q̄si dicendo illud ad Gala. vlti. Mihi autez absit gloriari nisi in cruce dñi nr̄i Jesu xp̄i. Septima est inclinare se a zona vsq̄ ad genua: ⁊ hoc significat paternitatem dei qui nos accepit in filios: ad Ephe. v. Imitatores dei estote sicut filij charissimi. Octaua continentia siue modus est ponere duo genua ad terram: dominis temporalibus debet flecti sinistrum: prelatis ecclesie dextrum genu: sed deo qui habet potestatem super corpus ⁊ animā debent flecti duo: ad Roma. xiiij. Viuo dicit dominus qm̄ mihi flectetur oē genu. Nona ꝯtinētia siue modus est ꝓstrare se ad terram ꝑ totā ꝑsonā in quo significat̄ eternitas diuīa. q. d. O dñe vos estis eternalis sine principio ⁊ sine fine: ideo reges orientales ꝓcidentes adorauerūt eum. Mat. ij. iō dicebat Jo. Apoc. xiiij. Timete dñm. s. i corde ⁊ date ei honorē in ꝯtinētijs ⁊ modis tēporalibꝰ ꝓut dictum est: qm̄ illi qui habent timorem reuerentialem durabunt: ꝓut testatur Dauid p̄s. xviij. di. Timor dñi sanctus ꝑmanet i seculum seculi: timor. s. reuerentialis: ergo subditi estote deo in omni timore iaz dicto. j. Petr. ij. Et ita perueniemus ad regnum celeste ⁊c. Ad quod ⁊c.

¶ De quadruplici funiculo quo trahit nos christus.

Distinctio. clxxxiij.



Rahit nos xp̄s quadruplici chorda siue funiculo.

Primus est amor diuinalis.

Secundus est ardor supernalis.

Tertius est timor infernalis.

Quartus est dolor temporalis.

ponentes omne pond⁹ ⁊ circūstans nos peccatum p patientiā curramus ad ppositum nobis certamē aspicientes in auctorē fidei ⁊ cōsummatorē ihesum qui p̄ posito sibi gaudio sustinuit crucem cōfusione contēta atq; in dextera sedis dei sedet. In qua auctoritate sunt q̄nq; clausule ⁊ ad quālibet refertur illud verbū curramus. s. deponentes omne pondus curramus: ⁊ sic de alijs. Dicit ergo p̄mo deponentes omne pōdus. s. pcti mortalis: qm̄ pctm̄ mortale est pondus maximus: minimū em̄ pctm̄ mortale plus ponderat q̄ maior mons huius mundi: qm̄ si deus alligaret in collo alicui⁹ sancti angeli vel alterius sancti cū vna cathena vnū montē maiorē toti⁹ mūdi sctūs ille non inclinaret caput ꝓpter illud pōdus quia sustineret ipm̄ imo ⁊ totā terrā. Sz minimum pctm̄ mortale non posset sustinere quin caderet: imo celuz empireū non posset sustinere pctm̄ mortale: ptz in lucifero quem non potuit sustinere: sed statim cecidit in tantuz q̄ dicit scriptura Luc. x. Videbā sathanaz sicut fulgur de celo cadentē: ⁊ hoc ꝓpter pctm̄ qđ habebat quod fecit ipsum inclinari: vñ q̄ peccatum mortale sit pondus ptz p̄ Dauid ps. xxxvij. Iniquitates mee supergresse sunt caput meū: ⁊ sic onus graue grauate sunt super me. Ideo si volum⁹ currere oportet qđ remoueamus illud pondus superbie vel auaritie aut luxurie vel ire aut alterius pcti mortalis: deponamus ergo illud ⁊ tunc poterit ille qui peccatū deposuit dicere illud verbuz Dauid ps. lviij. Neq; iniquitas mea neq; peccatuz meum dñe sine iniquitate cucurri ⁊ direxi. s. vitam eternā. Et illud est primū qđ debemus deponere. Itē debemus deponere circūstans nos pctm̄ occasione peccandi: qm̄ posito q̄ pctm̄ nō sit in nobis nec super nos pōt tñ esse circunstans. i. iurta vel circūstās. s. p familiaritatez: vñ nō sufficit dimittere peccatū sed oportet dimittere occasionem peccandi: quia dicit poeta. Que nocitura times ꝙuis sint chara relinque. Debemus q̄ abscindere occasionez: vnde sicut ille qui currit per aliquod iter si inueniat vepres qui ipm rapiant hincinde nō poterit currere nisi ipas scindat: ita fidē illi qui currūt ad paradisū oportet q̄ scindāt vepres et amores etiā sctūz mulierum et visitationes earūdem: qz dicit btūs Hieronymus ad rusticum monachū. Feminaz quā bñ cōuersantem dideris mente dilige: sz nō corporali frequētia. de talibus enim dicit btūs Paulus ad Gala. v. Curreba-tis bene q̄s vos impedit vtinā abscindātur qui vos conturbāt: ponit remedium cum dicit vtinā abscindant: et ideo dicit Dauid p̄s. ij. Disrūpam⁹ vincula eoruz ⁊ p̄iciam⁹ a nobis iugū eoꝝ. Et ista est secūda circunstantia Tertia est in hoc q̄ dicit p patiētiaz: illi em̄ qui vadūt ad paradisum habēt currere p patiētiā qz dicit pḥs q̄ virt⁹ est circa difficile. Et ideo dicit Paulus ad Hebre. x. Patiētia vobis necessaria est vt volūtatē dei facietes reportetis repromissionē. Quarto dicit aspicientes in ihesum: vñ ꝙtuz ad aiam in instanti creationis habuit tantā gloriaz quātam nunc habet. Sed ꝙtum ad corpus iuit currendo ad paradisum ⁊ gloriam resurrectionis. s. p magnam disciplinā in hospitio Pilati ⁊ portādo crucē: intm̄ q̄ de cursu ei⁹ loquēs Dauid dicit p̄s. xviij. Exultauit vt gigas ad currēdā via ā summo celo egressio ei⁹. Et occursus eius vsq; ad sūmū eius. Aspiciam⁹ ergo nos ad ipsum quasi dicēdo illud Cañ. i. Trahe me post te curremus in odore vnguentoꝝ tuorum: dicit hoc q̄ in dextera dei sedet. s. pmittēs coronā illis q̄ currūt vsq; ad ipsum. Et ita currebat paul⁹ qñ dicebat fidē seruaui in reliquo posita est mihi corona iustitie. ¶ Scōs mod⁹ q̄ ali q̄ vadūt ad paradisuz ē suauit spatiādo. s. cū solū faciūt opa necessaria. s. mandata diuina que necessaria sunt ad eundū ad gl̄iam: vñ Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. Item tenent precepta ecclesie qz audiūt missam in dñica ⁊ alijs diebꝰ festiuis iurta p̄ceptuz ecclesie. Itē faciunt ieiunia precepta ab ecclesia sed nihil vltra volunt facere: tales enim vadūt spatiādo. Sed nimis constabit tale spatium in purgatorio: vadūt nāq; spa-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tiādo: ⁊ ideo diu stabunt in itinere. Et tales possunt dicere xp̄o v̄bū qd̄ dixit Jacob Esau fatri suo Gen̄.xxxiij. Precedat dn̄s meus ante seruuz suū ⁊ ego sequar paulatim vestigia eius: ita tales paulatim sequūtur xp̄m cū seruant p̄cepta necessaria: verū tamen diu stabunt in itinere. s. in purgatorio ⁊ poterūt dicere illud p̄s.cxix. Heu mihi qr̄ icola. me⁹ ꝓlō. ē: habita. cū habitan. ce. mul. ico. fu. aīa mea. Illi vero q̄ vadūt currēdo statim cū aīa exit a corpore vadunt ad celum. Sed illi qui volūt ire paulatim quasi spatiādo stabūt forte. c. vel. l. aut. xx. annis in purgatorio in igne. Sed diceret aliquis quō posset fieri ꝙ ignis torqueat aīam cum anima si maior ⁊ dignior. Cuz etiā dicat ph̄s ꝙ omne agēs p̄stantius est suo passo: cuz aīa ergo sit dignior igne sequitur ꝙ ignis nō agit in aīaz v̄tute naturali sz v̄tute supnaturali qr̄ agit tanq̄ instr̄z diuine iustitie: ⁊ p diuinā iustitiā vna formica posset dare tormētū maiori āgelo paradisi si de⁹ vellet: cesset ḡ error ⁊ admiratio illoꝝ qui fundant suā intētionē in philosophia qm̄ nisi recurrāt ad diuinā potētiā stati cadēt p philosophiā a fide: et iō dicit Paulus ad Colo. ij. Uidete ne quis vos decipiat p philosophiā ⁊ inanē fallaciā s̄m traditionē hoīm s̄m elementa mūdi ⁊ nō s̄m xp̄m: vn̄ ph̄i fuerūt s̄ui ⁊ serui nesciūt quid faciat rex: ita nec ph̄i sciūt q̄d facit deus in palatio suo: sed bn̄ xp̄iani qui sunt filij ⁊ nō serui: vn̄ Jo. xv. Jam nō dicā vos seruos sed amicos: qr̄ oīa q̄ audiui a patre meo nota feci vobis: ergo cesset error talium dicētium ꝙ ignis corporalis non pōt agere in aīam. Si autē volum⁹ ꝙ ille ignis nō detineat nos curramus in hoc mūdo p bona opa al's q̄uis in aliquo tēpore intremus paradisum tn̄ tarde. Ubi nota parabolam illoꝝ duoꝝ mercatoꝝ quoꝝ vnus mansit in prato spatiādo et ali⁹ iuit currēdo ad villā et intrauit: ille vero qui remāsit in prato venit tarde ⁊ nō potuit ītrare sz māsit tota nocte ex̄ villā ⁊ latrones depredati sunt illum ⁊ in mane inuentus est quasi mortuus ꝓpter frigus et infirmatus est diu anteq̄ posset sanari: ita est de nobis qui oēs sumus viatores tendentes ad ciuitatē paradisi qr̄ nō habemus hic manentē ciuitatē: sed futurā inquirimus: ad Heb. xiij. Et illi q̄ currūt veniūt de die: illi vero qui nō currūt sed vadūt spatiādo veniūt tarde qr̄ habebūt penā peccatoꝝ quia torquebūtur in purgatorio. Et iō auisat nos btūs Paul⁹ dicēs ad Ephe. v. Uidete itaq̄ fratres quō caute ambuletis non quasi insipientes: sed vt sapiētes redimentes tēp⁹: qm̄ dies mali sunt. dicit redimentes tēpus. s. p penitentiam mali sunt. s. dies purgatorij ꝓpter acerbitatem pene: redimet̄ aūt tēpus in hoc mundo p penitētiam puta ieiuniuz et orationē: ⁊ ita de alijs. ¶ Terti⁹ modus quo aliqui vadūt ad gl̄iam est tractus violētus: vn̄ quidā sunt q̄ non curāt penitus de paradiso: sed viuunt in delitijs: ⁊ de talibus dixit xp̄s Luc. xiiij. Cōpelle intrare vt impleatur domus mea: nō tn̄ intelligat̄ ꝙ cōpellat eos p coactionem liberi arbitrij: quia dicūt theologi ꝙ liberum arbitriū per nullam potētiaz cogi pōt sed intelligitur ꝙ de⁹ cogit eos per tribulationes ⁊ dolores ⁊ labores: in cuius signuz d̄r Luc. xiiij. quod dn̄s misit seruū suū vocare īuitatos. Sz tn̄ tales mūdani excusauerūt se: vnus qr̄ emerat villā p quē intelligitur supbia. Scd̄s excusauit se qr̄ emerat quinq̄ iuga boum per quem intelligitur auaritia: isti duo excusauerunt se: sed tertius non excusauit se sed dixit penitus ꝙ non poterat ire qr̄ duxit vxorem. Diceret aliq̄s ergo matrimoniū dicet impossibilitatē eundi ad paradisum dicitur ꝙ nō de se sed qr̄ mulier que est facta in adiutoriū viri in matrimonio ꝓut dixit de⁹ qn̄ formauit mulierem Gen̄. ij. Nō est bonum hominem esse soluz. Faciamus ei adiutorium simile sibi: est hodie simile siue sunt in destructionem propter vanitates quas ducūt: vnde ꝓpter vanitates ip̄aruz oportet ꝙ viri s̄m suam conditionē rapiant aliena vel per vsuram vel per rapinam vel per falsum iudicium si sit iudex vel falsam aduocationem si sit aduocatus: ⁊ breuiter impediunt ꝙ non vadant ad paradisum: non immerito ergo ille non excusa

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nit se sed dixit vxorem duxi nō possuz ve
nire: vnde si deus faceret nunc mulierez
posset dicere: faciamus homini destruc
toriū sibi: cum autem tales nollēt ve
nire misit seruum suū cū alijs socijs qui
cōpellerent venire z exeūtes inuenerunt
mercatores et dixerūt eis ite ad cenam:
qui dixerūt non ibimus. Et dixerunt ser
ui immo ibitis certe nō faciemus: z tunc
serui percusserunt eos z remouerūt vni
brachium alteri aurem z tūc fuerūt. Itē
inuenerunt milites tripudiantes. Et di
xerunt eis ite ad cenam. Qui dixerūt nō
ibimus. Tūc percusserunt eos cum vno
retorto baculo z trahentes per vim. Item
laicos etiaz verberauerūt. Et ita fuerūt
ad cenam: z cū essent i mēsa gauisi sūt qz
fuerant verberati ppter dulcedinez cibi
z nobilitatē societatis: ita facit deus qz
per tribulationes z labores z pestilētias
cōpellit ire ad paradisum aliquos q̄ alit
non irent: z ideo dicit glo. beati Gregorij. Mala que nos hic premunt ad deuz
nos ire cōpellunt. qñ enim aliquis est sa
nus non curat de deo: sed quādo deꝰ mit
tit illi seruum suū. s. infirmitatem statim
reuertitur ad deum et cōfitetur z agit pe
nitentiam. Et ita de mulieribus que re
uertūtur ad deum qñ habēt deformita
tem in corpore. Et ita tribulatione precedente consentit liberum arbitrium: et sic
fūt bone: vnde Esa. xxvj. Dñe in an
gustia sua requisierūt te. Et hac ratione
dicebat Dauid in oratione sua ps. lxxvij.
Imple facies eorum ignominia: z que
rent nomen tuū dñe ita ergo cōpellunt
per angelum michaelem: quia dicit Gre
gorius in libro dialogoz. In hoc mun
do visibili nihil disponi potest nisi per
creaturam inuisibilem ꝛc. Rogemur ꝛc.

¶ De duobus operibus p quę venit deꝰ
ad creaturam rationalem.

Distinctio. clxxxix.



Enit deus ad creaturam rationalem p duo
opera: videlicet
Primo per baptismalem
ablutionem.
Secō per corre. tionem penitentialem.

¶ Primo ergo venit per gratiā in ablu
tione baptismali: sed perditur per pec
catum z recuperatur per afflictionem pe
nitentialem. Primo dico q̄ iesus venit
ad creaturam per gratiā z hoc in baptis
mali ablutione: nā primitus non erat in
ea per gratiā. Nam omnis creatura ra
tionalis ante baptismū propter peccatū
primi parentis est inhabitatio demōis:
quia ex quo Adam z Eua peccauerunt
fuerūt effecti captiui diaboli in illo cam
po clauso inter matores milites mundi
scilicet Adam z luciferum: sed adam red
didit diabolo per consensum. Secō effe
ctus est captiuus. Et ideo sicut si aliqs
habeat aliquos captiuos virum z vxo
rem oēs filij qui nascentur ex ipsis erūt
captiui diaboli: consequenter nos oēs q̄
exiimus ex eis sumus captiui diaboli.
Et ad hoc propositum loquitur Esa. v.
capto dicens in persona dei. Propterea
captiuus ductus est populus meꝰ quia
non habuit sciam: dicit populus meꝰ. s.
totum genus humanum qz non habuit
sciam: quia peccatum illud puenit ppt
desiderium scie qz dixit diabolꝰ habebi
tis sciam boni et mali z quia non potuit
habere istā sciam fuit ductꝰ ppl's meꝰ in
captiuitatē. Et ī oēs eramꝰ captiui: sed
quō exibit iste diabolꝰ de nobis: dico q̄
p baptismū: z quō? qz qñ ducit vt portaz
creatura ad baptismū añm itret eccliaz
fit exorcismꝰ. s. cōiurū dicēdo. Ergo ma
ledicte diabole recognosce ꝛc. q̄ si ꝑuenāt
appet q̄ trus diabolꝰ stat. Ecce q̄ conclusio
circa q̄ oēs iudei z mauri sūt demoniact
z filij vīe filie añ baptismū sz cū diabolꝰ
ē foris venit baptismꝰ z tūc itrat iesꝰ xp̄s
z sic venit i eā p gratiaz p ablutionē baptis
malē: vñ ꝓme Jo. v. Nisi ē q̄ venit p aquā
z sāguinē iesꝰ xp̄s: nō i aq̄ solū: sed in aq̄ z
sāguine dicerat aliqs ego fū multoties i
baptismo puulozꝝ z nō video ibi sāguinē
certe vtuaꝝ z effectue hītat ibi sanguis
iesu xp̄i z sine ipo aq̄ nō adlueret aliaz: vñ
dns Aug. Que aūt ētā ta visaq̄ q̄ corpꝰ
tāgat z aliaz abluat. Et ī ꝺ̄ture sāguis ie
su xp̄i purificaꝝ z ecce ꝓmꝰ aduēꝰ dei in
creturā p graz: sz dd faciemꝰ qñ ꝓpꝰ bapti
mū sumꝰ hītatio dei z post ppt pctā nra

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

proijcimus iesum christũ a nobis: qꝛ iesus nõ est porcus vt velit habitare in luto ⁊ in imunditia: ⁊ sic recedit xp̃s a creatura: et tunc veniũt diaboli ⁊ intrant ibi. Unde dr̃ Luc. xj. Cũ immũdus spiritus exierit ab hoĩe ambulat p loca inaquosa querẽs requiẽ ⁊ nõ inueniẽs: dicit reuertar in domum meã vñ exiui ⁊ cũ venerit inuenit ea scopis mundatã: ⁊ tũc vadit ⁊ assumit alios septem spiritus secum nequiores se: ⁊ ingressi habitãt ibi et fiunt nouissima hoĩs illius peiora prioribus: veniunt ergo septẽ principes demoniorum ⁊ habitant ibi: scilicet

Primo leuiathan princeps supbie. Job penultimo.

Secundo mãmona princeps auaritie. Matthei sexto.

Tertio asmode⁹ princeps luxurie. Thobie sexto.

Quarto beelzebub priceps inuidie. Luce vndecimo.

Quinto belphegor princeps gule. p̃s.

Sexto baberith princeps ire. Judith. ix.

Septimo astaroth princeps accidie. primi Regum septimo.

¶ Sed videam⁹ quomodo proijciemus nos extra: et dico ꝙ per penitentialẽ conuersationẽ vel correctionẽ si quis habuerit verã contritionẽ ⁊ oris confessionẽ et faciat penitentiã iuxta preceptũ cõfessoris: vnde Jaco. iiij. Resistite diabolo scz per opera pnĩe ⁊ fugiet a vobis: et sic reuertit̃ xp̃s ad nos p gratiã. Et iõ nota ꝙ Jo. ij. dicitur ꝙ iesus post dies octo venit iterũ ad discipulos. Quare videndũ est qui sunt isti octo dies. Et dico ꝙ isti octo dies sunt octo opera penitẽtie post quos si habuerimus eos veniet ad nos iesus. Et ideo oẽs debemus nos disponere ad proijciendũ a nobis demones ⁊ ad recipiẽdũ iesum in corde nostro ⁊ anima: et est necessariũ ꝙ paremus nos per octo dies. Prima dies est pctõꝝ cognitio. s. qñ quis cognoscit mala que fecit dicendo. O miser ego per tantũ tẽpus vixi ⁊ nunq̃ feci aliquod bonũ: sed semp malum primo religiosi cũ non seruauerunt cerimonias sui ordinis ⁊c. Ad idem sacerdotes cũ non seruauerit se bñ in suo ordine. Et sic de alijs laycis qñ cogitant malã vitã quam tenuerũt. Ista talis contritio est signũ primi diei: et põt talis dicere illud ad Ro. xiij. Nox precessit dies autẽ appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebraꝝ ⁊ induamur arma lucis ⁊ proponit non redire ad pctm̃. Secũda dies est cordis cõtritio: nã nõ ꝓdesset cognoscere pctã nisi haberet dolorẽ ⁊ displicentiam de eis: vnde si vnus puer paruus habet tunicã nouam ⁊ cadit in luto statim flet: ergo tu qui habes tunicã nouam purã ⁊ mundã. s. animã que fit noua in baptismo qđ significat crismale album: et picture ibi posite significãt virtutes in aĩa. Si ergo tu proijcis animaz tuã pulchrã in luto pctõꝝ debes flere et accusare te. Et verificat̃ verbũ Salomonis Prouer. vj. Zelus. i. zelotipia vel gelosia sicut qui habet pulchrã vxorẽ est zelotipus de ea: et multo magis debet esse de aĩa: et ideo dicit zelus: qꝛ cuz feruore debet se accusare in die vindicte qꝛ non est sine gr̃a contritio accusantis se. Tertia dies est oris ꝯfessio: qꝛ postq̃ habuit contritionẽ ⁊ displicentiã de eis debet ea proijcere extra: sicut qñ mulier mundat domũ suã ⁊ per portã vel fenestrã ꝓijcit immũditias. Ad idem nos per fenestrã scz per os debemus proijcere immunditias. i. pctã. Et ista est dies de qua figuratiue dr̃ p̃s. cxvij. Hec dies quã fecit dñs exultemus ⁊ letemur in ea. Cõfessio vocatur dies quã fecit dñs qꝛ in ea dat̃ gratia. Diceret aliq̃s. Nõne deus fecit alias dies? vtiq̃ sic. Quare ergo dicit̃ de ista: qꝛ aliqui dicunt ꝙ iesus nõ ordinauit cõfessionẽ: sz sanctus Jacobus cũ dicit Jacobi. v. Confitemini alterutrũ pctã vestra. Sed hoc est falsum: qm̃ oẽs apostoli non possent facere nec instituere vnuz sacramentũ. Sed deus fecit ⁊ ordinauit illud sacramentũ: ⁊ alia etiã. Et etiã dicit euangeliũ Johan. xx. Quoꝝ remiseritis pctã remittunt̃ eis. Et istam potestatem dedit solis presbyteris qꝛ ante incarnationem nunq̃ voluit deus cõmittere istaz potestatẽ hominibus: sed solũ cõfitebant̃ deo ⁊ erat durũ: qꝛ de⁹ nunq̃ absoluebat intantũ ꝙ nullus erat qui in-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

traret paradisum quousq; fuit fact⁹ hō satis esset dolendum ꝙ ex quo dixeritis pctā vestra cōfessori: ⁊ postea diceret nō habeo potestatē absoluēdi vos sed ego orabo pro vobis. Sed postq̄ deus fuit factus homo istā ptātem diuinā dedit ⁊ cōmisit hoībus: sicut qñ aliq̄s rex capit in vxorē filiā alicuius agricole: tūc amore vxoris honorat parētes suos. Ad idē iesus qui cepit parentē nostrā.s.carnem humanā vult honorare eā dando ei istā ptātem diuinā.s.absoluēdo: ⁊ ideo dicit hec dies quam fecit dñs ⁊c. Quarta dies est vite correctio.s. ꝙ postq̄ fuisti confessus corrigas vitā tuā.s.ꝙ dicas oratiōes deuote flexis genib⁹: pensando quō de⁹ stat in paradiso ⁊ ad idē pensando in btā virgine maria. Item dando aliquā afflictionē corpi: aut ꝑ ieiunia aut ꝑ flagella ⁊ cilicia aut ꝑ elemosinā: ⁊ cū tu vadis ad ecclesiā porrige manū petentib⁹ elemosynā ⁊c. Et hec est dies de qua btūs paulus ad Ro.xiij.dicit. In die honeste ambulemus nō in cōmessationib⁹ ⁊ ebrietatibus nō in cubilib⁹ ⁊ impudicitijs: non in cōtentione ⁊ emulatione: sed induimini dñm iesum xp̄m. Quinta dies est iniuriarū remissio.s. ꝙ dimittatis iniurias vobis factas ab inimicis parcēdo amore iesu xp̄i ⁊ dicendo. Dñe q̄uis iste fecerit mihi iniurias magnas tñ ego feci vobis maiores: et ideo ad hoc vt parcatis mihi ego parco ei. Et ista est dies clara de qua dicit iesus Jo.xi. Si q̄s ambulat in die nō offendit qꝛ lucē huius mūdi videt. Si quis ambulauerit in nocte offendit qꝛ lux nō est in eo. Nota ꝙ lumen dei est lumen amicitie ⁊ qui parcit nō offendit.i.no prensupada: alꝫ aūt si nō parcit cū morit offendit ⁊ vadit ad infernū. ꝯ si q̄s ābulauit in die amicitie parcēdo ⁊ dimittēdo iiurias nō offendit. Sexta dies est debitoꝝ restitutio.s. ꝙ q̄libꝫ recognoscat vbi visitet domū suā aut bursam: ⁊ si tenet aliq̄d male acquisitū reddat illud et restituat: et ista est sexta dies necessaria ⁊ est bona dies et benedicta. Et ideo dicit scriptura primi Reg.xxv. Inueniāt serui tui gratiā in oculis tuis: in die em̄ bona venimus ad te: qꝛ minuunt de diuitijs vendendo ⁊ restituendo inueniāt gratiā coram te. Septima dies est fame reparatio. Multi em̄ sunt qui nō furant bona tp̄alia sed furantur cū lingua diffamando ⁊ furando famā proximi sui: qꝛ manibus furant bona tēporalia sed lingua furatur fama. Et multo magis furatur cū lingua qꝛ melior est bona fama q̄ diuitie: vnde Salo. Prouer.xxij. Meli⁹ est nomē bonū q̄ diuitie multe: sup aurum ⁊ argentū gratia bona. Ergo si furatur fama proximi per falsum testimoniū aut periuriū vel pctm̄ secretū publicando tenet ad restitutionē fame illius: alꝫ nō pōt intrare paradisum: ⁊ quō restituetur? Dico ꝙ reuocetis coram illis ꝑsonis corā quib⁹ dixistis dicēdo. Tali die dixi vobis propter maliciaꝫ ⁊c. rogo vos nō credatis qꝛ non est verū: ⁊ parcatis mihi qꝛ dixi vobis ꝓpter maliciā ⁊c. ista est dies septima. Et multi decipiunt in hoc qꝛ verbū postq̄ exijt ab ore nō videtur nec sentit: ⁊ ideo nō curant facere restitutionē. Furtū em̄ de bonis tp̄alib⁹ est visibile ⁊ apparet ⁊ ideo magis recordamur de eo. Et ista est dies de qua dicitur p̄s.cxviij. Ordinatione tua perseuerat dies qm̄ oīa seruiūt tibi. Dicit perseuerat intantū ꝙ si in isto mūdo nō restituas ⁊ moriaris ⁊ habes voluntatē restituendi qꝛ tu moraris Ualētie ⁊ alter est Parisius ⁊ nō potes facere restitutionez nūq̄ aīa tua ibit ad paradisuꝫ quousq; vadat Parisius ad faciendū restitutionem fame illius. Unde erant duo q̄ diffamauerant quendā ⁊ vnus diffamator obijt ⁊ stetit per aliquod tēpus in purgatorio: ⁊ cum exiuit ipse credidit statim intrare: ⁊ dixit illi deus. Nō festines qm̄ primo habes facere restitutionē fame illius quē diffamasti. Nā ordinatione tua perseuerat dies qm̄ oīa seruiūt tibi. Nō em̄ solum seruit deo ꝑsona xp̄iani et bona temporalia sed etiā fama seruit deo. Unde si vos haberetis me pro diffamato non crederetis mihi nec verbis meis sed ex quo est fama bona alicuius datis ei fidem ⁊ verbis eius ⁊ capitis bonum exemplū in ea. Et ideo qui furatur famā tenetur eam restituere. Octaua dies est

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

eucharistie cōmunio: qꝛ ex quo quis habuit cognitionē de peccatis et habuerit cōtritionem et fuerit cōfessus diligenter pctā sua et emendauerit vitā suā ⁊ remiserit iniurias ⁊ restituerit ablata ⁊ reparauerit famā quā abstulerat alicui: tunc post istos dies venit iesus ad eū ꝑ gr̄am et verificabitur dictū Dauid p̄s. lxxxiij. Melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Dicit in atrijs. s. in eccl̄ia: ⁊ iō plus valet illa dies cōicandi q̄ꝫ mille alij. Placeat deo ꝙ ita ambulemus ꝑ istos octo dies vt mereamur possidere ꝑ gratiam dn̄m nostrum iesum christū in cordibus nostris. Amen.

¶ De quibusdā qui ad celestem gloriā veniunt de diuersis mundi partibus.

Distinctio. cxc.



Eniūt quidā ad celestem gloriā de diuersis mūdi partibus.
Quidam veniūt ab oriēte.
Quidam ab occidente.
Quidam ab aquilone.
Quidam a meridie.

Et de istis modis veniendi ad gloriā paradisi videt̄ loqui saluator Mat. viij. qn̄ dixit. Dico vobis ꝙ multi ab oriēte ⁊ occidente veniēt ⁊ recūbent cuꝫ Abraham Ysaac ⁊ Jacob in regno celorū. ¶ Dico ergo vobis primo ꝙ aliqui de hoc mundo veniūt ad celestē gloriā ab oriente: et isti sunt iuuenes q̄ immediate ducūt bonā vitā. Itē deuoti faciūt pn̄iam q̄ nō volūt meditatri aliq̄d qd̄ sit ꝯtra deū nec iurare nec blasphemare nec loqui contra proximū ⁊ simpl̄r nihil volūt opari ꝯtra deū nec ꝙ sit ei displicibile. Et de talib⁹ dixit xp̄s ꝑ os ꝓphete Esa. xlv. Ego sum dn̄s vocans ab oriente auem: ⁊ de terra longinqua virū volūtatis mee. Vocat iuuenē auem qꝛ iuuenis habet cōditionez auis: qꝛ sicut auis currit dum ludit ⁊ mouetur de vno loco ad aliū ⁊ est valde mobilis. Ita etiā iuuenis currit dum ludit et mouet̄ de vno loco ad aliū ludendo. Unde iuuenes sunt sil̄es falconi qui habet vacuū iecur siue stomachū qui cū vocatur statim vadit ad magistrū suū. Cuius ratio est qꝛ habet stomachū vacuuꝫ scꝫ aīam vacuā a pctis: ⁊ ideo statim vadit ad xp̄m. Sed senes sunt sil̄es falconi saturo qui cū vocat̄ non vult venire: ita nec senes cum sint pleni pctis: sed in fine percutient̄ a xp̄o: sicut falco a magistro. Possunt aūt dicere iuuenes xp̄o vocanti illos ad gratiā illud Job. xiiij. Vocabis me ⁊ ego respōdebo tibi: operi manuum tuarū porriges dexterā. Dexterā. i. manum per quā intelligit̄ gloria paradisi: ꝑ sinistrā ꝟo intelligit̄ ꝓsperitas hui⁹ mundi: ⁊ ideo talis nō querit sinistrā sꝫ dexteram. Qd̄ aūt gl̄ia vocetur dextera ⁊ ꝓsperitas mūdana vocet̄ sinistra ptꝫ Cant. ij. Leua eius sub capite meo et dextera illius amplexabit̄ me. Et sequit̄. Vocaui virū volūtatis mee. s. illū iuuenē q̄ facit volūtatē dei: qm̄ deus vult ꝙ tales iuuenes qui faciūt eius volūtatē saluent̄. Et ideo dicebat xp̄s de paruulis. Nō est volūtatis mee esse sine istis. ¶ Alij veniūt ab occidente ad gloriā paradisi: ⁊ in hoc mūdo ad gratiā. s. cū sunt senes ⁊ cōsiderantes eoꝝ pctā cōterunt̄ de pctis ⁊ cōfitentur ⁊ restituūt aliena ⁊ emēdāt damna ⁊ largiunt̄ elemosynas ⁊ cum nō possunt ieiunare faciūt orationes deuotas et cōtinuas. Tales em̄ veniūt ab occidēte: qm̄ sicut sol occidit in occidente ita tales in senectute in qua vita hoīm deficit cōuertunt̄. Et q̄ꝫuis tales sint pctōres tn̄ si doleant vera cōtritione accipiet illos deus ad gratiā suā: ⁊ ideo dicit de talib⁹ Esa. lvij. c. Et timebūt qui ab occidente nomen dn̄i: ⁊ qui ab ortu solis gloriā ei⁹ cū venit quasi fluuius violentus quem spūs dn̄i cogit. Uiso romātio notandū ꝙ ponit dr̄iam inter illos qui veniūt ab oriente ⁊ qui veniūt ab occidente. Nam illi qui veniūt ab oriente supple amabūt gloriā: vbi nota ꝙ aliqui pn̄iam modicā agunt sicut illi qui timore seruili ⁊ timore pene tm̄ penitent: ⁊ ista est infructuosa. Et istā habēt damnati: vnde d̄r Sap. v. Uidentes turbabuntur timore horribili ⁊ mirabūtur in subitatione insperate salutis dicentes intra se penitentiam agētes ⁊ pre spūs angustia gemētes longa est auctoritas vsq̄ ī malignitate nr̄a

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

aūt cōsumpti sumus. Et sequitur infra. Talia dixerūt in inferno hi qui peccauerunt. Et ideo illi qui solū timore penitēt nō saluantur: de quibus dicit btūs Augusti. Si saluetur ego certus nō sum: tu tene certum ⁊ dimitte incertum. Et ideo dicit Esa. Et timebūt. s. qui ab occidente: scz senes penitebūt timore dñi. Iuuenes ꝟo sine timore agunt pniam. s. solū amore ⁊ inflammatione dei. Et ideo laudabūt dñm amore ⁊ nō timore. Sed sequitur de senibus quando penitebūt: qꝛ quando venerit spūs dñi violentus: ergo vis requiritur. s. timor: qm̄ timorem sernilē sequit̄ amor. Ubi nota exempluz qd̄ est in vita beati Andree de quodam sene xp̄iano qui vocabat̄ Nicholaus q̄ cum nutritus fuisset in carnalibus non poterat se abstinere: ⁊ venit ad sanctum Andreā dicens sibi vt deprecaret̄ deum vt sibi remoueret illam volūtatem. Qd̄ audiens sctūs Andreas orauit duobus diebus absq; comedēdo ⁊ semp orabat. Tertia aūt die apparuit sibi xp̄s dicens. Andrea obtines pro nicholao: attamen volo ꝙ faciat sicut tu. Et tūc vocato Nicholao sctūs Andreas iniunxit sibi vt p mediū annū in pane et aqua ieiunaret. Et cum mortuus fuisset Nicholaus orauit sctūs Andreas flens xp̄m vt reuelaret sibi vtrum ille esset saluatus. Cui respondit xp̄s. Per te lucratus sum Nicholaum quem perdideram. Ergo apparet quō requiritur vis ad hoc ꝙ senes peniteant: qm̄ legitur de beato Andrea qui suscitauit quadragīta viros submersos statim cū dixit illis ꝙ surgerent in noīe iesu: ⁊ ita leuiter suscitauit eos: attamen oportuit vt ieiunaret duob⁹ diebus ad hoc vt iste senex saluaret̄. Et ideo dicit Hiere. xiij. ca. Si mutare posset ethiops pellem suā: aut pardus varietates suas ⁊ vos poteritis bene facere cū didiceritis malum. Ubi sciendū ꝙ sicut ethiops non pōt mutare pellem naturaliter: tamen supernaturaliter pōt: ita sitr senex obstinatus in pctis naturaliter non pōt penitere: sed deus potest illud facere. Et ideo dicit bene Esa. in auctoritate predicta. Cū aūt senex cōtritus fiebit poterit de eo dici illud p̄s. xlv. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. ¶ Alij ꝟo veniunt ad gloriā paradisi ab aquilone: et illi sunt qui cōuertunt̄ in aduersitate ad deū. Unde p aquilonē intelligit̄ aduersitas siue tribulatio: qꝛ ventus aquilonaris inter ceteros infligit frigus: ⁊ ideo p ip̄m intelligitur tribulatio ⁊ aduersitas: quapropter illi qui in aduersitate cōuertuntur veniūt ab aquilone. Et ideo dicit Job. xxxvij. Ab aquilone aurū venit et adeo formidolosa laudatio. Uocat aurum bonā cōuersationē ad deū ab aquilone. s. in tribulatione. Et dicit formidolosa laudatio: qꝛ cū timore laudat deum dicendo ꝙ bene meruerūt pctā sua illaz penam: ⁊ tunc dicit deo. O dñe lauderis tu. Et de isto nota parabolā que est Luce. xiiij. Homo quidā fecit cenā magnā. Sequit̄. Exi in vias ⁊ cōpelle intrare vt impleat̄ domus mea. Uisa substātia litterali nota quare xp̄s vocat gloriā paradisi melius cenā q̄ prandiū? Rñdet beatus Grego. qꝛ sicut cena datur in sero et nō in mane: ita etiā post mortē et sinē huius vite datur cena xp̄i: hoc est gloria paradisi: de qua loquit̄ btūs Jo. Apoc. xix. Bti q̄ ad cenā nuptiarū agni vocati sūt. Oēs em̄ vocant̄ sz qñ sunt in ꝓsperitate nō curāt facere bonū: ⁊ iō hoc vidēs de⁹ mittit tribulationes ⁊ tūc cōuertunt̄. Et hoc testat̄ Greg. dicens. Mala q̄ nos hic premūt ad deū ire cōpellunt. Mali nāq; in ꝓsperitate vani sunt sz in tribulatiōe conuertunt̄. Sicut mulier quedā de gñe regali q̄ viuēs in vanitate oñdebat vbera. Qd̄ videns de⁹ misit illi ignē scti Anthonij: ⁊ tunc cōuersa est. Et ita ptz quō in tribulatiōe cōuertunt̄ gentes ad deū. Ideo dicit Dauid. Dñe in angustia ⁊c. ¶ Alij ꝟo veniūt ad gloriam paradisi a meridie. s. illi q̄ in ꝓsperitate querūt dñz nāvēt⁹ meridionalis est calid⁹ ⁊ hūidus per quē intelligit̄ ꝓsperitas. Et tñ pauci sunt q̄ in ꝓsperitate querāt nisi sit speciale priuilegiū dei qm̄ quāto magis q̄s est in ꝓsperitate tāto peior est. Et est ad hoc clara auctoritas Deuter̄. xxxij. Incrassatus est dilectus ⁊ recalcitrauit: incrassatus impinguatus dilatatus dereliquit

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

deum facto⁹ ẽ suũ ⁊ recessit a deo salutari suo: incrassatus delitijs: impinguatus honoribus: dilatatus diuitijs. Et ita patet quō vir aliqui veniunt ab austro: tamen alię veniūt p spūalẽ grām. Et hō ðr Abacuch. iij. Deꝰ ab austro veniet ⁊ sanctus de monte pharā: sed nota quare dicit in ista auctoritate deus veniet: et de aliꝭ p̄dictis auctoritatibus dicit q̄ homines venient ad deūm ista aūt deꝰ veniet ad denotandū q̄ spā̄lis grā est quā do aliquis existens in p̄speritate querit dñm: ⁊ ideo dicit q̄ exñtes in p̄speritate non veniunt ad deuꝫ: sed deus venit ad ipsos p spālem grām. Et dicit sanctꝰ de mōte pharā: p pharan intelliguñt diuinitate: qz pharan significat tm̄ sicut frugifer i. fructum ferens: ⁊ ita ptz quō sunt quatuor modi p̄sonaꝝ venientiū ad deum. vñ est vna auctoritas q̄ cōprehēdit istos quatuor modos. Esa. xlij. Ab oriēte ad ducā semẽ tuū: ⁊ ab occidẽte cōgregabo te: dicā aquiloni da: ⁊ austro noli p̄hibere dicit adducā ab oriente. s. tuentes adducā dulciter: non dicit cōpellā: qz compulsio est vis: ō qz pueri veniūt gratis: dicit adducā: dicit ab occidẽte ꝯgregabo senes. vñ sicut grana bladi spargunť vndiq; ita senes sparserunt pctā sua: quia in quolibet loco in quo fuerūt peccauerūt: ō dicit ꝯgregabo. s. a malā vita. Et dicā aquiloni da: qñ aduersitas dat tribulatos deo ⁊ mittit illos: sed dicit austro noli p̄hibere: ergo nota q̄ p̄speritas ipedit re ad dñm. Et ideo dicā austro noli p̄hibere: ergo aliquo istoꝝ modoꝝ veniamꝰ ad xp̄m: vt tandem simꝰ cum ipso in gloria. Ad quam nos ⁊c.

¶ De verbo dei quod quando deuote auditur tria facit.

Distinctio. cxcj.

Verbū dei qñ deuote audiť facit tria. Primo illuminat in cognitione rerū spūaliū. Secō inflāmat in dilectiōe bonoꝝ celestiū. Tertio purificat ab infectione ⁊ corruptione.

¶ Primo eñ verbū dei illuminat ⁊c. qñ ẽ huius aia de se sit spūalis: et de se posset cognoscere spūalia: p visum tñ qz ipedit a corpore non p̄ōt videre nisi corporalia. vñ est sicut de vitro. Mā si aliqs respiciat p̄ vitrū aliquos hoies apparebit sibi qō oēs sunt induti illo colore cuꝫ est vitrū: vt clare ptz p experientiā: sed tñ remoto vitro ab oculis videbit colorẽ pānī quo sunt induti: ita est de aīa q̄ respiciēs per corpus oīa q̄ videt sunt corporalia. Sed exuta a corpore videt spūalia: qñ modo nō p̄ōt videre xp̄m ⁊ angelos q̄ sunt ī sermone: qñ xxvij. ðr. Ubi sunt duo vel tres ꝯgregati in nōie meo: ibi sum in medio eoꝝ: sed statiz exuta a corpore videt: ⁊ ideo p oculos nō p̄ōt ingredi cognitio: sed ingrediť per auditum: iuxta illud ad Ro. x. Fides est ex auditu: auditus autē per ẏbū xp̄i. vnde nō possumꝰ cognoscere p visum istā veritatem. j. Joh. v. Tres sunt q̄ testimoniū dant in celo pater verbum ⁊ spūs sanctus: ⁊ hi tres vnum sunt. Item non possumus cognoscere p visū eius incarnationē: sed p auditum: ſcz ad Phił. ij. Cū in forma dei esset nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo: ſz semet ipsum exinaniuit formam serui accipiēs in similitudinem hoim factus ⁊ habitu inuentus vt hō. Item non possumꝰ cognoscere p visum q̄ mortuus fuerit sed p auditum: qz audiuimus istā veritatem ad Phił. ij. Humiliauit semetipm̄ ⁊ factꝰ est obediēs vsq; ad mortē: mortē aūt crucis. Itē silr nō p̄ōt ingredi aliaz cognitio ista q̄ xp̄s sit in hostia ꝯsecrata sed p auditū: qz audiuimus illud Jo. vj. Caro mea ẏe est cibus ⁊ sanguis meꝰ ẏe est potꝰ. Ptz ergo q̄ cognitio spūaliuz nō p̄ōt ingredi p visuz sed p auditū: ⁊ sic ptz prima pars declarata videlz q̄ verbū dei illuminat in cognitione rez spūaliū: ⁊ iō Dauid p̄s cxviij. dicit. Lucerna pedibus meis ẏe verbū tuū ⁊ lumen semitis meis: dicit lucerna. Unde sicut in nocte lucerna ostenditur ad ambulandū: ita silr verbū dei est nobis lucerna: qz oēs sumus itinerantes ⁊ euntes p iter: qz non manemꝰ in hoc mūdo: iuxta illud ad Heb. xiij. Non habemus hic ciuitatē manentem sed futuraz

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

inquirimus. Et cū vadamus de hoc mū
do ad alium ꝛ iter sit periculosum: quo-
niā multa sunt dubia in illo ꝛ diuersita-
tes itinez: ꝛ ideo nescimus qđ facere:
nec qō iter tenere. Quid ergo faciemus:
ōr ꝙ dicamus deo: lucerna pedib⁹ meis
verbū tuum: verbi gratia. Duo sunt iti-
nera vnū periculosum: duz ꝛ petrosum
s. superbia. O quot duritias sequunt su
perbi: qm̄ non datur eis honor quē ap-
petūt. Aliud iter est humilitas quod est
securū ꝛ planum: qō ostendit verbū dei:
scz Mat. xj. Discite a me qz mitis sum et
humilis corde ꝛ inuenietis requiē aiab⁹
vestris. Aliud est iter petrosum ꝛ spino-
sum. s. auaritia. Aliud est est iter planū ꝛ
leue. s. mitia. Et qō capere debemus ostē-
dit verbum dei. s. illud Luc. xij. Videte ꝛ
cauete ab omni auaritia: qz non in abū-
dantia cuiusc̄z vita eius est ex his ꝙ pos-
sidet. Et ideo sequamur iter mie: iuxta il
lud. Beati misericordes qm̄ ipsi miaz cō
sequentur. Aliud est iter plenum luto: et
aliud est siccum. Primum est luxuria q̄
cunqz ꝛ ideo erraremus nisi verbum dei
ostēderet nobis iter castitatis. s. illud. j.
ad Thessa. iiij. Hec est voluntas dei san
ctificatio vestra vt abstineatis vos a for
nicatione vt sciat vnusquisqz vestrū suū
vas possidere in sanctificatione ꝛ hono-
re: dicit fornicatione qō est minus pecca
tū luxurie vt apprehendat maiora alio.
Aliud est iter obscurum. s. inuidia: ideo
per illud non possemus ambulare. Sed
quid? lucerna pedibus meis verbū tuū:
qō est illud Jo. xv. Hoc est p̄ceptū meuz
vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Aliō
est iter spinosum. s. peccatum ire ꝛ vindi
cte: quod non potest ducere ad paradi-
sum: sed lucerna pedib⁹ meis ꝛc. scilicet
illud Luc. xxj. In patientia vestra possi-
debitis alas vestras ꝛ ita de aliis: sed di
cit lumen semitis meis. Unde semita est
iter rectū ꝛ paruū ꝛ cutius ducit ad termi
nū: ꝛ ista semita ꝓprie euangelica: ꝛ
alia ad q̄ non obligamur sub pena pcti
mortalis: isz sunt ꝓsilia ad eū dū lent⁹ ꝛ ci
tius ad paradisum. Exēplū de vna semita
Mat. x. Nolite possidere aurū neqz argē-
tū nec pecuniā in zonis vestris: nō perā
in via: nec duas tunicas nec calciamēta
nec virgā: ꝛ illud est iter strictū ad quod
obligant illi ꝙ voluerūt. Jtē alia semita
est seruare castitatē: nō bene ōr verbū tuū
lumē semitis meis: qm̄ nullus phorum
ostēdit nobis istas semitas: sed sol⁹ ꝛps
ideo verbū eius est nobis lumē: ideo ōr
Prouerb. vj. Mandatū lucerna est: ꝛ lex
lux ꝛ via vite increpatio discipline. Et q̄
est illa: ōr ꝙ illa de qua ds Luc. xiij. Dico
vobis ꝙ nisi pniam habueritis omnes
simul pibitis ꝛc. Scdo verbū dei qñ de-
uote audit inflāmat in dilectione ꝛ amo
re donoz spūaliū: qm̄ cū hō sit terren⁹:
iuxta illud Gen. ij. Formauit dns de⁹ ho
mine de limo terre: nō semp appetit terre
na ꝑ tū ad corpus: aia aūt de se bn̄ vellet
appetere celestia: sed corpus qō corrūpi
tur aggrauat aiam ꝛ deprimit terrena in
habitatio sensuz multa cogitantē Sap.
ix. Sed tū verbū dei inflāmat ad leuan-
dū mentē ad celestia. Et rō est: nā verbū
dei. s. filius semp est cū amore: nō verbū
suū qō p̄cedit de p̄dicatore qz est sīle in-
flāmat in dilectione cū prius essent frigi
di. ybi gra: qñ aliqs venit ad sermonē fri
gidus ꝛ pctōr statim inflāmat in appetī-
tu celestium. vnde verbū dei est vt ignis.
Hiere. xxiij. Nunqd non verba mea sunt
quasi ignis ait dns: ꝛ quasi malle⁹ cōte-
rens petrā: dicit ignis: qz inflāmat alios
ad humilitatē: alios ad pniam: alios ad
oones: alios ad letantū. Et nō verba dei
sunt quasi ignis ardēs: cui pcordat Da-
uid ps. cxviij. Jgnitū eloquiū tuū vehe-
mēter ꝛ seruus tus dilexit illud: sed dicit
quasi malle⁹ ꝛc. ꝛ illud tāgit p̄dicatores
nā sicut ille ꝙ pcutit petras cū malleo te
net malleū cū ambab⁹ manib⁹: ita predi
cator oz tenere malleū p̄dicatiōis: nō so
lū in ore sed in manib⁹ ad pcutiendū pe
tras. s. cordа dura: ꝛ hoc manu dextera:
s. cōplendo ope illud qō p̄dicat ore: ꝛ cuz
sinistra. s. sustinēdo patiēter tribulatio-
nes ꝑ p̄dicatione: alis si pcutiat solū cuz
ore nō pōt dare ictū ꝙ frangat cordа. ver
bi gra: si p̄dicet ptra superbiā: auaritiā: lu
xuriā ꝛc. primo oz tenere malleū predi
cationis in manib⁹ vt dictū est. Pro quo
nota exēplū de quodā nobili ꝙ cū nō ha-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

beret vñ viuere fecit se capitaneũ ribaldoꝝ ꝛ p̃donũ ꝙ exñs in quodã castro faciebat in nemoribus homicidia ꝛ predationes: ꝛ cum cõtinuasset diu illa vita quidaꝫ sanctus abbas cogitauit illũ cõuertere ꝛ iuit ad castrũ illius nobilis et dixit ꝙ volebat loqui cũ ipꝺ p bono suo: qui dixit: quid vultis? ꝛ ad qđ venistis ad me? Abbas rñdit. Ego audiui ꝙ vos et socij tui estis p̃datores ꝛ populꝰ patrie cõgregabil vna die ꝛ occidet vos oẽs: cui dixit nobilis. Ego nõ possum aliter viuere: cui Abbas. Si ego do vobis ad viuendũ melius q̃ nũc viuatis: nonne dimittetis hanc vitã? nobilis dixit ꝙ fiet quõ p̃uidebitis mihi? cui dixit abbas. Vos vinctis mecũ in abbatia: ꝛ dabo vobis q̃cũq; volueritis: qui dixit: vos vultis me facere capi ꝛ p̃sequenter mori non facio: qz essem irregularis ꝛ p̃derem missaz: cui nobilis. Vadamus: ꝛ dedit cõgertũ alijs latronibꝰ ꝛ ribaldis: ꝛ dũ fuerũt in abbatia abbas posuit eũ in meliori camera tot? abbatie ꝛ dedit sibi vnuꝫ monachũ tm̃enẽ deuotũ ꝙ seruiret sibi de oibus cibis quos peteret. Et dũ seruiret de oibus cibis desideratis monachꝰ nolebat de illis cibis cõedere ꝛ dormiebat in terra flens. Cu aũt ꝓtinuasset diu ille nobilis dixit monacho. Pro certo tu debes esse vnus magnꝰ pctõr vel homicida: vel sacrilegus vel violatoꝛ mulieꝝ: cui dixit monachus: nõ sum. Sed dñ suꝫ magnꝰ pctõr: qz dixi multoties verba vana ꝛ dormiui nimis ꝛ nõ studui: comedi bolũ panis aliq̃n supflue q̃ sunt peccata grauia: ꝛ p illis daꝫ pena in purgatorio. Quod cũ audisset nobilis fleuit ꝛ dimisit vitã suã ꝛ tenuit vitaz sil'em monacho et fuit vnus sanctus. Ptz ergo ꝙ ille monachus p ostẽsionẽ facti ꝙuertit illũ nobilẽ propter qđ dicit beatus Gzego. qđ plus monẽt exẽpla q̃ ẽba: ꝛ ideo dicebat Paulus ꝛ corđãdo ad Ro. xv. Non eñ audeo aliq̃d loq̃ eoꝝ q̃ p me nõ effecit xp̃s in inobedientiã gentiũ verbo ꝛ facto. Ptz ergo ꝙ verbũ dei est quasi ignis. s. in ore et quasi malleꝰ in ore. Motaliꝰ p laycis qui non p̃nt hr̃e illud verbũ in ore cuz faci⁹ sicut ille nobilis de quo supra q̃ egit penitentiã ꝛ audiant illud Mat. iiij. Penitentiã agite appropinquabit eñ regnuꝫ celoꝝ. Tertio verbũ dei purificat ab infectione ꝛ corruptiõe pctoꝝ mortalium. Ubi sciendũ ꝙ corruptio ꝛ infectio peccati mortalis est in vno de duobꝰ: primo in intellectu p dubitationẽ in fide ꝛ errorẽ: ꝛ scõo in volũtate ꝛ p appetitũ pcti ꝛ corruptionis: ꝛ tñ verbũ dei purificat ab istis primo ab errore intellectus: qz dubitãs illuminat in fide p verbũ dei: nã verbuꝫ dei est sicut lumen in tenebris. vñ Joh. j. Erat lux vera q̃ illuminat oẽm hoiem venientẽ in hunc mundũ. Itẽ alibi dicebat xp̃s Jo. viij. Ego sum lux mũdi ꝙ sequit̃ me nõ ambulat in tenebris: sed habebit lumẽ vite: dicit ambulat in tenebras sup ple errorꝫ ꝛ dubitationũ. Itẽ purgat malam volũtatẽ: nã audiẽdo sermones purificaꝫ volũtas: qm̃ verbũ dei est sicut aq̃ purgans ꝛ lauans im̃ũditias. Ubi nota quoddã exẽplũ in vitis patrũ: nã q̃daꝫ simplex hõ iuit ad quendã heremitã petens ꝑsilium: ꝛ rogãs eũ vt daret illi doctrinaz bene viuẽdi. Cui dixit heremita es tu clericus: nõ dixit alius: cui heremita: ergo non posses studere: nõ do tibi cõsilium vt vadas audituz sermones. Cui alius dixit: nõ ꝓdest mihi p̃dicatio: qm̃ nihil possum retinere: tunc heremita tradidit sibi calathum im̃ũdũ: ꝛ ostẽdit sibi fõtẽ ꝛ dixit sibi ꝙ portaret plenũ calathũ aqua. Cui cũ iuisset impleuit calathũ: sz nõ potuit portare: ꝛ iteratis vicibus calathus mũdat? est: cui heremita: ita mũdãtur vitia in aqua p̃dicationis: qz p̃dicatio est aqua: iuxta illud Eccl. xv. Aqua sapie salutaris. vñ q̃diu layci sunt in dominibus sunt pleni negotijs tẽporalibus sed in p̃dicatione implẽt intellectũ ꝟbis diuinis: ꝛ q̃cuis nõ remanent ab illis memoria verboꝝ tñ mundant: ꝛ ideo dicebat xp̃s discipulis suis. Jo. xv. Jam vos mundi estis ꝓpter sermonẽ quem locutus sum vobis. Ptz ergo ꝙ per verbũ dei purificatur infectio peccati ꝛ corruptio vt purgẽtur anime nostre per verbum dei taliter ꝙ perueniant ad regnum dei. Amen.

¶ De verbo dei qđ ẽm septẽ virtutes q̃s hz septem rebus comparatur.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Distinctio.excij.



Erbum dei sim septē virtutes quas hz septē rerum comparatur. Primo hz semen in baptismi regeneratione. Scōo hz ensis in prīali absolutione. Tertio hz clauis in sacrali cōsecratione. Quarto hz thuribulum in corpali refectiōe. Quinto hz unguētū in frmali cōrectiōe. Sexto hz lumē in doctrinali p̄dicatione. Septimo hz cibus in spūali oratione.

¶ Primo ergo verbū dei hz semen in regeneratione baptismi: baptismus em hz gñationis: qz creatura q̄ prius erat filij hominis fit in baptismo filius dei. Itē cum prius esset habitatio diaboli fit habitatio dei: z illud semē p̄cedit a sponso: scilz xp̄o q hz sponsum. vnde Joh̄ēs. Qui hz sponsam sponsus est: qui. s. xp̄s est sponsus. Ecclesia est sponsa verbū dei qō, p̄fertur ab ore sacerdotis vel baptizantis est semē illius gñationis: qō quidē verbum est istud. Ego te baptizo in noīe patris z filij z spūsancti. Et ideo moraliter sciendum cum simus filij dei tanti p̄ris z matris. s. xp̄i z ecclesie debemus nos ab inimicis separare: z iō ait Leo papa. Agnosce o xp̄iane dignitatem tuā z diuine cōsortis nature factus: noli in veterē hoiem vitā degñationis redire. Seruemus ergo tantam dignitatē gñationis. Claruz est ergo q in baptismo fit gñatio ex semine verbi: z ideo dicit beatus Petrus ap̄ls i. Petr. i. Renati estis non ex semie corruptibili sed incorruptibili p verbū dei viui z pmanētis i eternū: qz omis caro vt fenū: z omis gla eius q̄si flos feni. Exaruit fenū z flos eius decidit: verbum aūt dñi manet in eternum: dicit renatus q̄m nullus potest baptizari nisi semel sit natus a ventre alicuius mulieris saltim principalis pars. s. caput in quo sunt omnes sensus corporis: ideo baptismus hz regeneratio: qz iterum nascitur in baptismo cū prius natus fuerit a muliere. vnde pōt baptizari creatura si caput exeat a ventre. Sed querunt doctores vtrum possit baptizari si aliud membrum exeat: dicit sanctus Thomas q debet baptizari. Et dicunt doctores q non si est certū virtus fuerit baptizatus: sed confidendo de diuina mia credendum est pie q baptizatus est. Et adducunt rationem q̄ cuis in illo membro non sint omnes sensus: tamen cum sit vnuz membrum tota alia est in illo membro cum sit tota in toto: z tota in qualibet parte. Et ita p̄z quare dicit beatus Petrus. Renati estis. s. iterū nati in baptismo: cui concordat christus di. Jo. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aq̄ z spiritusancto non potest intrare in regnum dei. Uerum est ergo quod necessaria est regeneratio baptismalis z renouatio: de quo non est mirandum: iuxta illud Joh. iij. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. s. iteruz: sed dicit beatus Petrus. Adhuc non ex semine corruptibili: ad denotandum q semē s. verbum non debet corrumpi: sz debent dici omnia verba: quia si dimittat vnum illorum decem verborum. Ego te baptizo &c. non est baptizatus: ideo caueāt mamme mulieres. Itē dicit in corruptibili: quia non debet aliquid addi sicut antiquitus fecerunt aliqui heretici dicētes. Ego te baptizo in nomine patris maioris z filij minoris z spiritusancti seruitoris. Item est incorruptibile qz nō debent mutari verba: z ista est virtus prima verbi dei. ¶ Secunda virtus verbi dei est quia est ensis in penitentiali absolutione. Ubi sciendum q quot peccata habet quis in anima tot cathenis ferreis z cordis ligata est anima in membro cū quo peccauit: z vnuz caput cathene est in inferno: aliud autem tenet animam ligatam in membro cum quo peccauit. Exēplum quotiens quis peccauit mortaliter cum ore. s. iurando z blasphemando totiens ligatur anima cū cathena in collo per quod exeunt iuramenta. Itē eriaz de peccatis cū manibus commissis: uīrādo verberando &c. Item quando peccauit cum renibus luxuriando tot cathenis ligata est anima. Item de pedibus ambulando ad malum: et ita de alijs. Breuiter tot cathenis ligatur quot peccata commisit. Et quod istud sit verum

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

probat transeuntium raritas ⁊ pereũtiũ multitudo in mari marcilie de quattuor nauibus vix perit vna in hoc mundo: de quattuor aĩabus vix vna venit ad portũ salutis. Et vtinã medietas gentium saluaretur. Nauis in mari tria maxime timet pericula. s. de vento de aqua ⁊ rupe. Sic ⁊ nos in hoc mundo tria similia timere debemus pericula: ventus sunt tẽtationes diaboli. Qñ aliquis vadit per mare huius mundi cum deuotione ⁊ bona vita: talis vadit ad portam paradisi. Sed venit subito ventus ab austro: scilꝫ diaboli tentatio q̃ prostrat naues: superbia: auaritia: vana gloria: luxuria ⁊c. magnus d̃r esse ventus ille qui eradicat arbores: non legimus tñ ꝙ ventus diruerit montes: sed ventus tentationis non solum eradicat arbores. i. ꝑsonas simplices: sed diruit montes. i. ꝑsonas magnas in contẽplatione. ij. Reg. ix. Spũs grandis ⁊ fortis. s. demon ⁊ tentatio eiꝰ subuertens montes ⁊ conterens petras. Nũquid erant montes magni Sanson Dauid ⁊ Salomon: ⁊ tñ ⁊c. ideo nos miseri quid faciemus vigilemus ꝯtra periculum ⁊ flatum huius venti. Scd̃m periculum est aqua: nam multotiens aqua maris absorbet nauem: sic ⁊ nos ⁊c. vnde maris tentationes sunt inclinatiões carnis qñ persona est otiosa. s. qñ caro mouetur: vel cogitando vel loquẽdo de illa materia: subtus venit consensus ⁊ motꝰ et calores carnis ideo vigilate: ideo de hoc Dauid p̃s. xcij. dicit. Mirabiles elationes maris. i. carnis. Tertiũ periculũ est rupes maris. s. percutere in rupe: iõ naute vigilant: sic ⁊ nos loquendo moraliter ꝑsona non curans de familiaritatibus nauigat in ꝓfundo pelagi ⁊ peruenit ad portam paradisi. Sed qñ cõtrahit familiaritates tunc ferit in rupe: qñ aliqua mlier audit de aliquo clerico quod est deuotus aut religiosus. O attendam ad eum. Sed caueas tibi quod non calefacias nec ferias in rupe. Ex hoc em̃ multe naues. i. persone onerate munere ⁊ põdere preciosarum mercimoniarũ ꝟtutuꝫ s. feriunt in rupe ⁊ pereunt: ideo Dauid p̃s. xc. dicit. Caue tibi ab illo periculo ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuũ: dicit lapidem. s. familiaritatis: pedem affectionis inordinate. Si ergo tot sunt pericula in mari magno huius mundi nauigantibus necessaria est vigilantia ne vẽto tentationis aut inclinationis: aut rupe affectionis perdamus nauigiuꝫ: ideo vigilemus: hoc consiliuꝫ dedit christus apostolis Matt. xxv. di. Uigilate vt non intretis in tentationem. Spiritus q̃dez promptus est caro autem infirma. Scd̃a similitudo est qñ homo timet de inimicis tempore guerre aut latronibus: tunc homo vigilat ad custodiendum villam vel castrum ne capiatur: ideo dicit xp̃us Mat. xxiiij. Illud autem scitote qm̃ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq̃ ⁊ non sineret perfodi domum suam: dicit perfodi. i. subcauare vl̃ minare: propter hoc etiam nos debemꝰ vigilare. Sciẽduꝫ ꝙ quattuor capitanei sunt in breui venturi certissime: et nescimus si hodie vel cras. Primꝰ capitaneꝰ est mors que totum ducit secum: ⁊ nihil dimittit quantuncunq̃ sitis diuites in morte cuꝫ solo sudario remanebitis. Secundus capitaneus est antichristus qui totum mundũ ducet secũ paucis deuotis christianis exceptis: ideo vigilate in penitentijs: qꝛ cito veniet ⁊ ducet secum illos quos dormientes inuenerit in peccatis. Tertius capitaneus per mortem antichristi erit conflagratio huius mundi que nihil dimittet de elementatis veniet ꝑm qd̃ reperit̃ ĩ sacra scriptura quadragintaquinq̃ diebus post mortez antichristi. Quartus capitaneꝰ est dies iudicij: si ergo paterfamilias vigilat quãdo scit latrones discurrẽtes: q̃tomagis nos miseri vigilare debemus: ideo non dormiatis ĩ pctis ne vobis accidat sicut domicellis: de quibꝰ dicit xp̃s Mat. xxv. Dicitur nãq̃ ibi ꝙ quidaꝫ nobilis dominus fecit matrimonium cum quadã nobili domicella: ⁊ fuerunt alie decem domicelle inuitate. Quarum quinq̃ dixerunt inter se multum tardabit sponsus venire: ideo dormiamus: alie vero q̃nq̃ dixerunt. Sponsus non dedit nobis certum tempus aduentus sui: ideo parem⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nos: ꝛ ornauerunt se. Media autem nocte clamor factus est. Et ecce spōsus venit pulsans ꝛ dicens. Estis parate: ita dixerunt nos quinq; alie aūt noluerunt se parare. Sicq; sponsus cum illis quinq; que parate erant intrauit palatiū suum ꝛ clausa est ianua: deinde venerunt alie quinq; dicentes. Dñe dñe aperi nobis. q̄bus rndit. Amē dico vobis nescio vos vigilate ētaq; qz nescitis diem neq; horā sic nos sumus inuitati ad nuptias xp̄i. Sed dicunt stulti vt dixerunt ille quinq; domicelle: nō oportet nos parare ex quo sum⁹ inuitati. Sed q̄n xp̄s febre vel alia infirmitate pulsabit ad ianuam non eritis parati: ꝛ sic nō intrabitis ad nuptias: ideo paretis vos affq̄ pulset ad ostium confitendo: remittendo: satisfaciēdo: sic homo ornat se cum speculo pnie: vt mulier in speculo in quo videntur defectus faciei conscientie qui lauandi sunt aqua lachrymarum. Coma capitis est intētio recta: anuli sunt virtutes: torques est abstinentia: ideo ꝙ clusit xp̄s: vigilate itaq; qz nescitis die neq; horaz. ¶ Dico tertio q̄ vigilant aliq; nō amore lucri vel periculi: sed ꝓpter dolorem laboris corporalis scilz infirmi de febre: de dolore dentium aut capitis ꝛc. quia non possunt dormire sed plangunt se: si dicatur eis dormiatis modicuz: respondent non possum ayray or: sic nos debem⁹ vigilare ex dolore cōtritionis peccatoꝝ nostroꝝ ꝛ tribulatione infernalium tormentoꝝ. Si enim ex dolore vnius parue spine aut vni⁹ pulicis morsu non poteritis dormire. Cū anima sit vulnerata mortaliter in capite vel nere in superbie: auaritie ꝛc. In renib⁹ vulnere luxurie: gule in facie inuidie: iō dolere suspirare ꝛ plangere nos debemus ad instar infirmi: vt religiosi clerici ꝛ layci: ꝛ tunc quilibet vigilans poterit dicere cum Dauid p̄s. cj. A voce g. mitus mei adhesit os meum carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: ꝛ factus sum sicut nicticorax in domicilio. Nota adhesit os meum carni mee: quando homo rider caro dilatatur sed quando plorat stringitur. Nota similis factus sum pellicano solitudinis: qui quando videt pullos suos a serpente venenatos naturaliter cognoscit quod non possunt sanari nec viuere sine sui sanguinis effusione ꝛc. ita de operibus nostris a serpente infernj venenatis: factus sum sicut nicticorax in domicilio que non videtur sed sentitur: ita homo debet abscondi in domicilio studij vel orationis. Vigilauit et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Saltat enim de terra in stramine cantādo: ita peccatoꝛ debet saltare de peccato plangendo ꝛ dolendo. Item captus propter crimina sua non potest dormire: sed vigilat expectans sententiam ꝛ dicēs. O miser quid erit de me: ita etiā nos ex hoc debemus vigilare: cum omnes sim⁹ criminosi ꝛ processus est iam factus ꝛ scriptus captus est in fetido carcere corporis expectans iudiciuz magnum est quomodo possumus dormire cogitando intra nos ꝛ dicendo. O miser si dabitur sententia ꝙ sim suspensus in furca inferni. Nota hic de religioso tuuene qui non poterat manere i lecto hora matutina ꝛc. iste ergo vigilabat timore iudicis: sed modo sunt aliqui scutiferi qui in estate vadunt armati ꝛc. sed pro christo nihil ꝛc. sed bene pro vindicta ꝛ in obsidione ierusalē fuit ꝛc. sed pro anima nihil. Et ꝓpter hoc docebat Christus Luc. xiij. Beati serui illi quos cum venerit dominus ꝛ pulsauerit ad ianuam ꝛ inuenerit eos vigilātes. ¶ Dico quarto q̄ vigilant aliq; non propter lucrum temporale nec timorē mundanum nec laborem doloris corporalis sed ꝓpter clamorem clangoris sensualis. s. clamorem tube ꝛc. Et ex hoc etiam nos debemus vigilare quoniam in auribus nostris debet continue audiri illa vox tube. Surgite mortui venite ad iudicium que nō debet permittere nos dormire. vnde beatus Hieronymus istā tubam audiebat quando dicebat: siue comedam siue bibam siue quid aliud faciam semper videtur in auribus meis sonare illa vox terribilis. Surgite mortui venite ad iudicium: sed nos habemus aures opilatas non audimus. Item nos debemus audire vocem tube diuine predicationis que debet nos excitare ne dormia

M iij

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

mus in peccatis: ideo p̃cipit deus predicatori. Esa. lviij. di. Clama ne cesses q̃si tuba exalta vocem tuam: ⁊ annũcia populo meo scelera eoꝝ. Et ideo q̃libet debet dicere cũ Hieremia q̃ de se dicit i q̃rto cap̃. Sensus cordis mei turbati sunt in me non tacebo qm̃ vocẽ tube audiuit aĩa mea clamorẽ prelij. Nota sensus cordis mei nondũ sentiunt clamorẽ prelij q̃ cõmouet sanguinẽ non solũ hoĩm sed ẽt equoꝝ: ita sonat fortiter ⁊ aspere: ita erit de tuba prelij iudicij gñalis: ideo vigilate in bonũ finẽ semp̃ aspiciendo ⁊ mẽtez dirigendo ⁊c. Rogemus dñm ⁊c.

¶ De tribus villis que sunt in alio mundo.

Distinctio. cxcvij.



Ille tres sunt ĩ alio mundo: videlicet

Prima est celestis gloriosa ⁊ alta.

Secunda est infernalis tenebrosa ⁊ infima.

Tertia est purgatoria dolorosa ⁊ media.

¶ Prima ergo villa est celestis gloriosa ⁊ alta: ⁊ in ista sunt multe domus camere ⁊ palatia pulcherrima: ⁊ de hac dicebat xp̃s Jo. xiiij. In domo p̃ris mei mãsiones multe sunt: tanta enĩz est pulchritudo huius domus ꝙ si aliquis videret illam: posito ꝙ non videret deum nec virginẽ Mariã nunq̃ vellet comedere nec dormire: nec aliud quicq̃. Item platee huius ville sunt pulcherrime: de quibus Apoca. xxj. Platee ciuitatis aurum mũdum tanq̃ vitrum plucidũ: in ipsa villa repletur memoria: qꝛ statim qñ aliq̃s intrat in illa scit omnes scientias ⁊ intellectus qꝛ intelligit omnia creata. Itez voluntas ⁊ omnes sensus: gloriosa est hec villa siue ciuitas dei: ⁊ hec villa pro leui precio põt emi qđ ostendit xp̃s Mat. xix. cum ad ipsuz venit quidã volẽs eã emere di. Bone magister quid boni faciaz vt vitam eternã possideam. Respondit xp̃s Serua mandata. Ptz ergo ꝙ decẽ mandata sunt pretium quo illa gloriosa ciuitas potest emi. Unde possumus vocare decem mandata decem scuta auri q̃bus emitur gloriosa ciuitas: quoꝝ tria ordinãt hominem ad deuz: tria erga ꝓximũ ⁊ quattuor erga seipsum: illoꝝ aũt triuz que ordinant erga deum: primum ordinat cor: scđm os: ⁊ tertium opus. Primũ qđ ordinat hoĩem erga deum est non habebis deos alienos: ⁊ illud ordiat cor ad deum. s. non inire consilium cum inimicis dei qui sunt demones ad quos nulla de cã debem⁹ire: al's dixit ipsemet de talibus Leuiti. xx. Anima que declinauerit ad magos ⁊ ariolos ⁊ fornicata fuerit cum eis: ponam faciẽ meam contra eam ⁊ interficiam illã de medio populi sui: dicit fornicata qꝛ sicut mulier maritata dimittendo virũ ⁊ acquiescendo alteri viro đr fornicari: ita aĩa que promisit fidez in baptismo coniungendo se xp̃o qñ dimittit ipsum eundo ad demones fornicatur. Scđm mandatum ordinat os: scz vt impendatur reuerentia ex ore. s. nõ iurando non negando nec blasphemãdo. Sed oportet impendere honorẽ ore ip̃m laudando ⁊ orando: qꝛ dicit scriptura de illis qui non seruãt ꝑm mãdatũ Thob. xiij. Maledicti erunt qui contempserunt te: ⁊ condemnati erũt qui blasphemauerunt te. Tertium ordinat p̃sonã in opere vt. s. cum egerimus negotia terrena ĩ tota septimana: quiescamus in die dñico. s. cessando ab omni opere seruili ⁊ seruiendo deo. s. audiendo missam deuote cũ cõditionibus requisitis: quas vide alibi p̃ ordinem: ista ergo sunt tria prima p̃cepta que ordinãt personam erga deũ. Primum est fidelitas cordis. Scđm reuerẽtia oris. Tertium seruitiũ op̃is: alia tria ordinant erga proximum. Primũ ordiat erga ꝓximos principales. s. erga parentes quos debemus venerari tã corde q̃ ore q̃ etiam opere seruiendo. Et isto modo deus dabit tali filio suã gratiam ⁊ benedictionem. Si vero non impendatur patri et matri honor audiatur quid dicit diuina scriptura: immo ipse deus contra tales Deuteronomij. xxvij. Maledictus homo qui non honorat p̃rem suuz ⁊ matrẽ suaz ⁊ dicet oĩs ppl's amẽ. Scđz ordinat erga alios proximos. s. inimicos erga quos ordinat illud mãdatũ: nõ occi

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

des.i.non accipies de inimicis vindictā. vnde nullus vasallus auderet se vindicare de inimico suo in p̄sentia nec in domo regis: ita nec vult deꝰ ꝙ in domo sua s.in hoc mūdo: de quo Baruth.iij. O isrl quā magna est domus dei ⁊ ingēs locus possessionis eius ⁊ nō hz finē. Sed extra domum.s.in inferno vbi non regnat deꝰ ꝑ gratiam possunt vindicari inuicē si moriantur in sua malitia: ibi enim possunt se verberare sine fine: sed non in isto mūdo. Et ideo dat consilium beatus Paulus dicens. Cum oibus hominibus pacem habentes. Et quō ostendit di. Non vos defendētes charissimi vsqꝫ retribuā dicit dn̄s mihi vindictam supple reseruaui. Tertiū ordinat generaliter erga omnes alios proximos.s.vt vnus nō sumat portionem alterius q̄tuncunqꝫ fuerit diues: ideo dicit non furaberis. vnde nullꝰ pater familias vult ꝙ vnus filius sumat portionem alteri datam: ita nec deꝰ immo dimisit vnicuiqꝫ s̄m suam ꝓpriā voluntatem: ⁊ ideo dicit beatus Paulꝰ ad Ephe.iiij. Qui furabatur iam non furet̄ magis aūt laboret operando manibus suis: quod bonum est vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Alia quattuor ordinant personaz erga seipsum. Primū ordinat corpus vt.s.sit castum: ꝑ quo dicit illud mandatum.s. non mechaberis hoc est non luxuriaberis nisi cum vxore tua: ⁊ ideo dicit scriptura.j.ad Thes.iiij. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra vt abstineatis vos a fornicatione. Scd̄z ordinat aiam: qꝛ non sufficit ꝙ corpus sit castum: sed adhuc requiritur ꝙ non desideret luxuriari: pro quo dicit mādatuz. Non concupisces vxorem ꝓximi tui non seruum ⁊c. ⁊ ideo dicit xp̄us Mat.v. Oīs qui viderit mulierem ad ꝯcupiscendum eam iam mechatus est eaz in corde suo. Tertium mandatum ordinat os.s.ꝙ nō loquatur mendaciū: qꝛ ita male stat mēdaciuz in ore sicut macula in oculo: quia sicut videre est officium visus qd̄ remouet macula: ita officium lingue est dicere veritatem: qꝛ dicit ph̄s. Voces sunt note eaꝝ que sunt in aīa passionum: ⁊ officiuz remouet mendacium: ⁊ ideo fugienduz est maxime illud qd̄ cedit in dānum ꝓximi: ideo dicit mandatū nō falsum testimoniū dices. Quartū mandatū est. Nō cōcupisces rem ꝓximi tui: ⁊ illud ordiat cor ⁊ illud est quasi securis scindēs radicem oim maloꝝ: qꝛ mala oīa q̄ fiūt fiunt ꝓpter cōcupiscentiaz: ⁊ ideo dicit scriptura.j.ad Thi.vj. Radix oīm maloꝝ est cupiditas. Quāquidē appetentes errauerūt a fide: ergo seruemus mādata qm̄ cū aliq̄s ista decē mādata quasi decez scuta seruauerit: cū post mortē vadit corā xp̄o ⁊ petit gl̄iam: dicit ei xp̄s. Aperi but sā cōscie ⁊ videamus p̄tiū qd̄ habes ꝓ emendo: ⁊ si inueniant̄ ista decē scuta dabit̄ sibi ciuitas siue villa paradisi: ⁊ dicet̄ sibi. Intra in gaudiū dn̄i tui ⁊c. ¶ Scd̄a ciuitas siue villa est infernalis tenebrosa et est infima ⁊ ista est magna atqꝫ horribilis: ⁊ iō ne emamus illā ꝑ pctm̄ audiant̄ cōditiones illius quas posuit Job.x.di. Terra tenebrosa ⁊ opta mortis caligine terra miserie ⁊ tenebraꝝ: vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo sed sempiternꝰ horror inhabitans: dicit terra tenebrosa horror sed diceret aliq̄s quō est tenebrosa cū sit ibi ignis: dr̄ ꝙ veꝝ est qd̄ ibi ē ignis sz est obscurus. Veꝝ qd̄ dat modicū lumen vt videant seinuicē dānati: ⁊ tūc crescit pena ipsoꝝ: dicit opta mortis caligine. Unde sicut fumus alicuiꝰ ligni viridis aut herba causat obscuram caliginē: ita fumus inferni qm̄ posito ꝙ in inferno non esset alia pena nisi fumus talis pena est intolerabilis: dicit terra miserie quia in omnibus habebunt displicentiam ⁊ miseriam: qꝛ habent displicentiam de omnibus taz de iustitia dei q̄ꝫ de bonis que fecerunt quia nihil prosunt illis. Item dolent de peccatis: quia propter illa habent penam et ita de alijs: dicit terra tenebrarum.s.ignorantie: qꝛ posito ꝙ fuerint in hoc mundo magni clerici: sunt tamen excecati quia nihil sciunt: sicut Aristoteles Plato ⁊ alij: dicit nullus ordo qꝛ vnus dissipat alium ⁊ verberant seip̄os: sicut pater filium ⁊ econuerso vxor virūt ⁊ ita de alijs. Nulluz em̄ habent ordinē: per contrariuz est de paradiso in quo est ordo: iuxta illud ad Rom̄.xiij. Que a deo

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sunt ordinata sunt:dicit horror. s. ꝑpter timorē demonum quos vidēt: ecce ergo quam terribilis ꝯ horribilis est ciuitas siue villa infernalis: ⁊ ista villa emitur ⁊ acquiritur cū septē grossis scz cū septem peccatis mortalibus. Quorū primus est superbia. s. cū quis superbit propter aliquā causam: et ideo auisat nos scriptura sacra Tob. iiij. Superbiā nūqꝫ in tuo sensu aut in tuo verbo dñari permittas. Scōs grossus est auaritia. Sed ne cum isto pcō emamus infernum auisat nos xp̄s dicens Luce. xij. Videte ⁊ cauete ab omni auaritia quia nō in abūdantia cuiusꝫ vita ei⁹ est ex his que possidet. Tertius est luxuria quocunqꝫ modo fiat. Et ideo contra illud auisat nos ap̄lus. j. ad Cor. iiij. Sciat vnusquisqꝫ vas suū possidere in sanctificatione et honore nō in passione desiderij sicut gentes que ignorāt deū. Quartus grossus est inuidia cōtra quā loquit beatus Petrus. j. Pet. ij. Deponentes omnē malitiā ⁊ omnē dolū et simulationes et inuidias ⁊ oēs detractiones sicut modo geniti infantes rōnabiles sine dolo lac ꝯcupiscite vt in eo crescatis. Quintus est gulositas cōtra quā dicit xp̄s Luce. xxj. Attendite autē vobis ne forte grauētur corda vestra crapula ⁊ ebrietate. Sextus grossus est ira ⁊ vindicta: de quo Matth. vj. ꝺ. Si dimiseritis hoibus peccata eorū: dimittet et vobis pater vester celestis delicta vestra. Septimus est accidia que est peccatū mortale: quādo propter istā frangit aliquod mandatū diuinū: puta dimittere missaz propter somnū vel dimittere cōmunicare in pascha: ⁊ ideo contra illud dicit ad Gal. vj. Dum tēpus habem⁹ operemur bonu⁹ ad oēs. Isti ergo sunt grossi quos cū videt Christus in iudicio particulari in bursa cōscientie liberat eam demonibus. Et ideo monet nos sacra scriptura Sap̄. j. Ne acquiratis perditionē in operibus manuū vestrarū ꝛc. ¶ Tertia villa siue ciuitas est purgatoria dolorosa ⁊ est media: ista eñ est dolorosa qz pena illius excellit omnes penas huius mūdi intātum ꝙ posito ꝙ nō staret anima nisi per spatiū vnius Aue maria videret sibi ꝙ stetisset mille annis ⁊ plangūt dicētes illud p̄s. cxix. Heu me qz incolatus meus prolōgatus est habitauit cū habitātibus cedar multū incola fuit anima mea: possunt tamen iuuari a viuis. Sed quo pretio emitur villa illa siue ciuitas: dicit ꝙ tribus denarijs. s. trib⁹ conditionib⁹ peccatorū venialiū quas ponit beatus Paulus. j. ad Cor. iij. di. Si quis autē superedificat supra fundamentū hoc aurū argētum: lapides pretiosos: lignū: fenum: stipulā vnius cuiusꝫ opus manifestum erit: dies eñ dñi declarabit quia in igne reuelabit ⁊ vnius cuiusꝫ opus quale sit ignis probabit: si cui⁹ opus manserit qđ superedificauit mercedē accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur ipse autē saluus erit: sic tamen quasi per ignē: dicit super fundamentū. s. fidei christiane: qz infideles nō vadunt ad purgatoriū: per lignum qđ magis durat ad cōburēdum intelligitur maius peccatū veniale quod est imperfectio penitētie voluntarie: verbi gratia. Si quis ꝑpter peccata cōmissa obligetur ad magnā penitētiam cū habuerit penitentiā sacramētalē. s. contritionē et confessionē ⁊ fecerit penitentiā iniunctā a cōfessore qz tamen nō egit penitētiam condignā ⁊ fuit in ea negligēs complebit illā in purgatorio et manebit ibi diu tamē fiet saluus postꝫ purgatus fuerit in igne. Scōm peccatū est excessus vite. s. cum quis comedit magis ꝙ sit necessariū: vel bibit vltra necessitatem ꝙuis nō verebitur qz esset tunc peccatū mortale. Itē cum nimis dormit quis: itē cum nimis ridet: itē cum nimis loquitur vel superflue inducitur: istud intelligitur per sensū quod non durat tantū ad cōburendum. Tertiū peccatū est negligentia in seruitio diuino nō tamen in seruitio necessario qz tunc esset peccatū mortale: sed est venale quādo dicunt officiū: sed non cum tāta diligētia quāta debent. Itē cum ozat sine deuotione ⁊re uerētia. Et illud intelligitur per paleam que minus durat ad cremādum. Cū aūt aliquis hz istos tres denarios in bursa cōscientie non habet gratiam dei: ⁊ mittit ipsum Christus in purgatorio vt pur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

getur et cũ purgatus fuerit ponit ipsum in gloria. Quam nobis ꝛc.

¶ De quadruplici vita quam habemus a spiritusancto.
Distinctio.cxcviij.



Vitas quattuor habemus a spiritusancto. Quarum prima est corporalis quam debemus diligenter gubernare.
Secũda est spiritualis quam debemus firmiter conseruare.
Tertia est celestis quam debemus ardẽter desiderare.
Quarta est perpetua quam debemꝰ post resurrectionem expectare.
¶ Primo a spũsancto habemꝰ vitã corporalẽ que procedit a cõiunctione aĩe cũ corpore: q̃uis em̃ oĩa que habemus ꝓcedant a patre filio ꝛ spũsancto: tñ vita corporalis attribuitur spũisancto: vñ aĩa nõ ꝓcedit a vita nec a corpore sed ꝓprie est opus. Sed per contrariũ qm̃ vita et corpus procedũt ab anima ita nec pater ꝓcedit a filio nec a spũsancto: vñ corpꝰ ꝓcedit ab aĩa qm̃ per ipsam viuificat: ꝛ ideo representat filiũ qui generat a patre: vita aũt ꝓcedit ab aĩa ꝛ corpore: ideo repretat spm̃sanctũ procedẽtem ab vtraq̃. Et ita vita corporalis attribuit spũisancto. Et ideo hanc habemus a spũsancto: vñ Joã. vj. dicit xp̃s. Spũs est qui viuificat caro autẽ non ꝓdest quicq̃. Idcirco debemus istaꝫ vitã bene regere: vñ Job. x. Vitã ꝛ misericordiã tribuisti mihi: ꝛ visitatio tua custodiuit spm̃ meũ: associãtur em̃ vita ꝛ misericordia. Pro quo notãdũ ꝙ quantũcũq̃ viuamꝰ in hoc seculo indigemus misericordia propter pctã que cõmittimus. Nã deus deberet nos statim destruere qñ peccamus: sed tñ ipse misericorditer expectat nos. Quẽadmodum aliq̃s existẽs in domo alicuiꝰ dñi qui sibi daret vitã: ꝛ talis seruitor iniuriaret q̃tidie illi dño: ꝛ tñ dñs non desisteret ꝓpter hoc illi dare vitã: magna esset mĩa talis dñi: ita est magna mĩa dei qꝛ nos q̃tidie iniuriamur illi: ergo possumꝰ dicere vitã ꝛ misericordiã tribuisti mihi. Hieremias autem in lamẽtationibꝰ suis. Threñ. iij. dicit. Misericordie dñi qꝛ nõ sumus consumpti qꝛ nõ defecerũt miseratiões eiꝰ. Et sequit: visitatio tua custodiuit spiritũ: ꝑm scripturas tres visitationes dꝫ facere nobis xp̃s ꝛ ter nos visitabit ꝑ misericordiã copiosam: per hãc visitauit nos in incarnatiõe ꝛ passione: vñ Zacharias pater Jo. baptiste Luce. j. Visitauit nos oriẽs ex alto. Illuminare his qui in tenebris ꝛ in vmbra mortis sedẽt ad dirigendos pedes nostros in viã pacis. Alia visitatio erit in die iudicij ꝛ ista erit terribilis ꝛ erit rigorosa et fortis: vñ Esa. xxvij. In die illa visitabit dñs in gladio suo duro ꝛ forti. Alia est visitatio de qua loquit Job ꝛ non de alijs duabꝰ. s. q̃ visitat nos quotidie in sacramẽto altaris: vñ quẽadmoduꝫ incarnatus fuit filiꝰ dei per ꝟba virginis Marie que sunt ista. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ꝑm verbum tuũ. Et tũc fuit virgo Maria clauis celi ꝛ dedit octo motus siue girationes cũ claue in porta scꝫ octo verba. Et dr̃ giras qꝛ in quolibet verbo mouet lingua: ita etiã dictis verbis cõsecrationis est hic filius dei verus deꝰ ꝛ verus homo: et sic quotidie visitat nos: de ista visitatiõe loquit Dauid Ps. cv. sic di. Memẽto nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo visitat nos deꝰ quotidie qđ etiã ipse ꝓmiserat discipulis in assumptiõe Mat. vlt. di. Ego vobiscũ sum vsq̃ ad consummationẽ seculi. Et sequit in auctoritate Job predicta. Custodiuit spm̃ meũ: et intelligitur de illa visitatione sacramẽtali. Nã si boni ꝛ deuoti hoĩes celebrẽt eius solẽnitatem. s. missam: ꝛ hoc cũ quinq̃ conditionibꝰ. Primo ꝙ quãdo audient in die dñico vel alio die solẽni et festo cãpanarum sonũ statim cõueniãt ad ecclesiam. Pone cõditiones et practicã contra ercõmunicatos vt absoluãtur: ꝛ posita practica dicantur verba que ego loquor vobis spiritus ꝛ vita sunt. ¶ Secũda vita quã habemꝰ a spiritusancto est vita spiritualis. Sicut anima cõiuncta cũ corpore viuificat animã ꝛ facit eã ambulare ꝑ virtutes: vnde ad Gal. v. Si spiritu viuimꝰ spiritu et ambulemus: ꝙ autem hec vita

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sit spiritussanctus: patet per figurã Ezechielis qui delatus per angelum in campo lato vidit multa ossa mortuorũ sicca valde. Tunc illo admirãte dixit ei angelus: fili hoĩs putas neviuant ossa ista: respondit ille dñe tu nosti: dixit ei angelus verte te versus quattuor partes mundi et voca spiritũ quattuor ventorum ⁊ viuent ossa. Tunc Ezechiel vertit se ad illas quattuor partes successiue: ⁊ dixit voce magna ista verba: veni spiritus et insuffla super mortuos istos et reuiuiscãt. Quibus verbis quattuor dictis versus quattuor partes subito vixerunt homines innumerabiles: vnde Ezech. xxxvij. Ueni spiritus et insuffla sup interfectos istos et reuiuiscant ⁊ subito venit spũs ⁊ reuixerunt ossa arida. Et sciendũ ꝙ aliqui sumũt spiritum a parte orientali sicut sunt pueri incipientes verecũdari facere mala seu ea cõmittere sicut iurare ⁊ blasphemare seruare se a furtis: et incipiunt orare ⁊ cõmunicare in duodecimo anno. Tales enim habent spiritum ab orientali parte. s. a principio: quia ipsi in principio vite sic incipiunt facere bonũ: ⁊ de talibus dicit Hiere. Threñ. j. Bonũ est viro cum portauerit iugũ in adolescẽtia sua. Alij habẽt spiritum ab occidente cuiusmodi sunt illi qui cõmiserunt multa peccata ⁊ fecerunt multa mala: sed in fine vite sue penitent et cõteruntur. Tales habent spiritũ ab occidente. s. ab occasu seu fine vite. Sed pauci sunt q̃ habeant istam cõtritionem veram: nam aliqui cõteruntur timore seruili timentes penã eis paratã non amore dei nec deuotione: vnde dicit Aug. Qd̃ nescit vtrũ penitens in fine vite saluetur vel non: eo ꝙ non est certum si talis penitẽtia sit vera: ergo tene certum ⁊ dimitte incertuz: hoc est age penitẽtiam in iuuentute: et tunc eris certus de saluatione ⁊ dimitte incertum. s. penitẽtiam serotinã quoniã tunc non eris certus. Alij autẽ habent spiritum ab aquilone: vnde sciendum ꝙ ventus veniens ab aquilone est frigidus: et significat eos qui sunt in tribulatiõe inuocantes tamen deum: vnde Grego. in omel. Mala que nos hic premũt ad deũ nos ire compellunt. Alij habent spiritũ a meridie: vnde sciendum ꝙ ventus meridianus est calidus et vanus ⁊ significat prosperitatem temporalem: talis autẽ prosperitas retrahit a deo: ⁊ facit ipm nõ cognoscere. Deute. xxxij. Incrassatus est dilectus et recalcitrauit incrassatus: impinguatus dilatatus. Dereliquit deũ factorem suum et recessit a deo salutari suo. Dic quomodo diuites nõ agnoscũt deum ⁊ fiunt propter diuitias mali christiani quia magis puniẽt q̃ infideles. Sunt tamen aliqui qui in ꝓsperitate habẽt spiritum sicut habuit ille episcopus qui de paupere factus episcopus penituit: ergo faciamus semper bonum ⁊ sic habebimus vitam: ad quod nos hortat Sapiens Prouerb. iiij. Omni custodia serua cor tuum quia ex ipso vita ꝓcedit. ¶ Tertia vita est celestis quam innocẽtes habent statim post mortem: habent similiter peccatores penitentes et qui se correxerunt sufficienter in hoc mundo. Talium enim anima exuta statim volat ad paradisum per spiritum sanctũ: quoniam aliter nullus posset ascẽdere: de talibus loquitur Paulus ad Rom. viij. dicens. Si autẽ christus in vobis est corp⁹ quidem mortuũ est propter peccatũ: spiritus autem viuit propter iustificationẽ: multi autem sunt qui habent spiritum ⁊ non desiderant ascendere ad paradisum sed magis vellẽt viuere in hoc mundo. Nõ enim sunt tales sicut Dauid qui dicebat Ps. xlj. Quemadmoduz desiderat ceruus ad fontes aquaruz: ita desiderat anima mea ad te deus: dic quid desideratur hodie quia honores delitie diuitie mundane ⁊c. non curantes de dei gloria habenda. ¶ Quarta vita est perpetua et hec est in paradiso quã post resurrectionem habemus in corpore et anima. Ista em̃ erit in paradiso vbi nullus est labor nulla tristitia nulla tribulatio. Sed gaudiũ sempiternũ quecunq̃ desideria sunt in nobis implebunt corda nostra: de ista vita loquit christus Jo. v. di. Nolite mirari hoc qꝛ veniet hora in qua om̃es qui in monumẽtis sunt audient vocem filij dei et procedent: qui bona fecerunt in re

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

surrectionem vite: qui vero mala egerũt in resurrectionẽ iudicij: ergo caueamus ne desideremus istam vitam perpetuã: ⁊ laboremus vt eam habeamus: quoniaꝫ alias melius esset nobis ꝙ nati non fuissemus ⁊c. Rogemus dñm ⁊c.

¶ De tribus malis conditionibus quas habet vita peccatorum.

Distinctio.cxcix.

Vita peccatorũ tres habet malas conditiones. Prĩo est ferociter tenebrosa. Scdo est penaliter dolorosa. Tertio est finaliter defectuosa.

¶ Primo vita peccatorũ est ferociter tenebrosa. Unde sciendũ ꝙ aĩa ante peccatum est clara: sed post peccatum obtenebratur ⁊ fit obscura quasi nox: vñ Dauid Ps. ciij. Sol cognouit occasum suũ. Sequitur posuisti tenebras et facta est nox in ipsa pertransibũt omnes bestie silue. Sol iustitie scꝫ Christus cognouit occasum suum scꝫ peccatoris: quia per peccatum occidit sicut sol quia nõ lucet in peccatore gratia dei. Bestie silue sunt homines huius mundi qui dicũtur bestie: teste Salomo. Eccli. iij. Dixi in corde meo de filijs hominum vt probaret illos deꝰ ⁊ ostenderet siles esse bestijs: vocat nos filios hominũ ⁊ non homines: quia patres nostri qui fuerunt sancti ⁊ iusti erãt homines. Sed nos sumus filij hominũ eorum: vnde Dauid Ps. iiij. Filij hominum vsqꝫquo graui corde vt quid diligitis vanitatem et queritis mendacium. Sed quare dicit tenebras in plurali ⁊ nõ in singulari: ratio est propter multitudinem tenebrarum quas habẽt homines ꝑm conditiones bestiarum: dicunt ergo bestie: ⁊ hoc quia habẽt conditiones bestiarum: vnde bestie alique valde astute sunt ad tẽporalia sicut ad esum ⁊ alique ad sanandum vulnera quãdo leduntur: ita etiam aliqui hoĩes sunt valde astuti ad tẽporalia: sed ad spiritualia minime. Unde bene curant vulnera corporis sed non vulnera anime puta excõmunicationem de qua non curãt: et tales certe debent nobis esse tanqꝫ ethnici et publicani: vnde xp̃s Mat. xviij. Si peccauerit in te frater tuus. Et infra: si ecclesiã non audierit sit tibi quasi ethnicus ⁊ publicanꝰ ⁊ ista est vna tenebra. Aliã conditionem habent bestie qꝛ diligunt ⁊ custodiũt domũ propriam: puta aues nidos quos bene edificant ⁊ vulpes foueas suas ⁊c. Et ita etiam faciunt homines qui edificant domos et non ecclesiam dei: vnde nota exẽplum quod est Aggei. j. c. Quia homines illius temporis multum seminãtes colligebant parum comedebant et non saturabantur. Et petierunt ab illo ꝓpheta. Cur hoc esset? Qui respondit eis. Ob hanc causam dicit dñs exercituum quia domus mea deserta est: et vos festinatis vnusquisqꝫ in domũ suam ⁊c. Alia est cõditio bestie quia nullum habent intellectum sed obscurate sunt et nihil intelligunt: ita aliqui sunt homines qui ꝓpter obscuritatem intellectus inducunt errorẽ quia dicunt ꝙ simplex fornicatio non est peccatum excusando ⁊c. Unde tãtum peccatum est quantũ esset violare filiam dñi sui: ideo dicebat ꝓpheta Malachias c. ij. Habuerunt filiam dñi alieni: disperdat dominus virum qui fecerit hoc magistrum et discipulũ de tabernaculo Jacob et offerentem munus domino exercituuꝫ. Et ecce alia tenebra. Item habent alium errorem siue tenebrã quia dicunt ꝙ vsura non est peccatum et excusant se dicentes: quomodo est hoc peccatũ prestare alicui decẽ francos qui cum illis lucrabitur: ⁊ tamẽ ille qui prestitit non poterit de toto illo anno ꝓficere de illis ⁊c. Error est ⁊ herelis qꝛ non sunt dispensatores: ⁊ deus est dñs omniũ cui de omĩbus reddit ratio: vnde Ps. xxiij. Dñi est terra ⁊ plenitudo eius ⁊c. Et illi sunt tantũ ministri et dispensatores: vnde Paulus cui credendũ est dicit. j. ad Cor. iiij. Sic nos existimet hõ vt ministros christi et dispensatores: ergo de suo proprio debemus facere voluntatem eius. Sed ipse non vult ꝙ pro mille francis capiat vna auellana ergo ⁊c. Item est alia tenebra quoniã non cõplent suffragia ⁊ orationes pro mortuis nec legata nec testamenta: vnde siue in purgatorio siue

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

in paradiso aīe sint placet eis et si nō fiāt oblationes vel nō compleant testamēta tales nō cōplentes ⁊ nō faciētes condēnabuntur: vñ illis qui sunt in paradiso auget ꝑ oblationes gl'ia accidētalis nō tamē essentialis: de illis qui sunt in purgatorio nullum dubiū qd ꝓsunt eis: qm̄ deus dat sniam cōtra eos sic. s. ꝙ stabūt per annū in purgatorio vel plus nisi aliq̄s pro eis deprecet. Et similiter si sunt in inferno si dimiserunt oblationes ꝓ eis debent fieri q̄uis nō ꝓsint eis ꝓsunt tñ illi qui facit qr exoneratur p̄mo ⁊ post ad ipsum reuertuntur. s. ad illum qui facit illud opus. Et ista est alia tenebra: sil'r tenebrosi homines ad moduz bestiaꝝ q̄ sciunt q̄d acturi sunt: et ideo seruēt istuz modū vt ieiuni veniant ad ecclesiam ⁊c. Caueam⁹ ergo ab istis obscuritatibus et tenebrarū ne simus de numero illorū de q̄bus dicit Dauid p̄s. lxxxj. Nescierūt neq̄ intellexerunt qui in tenebris ambulant mouebūtur oīa fundamenta terre. ¶ Scdo vita pctōꝝ est penaliter dolorosa. Ubi sciendū ꝙ ille qui est in pctō iam immediate sentit dolorē ⁊ gaudiū ab eo separatur: ideo dicit btūs Augustin⁹ in q̄daz sermōe. Iussisti dñe ⁊ ita est vt oīs inordinatus animus pena sit sibi ꝑ̄i. Sz ille q̄ est sine pctō est gaudens vt ptz per experientiā: qm̄ si quis velit habere supbiam puta primo honorē siue beneficiū vel dignitatem statim habebit anxietatem ⁊ querit modū ⁊ si nō possit habere dolebit ⁊ nullo modo habebit gaudiū. Sed humilis qui nō vult nec querit honorē gaudebit semp: vñ tota vita supbi est dolor. s. qñ non impēditur sibi honor ab alijs ⁊ sic breuiter semp dolet. Sz humilis de istis non curat quia iā spat habere honorem in paradiso: vñ Matt. xj. Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde ⁊ inuenietis requiē aīab⁹ vestris. Similiter auar⁹ semp dolet qñ pueri et vxor comedunt bene quando etiā currunt propter fractionem sotularium. Similiter semper timent perdere diuitias et dolent quando viget pulchrum tempus. Similiter luxuriosus: quia laborat forte per annuz anteq̄ habeat qd optat et forte non habebit optatum ⁊c. Similiter gulosus quia semper considerat quid comedet ⁊ semp esurit ⁊ aliqñ ꝓpter nimiaz comestionem non pōt dormire ⁊c. Et vtinam haberemus modum aīalium brutoruz que post potum aque turbulente nolūt bibere aquā claram ⁊ limpidā ⁊c. Sed ille qui est tēperatus semp in comestione gaudet eo qr hz semp saporē in comestione siue i prādio siue in cena. Sz gulosus i nullo iuenit saporem nō in prandio qr non est facta digestio cene ⁊c. Similiter iracūdus nulli dubiū ꝙ semp cogitat quō poterit se vindicare. Sed dulcis ⁊ pacificus gaudet. Similiter accidiosi qui ꝓpter accidiam infirmantur: ⁊ mulieres ꝓpter accidiam nolunt nutrire pueros: ⁊ similiter qr nihil agunt: nec pñt comedere ⁊ inde dolēt nec placet eis aliq̄d. Similiter inuidi sp tristant: vñ nota exempluz de inuido et auro ⁊ rege qui eos inuitauit: et ita finaliter vita pctōꝝ est dolorosa: vñ de⁹ dixit Cayn Gen. iiij. Nōne si bene egeris recipies. Si nauīt male: statim in forib⁹ peccatum aderit in foribus. i. in sensib⁹ puta in oculis in aurib⁹ ⁊c. Itē dicūt dānati in inferno Sapiē. v. Ergo errauim⁹ a via veritatis ⁊ lumē iustitie nō luxit nobis ⁊ sol intelligētie non est ortus nobis lassati sumus a via iniquitatis ⁊ ꝑditionis ⁊ ambulauimus vias difficiles: viā autē dñi ignorauim⁹. ¶ Tertio vita peccatoꝝ est finaliter defectuosa: vbi sciendum ꝙ omne illud qd fit in pctō mortali non est meritorium eis ⁊ nihil ꝓdest ad acquirendū vitam eternam. Sed oē illud bonū qd facit exñs in gratia est ei meritoriū: vñ dicebat xp̄s Joā. xv. Ego sum vitis vera ⁊ vos palmites q̄ manet in me et ego in eo hic fert fructuz multū quia sine me nihil potestis facere. s. qd sit meritorium vite eterne. Sed diceret aliquis: ergo exñs in peccato mortali nō deberet facere aliquod bonū: dicitur ꝙ immo. naz omnia bona que fiunt in hoc mundo conferunt bonum facienti: sz nō prosunt ad gloriā si fiāt in peccato mortali: et ideo nullum bonum est dimittēdum ab illo qui est i peccato mortali ex-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cepto vno bono.s.sumere eucharistiam sed omnia alia ꝓsunt excepto ꝙ non ꝓsunt ad gloriam habēdā: ⁊ ecce quō ponamus exemplū de magdalena, q̄ peccauit: qñ ipsa fuit in paradiso potuit ei dicere xp̄s: magdalena tu fecisti tot ⁊ tāta bona numerādo illa. Si ipsa dicat dñe quid erit de illo bono qđ feci qñ eraz in peccato? Respondet ip̄e nihil ꝓdest tibi hic qꝛ iam solui tibi in mūdo qꝛ illa bona duxerunt te ad bonū finē ⁊ pniam: ad que aūt valeāt bona facta in pctō mortali vide alibi. Et ecce cōditiones vite peccatoꝝ de quibus dr̄ Sapien.iij. Vacua est spes illoꝝ.s.pctōꝝ: ergo agamus bonum dum tempus habemus: igitur ⁊c. Rogemus dominum ⁊c.

¶De quattuor modis q̄bus vocat nos deus ad gloriam paradisi.

Distinctio.cc.



Ocat nos deus ad gloriam paradisi quattuor modis.
Primo per signuz certū.
Scđo per verbum viuū.
Tertio per nūtiū verū.
Quarto per scripturā claram.

¶Dico primo ꝙ deꝰ vocat nos ad suaz gloriā ꝑ signū certum quēadmodum fit in hoc mundo qꝛ homines habent tria signa quibꝰ vocāt ad prandiū vel cenaz sicut principes habent tubam prelati et religiosi cāpanā vl̄ cymbalū ⁊c. Ita similiter deus per signum certū vocat.s.per cātum cōpunctionis in corde cū dicit illi tu es pctōr ⁊ tenes malā vitam ⁊ idcirco dānaberis. Surge ergo ⁊ confitere. Et dicitur certum signū illud qꝛ solus deus ipsum facit qm̄ nulla creatura pōt dare contritionez: ⁊ nullus est tam magnus peccator qui aliquādo non sentiat se tāgi a christo in corde per compunctionē: vnde beatus Joan. Apoca.iij. in persona christi dicit. Ecce ego sto ad ostium ⁊ pulso. Si quis audierit vocem meam et aperuerit mihi ianuam intrabo ad illum ⁊ cenabo cum illo ⁊ ipse mecum: dicit primo. Ecce que est dictio excitatiua quia christꝰ excitat: vnde potest cognosci benignitas christi per talē similitudinem: posito ꝙ aliquis simplex homo iniuriatus esset alicui regi suo ⁊ post iret ad domum suam ⁊ dormiret in lecto nō curando de pace habēda inter se ⁊ regē. Si talis rex in nocte veniret ad ostium illius hominis ⁊ diceret. Surge quia volo facere pacem tecum magna eēt benignitas in tali rege. Talis est in christo qui petit pacem ab illis qui iniuriantur sibi tū ꝑ blasphemiā tū ꝑ falsa iuramēta ⁊ per alia multa peccata: petit nāqꝫ pacem cuz immittit cōpunctionē ⁊ vox sua auditur in pctōre cum ille conterit̄ ⁊ cōfitet̄: tūc ille audit ⁊ facit pacē cū deo. Et ideo dicit Dauid p̄s.lxxxiiij. Audiā q̄d loquatur in me dominus: qm̄ loquetur pacem in plebem suam: dicit loquat̄ qꝛ deus loquitur in corde: homines enim non possunt loqui in alios: sed bene ad alios. Ideo dicit Dauid ꝙ audiet ipsuz subdit rationem: qm̄ loquet̄ pacē ⁊c. dicit igitur. Si quis aperuerit mihi ianuā scz ꝑ cōfessionez q̄ est porta ⁊ ingreditur post cum illo ad illū.s.comuniōe eucharistie ⁊ cenabo cū illo: vñ magna delectatio quā xp̄s habet qñ reperit̄ in eucharistia deuote vocatur cena eius qꝛ delectat̄: vnde dr̄ Prouerb.viij. Delitie mee esse cū filijs hoim nullū tñ ꝓficuū habet xp̄s sed honorē. Quēadmodū aliq̄s p̄nceps habet honorē cū in bello lucratur aliquod castrum vi armorum ⁊ postea vult ingredi illud castruz: ita xp̄s in bello.s.in die veneris sancta armatꝰ supra equū crucis ⁊ cū casside spine corone et cum cyrotecis in manibus ⁊ calcaribus in pedibus.s.clauis ipse lucratus est castrum.s.quēlibet xp̄ianum. Et ideo vult ingredi castruz suū: ideo datur in cōmunione honor regi xp̄o: sed ꝓficuū est nostruz: iste igitur est primus modus quo christꝰ vocat nos. ¶Scđs modꝰ q̄ christus vocat nos est verbum viuum: scz ꝑ verbum predicationis doctrine euangelice: vnde cum predicator p̄dicat verbuz euangelicum dicitur illud verbuz viuū dei quia predicator est tanq̄ instrumentum vel fistula. Sed sufflans infra fistulam est spiritus sanctus qui mouet lin-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

suam ⁊ inflãmat volũtatem: et ideo dicitur Mat. x. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri q̃ loq̃tur in vobis: patet ergo ꝙ predicatio est verbum christi viuũ. Et ideo dicit beat⁹ Paulus loquens illis quos cõuerterat p̃me ad Thessa. ij. Cũ accepissetis a nobis v̄bũ auditus dei accepistis illd̃ non vt verbum hoim sed sicut est vere v̄buz dei: patet ergo ꝙ cũ audimus v̄bũ p̃dicationis tunc vocamur per verbum viuum: sed moraliter audiatur qd̃ multi cum audiunt verbum dei deberent venire ad christũ et tñ vadunt ad negotia mũdana. Et declarat̃ in hystoria q̃ habetur prime Reg. iij. de Samuele puulo dormiẽte ante Archã domini sub Hely magistro suo. Quẽquidez samuelẽ vna voce vocauit deus dicẽs. Samuel: tunc surrexit di. O magister stati ibo ad vos. Credebat enim ꝙ Hely vocaret ipsum et dixit sibi. Ecce ego qr vocasti me. Et dixit Hely nõ vocaui te: sz regredere ⁊ dormi. Et ita fecit ter. In tertia aũt vice cognouit hely ꝙ de⁹ vocabat ip̃m: et dixit sibi. Si audias iterum vocãtem te dic loquere dñe: quia audit seruus tuus. Tũc quarto de⁹ vocauit samuelẽ di. Samuel samuel. Qui dixit: loquere dñe quia audit seruus tu⁹. Tũc locutus est ad eum multa deus. Nota ergo ꝙ cũ samuel vocaret̃ a deo iuit ad hely: ita faciunt multi. Hely enim habet triplicem interpretationem: scd̃m primã iterpretationem dicitur fortis. Itẽ dicit̃ ascendens. Item est nomẽ dei ⁊ significat deus meus: vñ multi vadunt ad hely scd̃m primam interpretationem scilicet ad fortez hoc est ad fortitudinem corporis: qr cũ audiunt verbum predicatiõis nõ cõuertũtur: sed vadunt ad fortitudinẽ ⁊ statũ iuuentutis dicẽtes. Nũc sumus iuuenes et fortes sed in senectute cõuertemur: ⁊ ita nõ curant facere bonum: verbi gratia de religiosis q̃ in iuuẽtute nolũt tenere regulam: sed dicũt ꝙ in senectute tenebunt. Item sil̃r sacerdotes cũ sũt iuuenes volunt viuere in delitijs nec dicũt horas. Item laici potissime mulieres q̃ qñ sunt iuuenes portant caudas ⁊ cornua ⁊ dicunt ꝙ in senectute sument grossos pater noster et erunt deuote: sed caueãt: qr dicit scriptura Eccl. v. Ne tardes cõuerti ad dñm ⁊ ne differas de die in diẽ: subito em̃ veniet ira illa illi⁹: ⁊ in tẽpore vindicte disperdet te. Patet ergo ꝙ s̃m primam interpretationẽ hely ad ipsum vadunt multi. Scd̃o hely significat idez ꝙ ascendens: vnde multi vadunt ad ascẽdentem: scilicet demonem cum deberẽt ire ad xp̃m: verbi gratia. aliquis religiosus vocatur a deo vt teneat regulam: et sit deuotus tũc ipse vadit ad ascendentez. s. ad demonẽ q̃ immittit ei cogitationum in corde ⁊ imaginationẽ vt ascẽdat in altũ: dicit nãq; illi. Si tu studeas poteris eẽ magister ⁊ inde ep̃s ⁊c. Tũc em̃ ascendit ⁊ post cadet ad penam inferni. Item similiter sacerdotes vt ascendant ponunt se in seruitijs dñorum ⁊ principum: et ita dimittunt horas ⁊ deuotionem: et ita de laicis: tales em̃ cum ascẽdunt ad celos descẽdũt finaliter ad inferos: ⁊ de talibus loquebatur Dauid p̃s. cvj. di. Ascendunt vsq; ad celos et descẽdunt vsq; ad abyssos anima eoꝝ in malis tabescebat. Et sic patet scd̃a interpretatio. Tertio hely idem est ꝙ deus me⁹ ⁊ multi vadũt ad xp̃m qui est de⁹ meus per incarnationem. Tunc em̃ fuit deus noster quia assumpsit nostrã carnẽ: ⁊ caro est frater noster: vñ Gen. xxxvij. Caro enim et frater nr̃ est. Et dicunt tales cuz deus sit frater nr̃ xp̃us scz et passus fuerit ꝓ me nunq̃ dãnabit me quia misericors est: sed caueãt quia licet infinita sit misericordia iesu xp̃i his qui sũt penitẽtes nõ tñ alijs ideo caueãt. Et ideo dicit scriptura Eccl. v. Noli esse sine metu. Et ne dicas miseratio dñi magna est multitudinis pctõꝝ meorũ miserebit̃: mia em̃ et ira ab illo cito ꝓximat et in pctõres respicit ira illius. Non cõfidant ergo impenitentes ꝙ qñ credent habere miam dei puniẽtur scd̃m iustitiam dei in inferno: patet ergo triplex interpretatio: caueamus ergo ne cum vocabimur a deo vadamus ad hely sed vadamus ad xp̃z scd̃m quartum modum: vnde cum vocaretur samuel dixit loquere dñe ⁊c. tunc

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

em̄ respondebit samuel deo: ita facit peccator cū cōuertitur ad dn̄m per penitentiam. Et ita dicebat Job.xiiij.capl'o. Uocabis me ⁊ ego respondebo tibi. ¶ Tertius modus quo xp̄s vocat nos est ꝑ nūtium verum: vn̄ tenet modū iudicum q̄ cum volunt ꝙ aliquis compareat coraz ipsis mittūt clientes qui citant eū ad cōparēdum: ita silr xp̄s mittit nūtios.s.tribulationes ⁊ infirmitates q̄ sunt cliētes curie xp̄i quos mittit añ mortē: vn̄ quādo aliq̄s hz pillos albos vel offuscatos vel perdit dētes vel hmōi aliquā infirmitatem habet tunc enim talis pōt dicere. Nūc citor ad comparēdum corā xp̄o: vn̄ ꝙ tales tribulationes sint nuntij ⁊ clientes ptz Prouerb.ix. Sapiētia edificauit sibi domum excidit colūnas septem immolauit victimas suas miscuit vinū et posuit mensam suaz misit ancillas suas vt vocarēt ad arcē ⁊ ad menia ciuitatis: dicit sapiētia.s.xp̄s q̄ est sapiētia dei patris. Et ideo dicit btūs Paul⁹ prime ad Cor.j. Nos p̄dicemus xp̄m dei v̄tutem et dei sapiētiā: dicit edificauit domū.s.celū empireū pulcherrimū ⁊ magnum: de qua domo d̄r Baruch.iij. O israel q̄ magna est dom⁹ dei ⁊ ingēs locus possessionis eius ⁊ non habet finem.s.duratiōe. dicit excidit colūnas septem.s.septē gradus siue ordines sctōꝝ q̄ sunt in illa domo: quorum prim⁹ gradus siue ordo est patriarchaꝝ: scd̄s ꝓphetaꝝ: terti⁹ apostoloꝝ: quartus: martyrū: quint⁹: doctorum: sext⁹ cōfessoꝝ: septimus virginum: isti sunt colūne: dicit imolauit victimas suas.s.cibos quos nō possum⁹ scire nisi ꝑ imaginationē.s.cū ip̄emet sit cib⁹ qui debet esse dulcissimus: vn̄ p̄s.xxx. Quaz magna multitudo dulcedinis tue dn̄e quā abscondisti timentib⁹ te. Et ꝙ talis sit cibus xp̄i ptz ꝑ ip̄mmet. Luc.xxj. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater regnum vt edatis ⁊ bibatis sup̄ mensam meaz in regno meo: dicit miscuit vinum.s.diuinitatem sicut vinum ⁊ aquā scilicet humanitatem que est aqua in respectu diuinitatis: dicit misit ācillas nō seruos: vnde ancille sūt debiles ꝑ quas intelliguntur infirmitates ⁊ debilitates quas mittit deus ad vocandum scz ad arcem ⁊ ad menia ciuitatis.s.ad illā gloriam et mensam: verū tamē multi nolūt cognoscere tales ancillas. Sicut ille qui erat ribaldus et peccator veruntamen timebat mortem ⁊ nunq̄ faciebat aliam orationem nisi istam scilicet vt deus mitteret sibi aliquos nuntios ante mortez. Et vna dierum apparuit sibi vnus angelus dicēs. Ego dico tibi ꝙ de⁹ mittet tibi tres nuntios ante mortem. Tūc ille gauisus est postea tenuit pessimam vitā ⁊ post accidit sibi febris ⁊ cognouer̄t medici ꝙ erat mortalis et dixerūt sibi ꝙ cōfiteretur: qui risit ⁊ non curauit. Post accidit sibi alia infirmitas stante prima.s. ꝙ amisit gustum et appetituz ꝙ non poterat comedere. Post accidit sibi ꝙ nō poterat dormire et finaliter mortuus est et delatus ad iudicium: iuxta illud ad Hebreos.ix. Statutum est hominib⁹ semel mori post hoc autem iudicium. Et accusat⁹ est a demonibus: ⁊ dicit ꝙ angelus suus bonus deceperat ipsum quia dixerat sibi ꝙ anteq̄ moreretur haberet tres nuntios. Tunc dixit christus iam habuisti ipsos scilicet tres īfirmitates. Qui respondit ꝙ non cognouerat ipsos. Et tūc dixit christus nūc cognoscis illos. Et dixit demonibus: accipite ipsum. Caueamus ergo ꝙ non accidat nobis ita: verū tamen multi sunt similes illi qui cū sūt infirmi mittunt ad medicos: quia scd̄m decretalem debent primo monere ipsos ad confessionem. Sed statim rogantur ab vxore ꝙ non loquantur de cōfessione quia esset stupefactus: ⁊ ita non confiteretur. Et postq̄ infirmus aggrauatur volunt habere confessorem. Sed diabolus interponit impedimentū ⁊ facit ip̄m dormire ⁊ sudare et finaliter moritur sine confessione et sepelitur in inferno. Et ideo de talibus qui modo predicto vocātur d̄r Prouerbi.j. Uocaui ⁊ renuistis: extendi manum meā ⁊ non fuit qui aspiceret despexistis omne consilium meum et increpatiōes meas neglexistis. Ego q̄q̄ in iteritu vr̄o ridebo ⁊ subsānabo cū vobis qd̄ timebatz aduenerit: dicit vocaui.s.ꝑ p̄dictos nūtios. ¶ Quart⁹ mod⁹

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quo christus vocat nos est per scripturā clarā ⁊ patentē. s. per libros: vnde tenet modū principū qui cū volunt facere nuptias filijs suis vocāt alios dños ꝑ litteras scriptas: ita similiter deus rex noster qui faciens nuptias filio suo christo vocat ad cenā. s. ad gloriā: vnde Mat. xxij. Simile est regnū celoꝝ homini regi qui fecit nuptias filio suo ⁊ misit duas litteras. s. vetus testamentū ⁊ nouū: qm̄ oīs scriptura sancta tam textualis q̄ biblia q̄ glose ⁊ postile oēs facte sunt vt penitus nos incitēt ad eundū ad cōuiuiū paradisi: et nō sunt facte nisi ꝓpter istā causam: et hoc testat̄ beatus Paulus ad Romanos. xv. di. Quecunq; scripta sunt ad nostrā doctrinā scripta sunt vt per patiētiam ⁊ consolationē scripturarū spē habeamus. s. intrādi regnū ⁊ conuiuiū nuptiarum: ergo paremus nos qꝛ oīa parata sunt. Matt. xxv. Uerūtamen multi non parant se: ⁊ hoc duplici ratione scilꝫ ignorātia theologali ⁊ abundātia tēporali. Prima ratio est ignorātia theologalis: qꝛ ignorāt scripturā et dicunt ꝙ non oportet parari qꝛ deus scit veruꝫ an sint saluati vel dānati. Pone aliqua de predestinatione: qꝛ p̄destinatio includit qd̄ paret̄: vnde Matt. xxv. Que parate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias ⁊ clausa est ianua supple non paratis: imo si illi qui sunt in paradiso nō essent parati proijcerentur extra: vnde Matth. xxij. Implete sunt nuptie discūbentiū intrauit autem rex vt videret discūbentes. Et vidit ibi hominē non vestitū veste nuptiali: ⁊ ait illi. Amice quomodo huc intrasti nō habens vestem nuptialē: ac ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis pedibus ⁊ manibus mittite eum in tenebras exteriores. ¶ Secūda ratio est abundātia tēporaliuꝫ: vnde diuitie sunt similes falconi qui cū est satur non vult venire ad dominū suū sed inclinat caput quasi dicēdo ꝙ cito ibit ⁊ finaliter occidit̄ a domino. Ita similiter faciūt diuites qui cū vocant̄ dicunt ꝙ veniēt in pascha ⁊ post dicūt in alio anno: et de talibꝰ dicit christus Luce. xiiij. Amen dico vobis ꝙ nemo virorū illorū qui vocati sunt gustabunt cenam meā: pauperes ꝟo statim reuertūtur ad dñm cū vocant̄ in predicatione. Ergo paremꝰ nos taliter ꝙ veniamus ad illam celestē gloriā quā promisit deus diligētibus se. Amen.

¶ De quattuor modis quibus deus vocat homines ad gratiam in hoc mundo et ad gloriam paradisi.

Distinctio. ccj.



Ocat dñs quattuor modis hoīes ad gratiā in hoc mundo ⁊ ad gloriam paradisi.

Primo inuitando dulciter.

Secundo prouocādo largiter.

Tertio minando dure.

Quarto attrahendo aspere.

¶ Primo vocat deꝰ inuocādo dulciter. Ubi nota exemplū de aliquo dño habenti inimicū ineūti bellū contra eum talis dñs inuocat amicos dulciter eos inuitādo dicens illis vt velint ipsum iuuare: ita facit dñs noster iesus christus q̄ habuit inimicū olim contra eū eleuatū scꝫ luciferū ei se parificari volentē cū multis angelis de quolibet choro: ideo cum potēs sit deus habuit victoriā sup̄ illos eijciēdo de paradiso qui nūc vocant̄ demōes attñ lucifer sic abiectꝰ adhuc init bellū cōtra eū congregās multas gētes qꝛ ex parte habet iudeos ab aduētu christi citra ⁊ omnes saracenos: tartaros: cananeos: et breuiter oēs infideles. Similiter omnes imperatores: reges ⁊ principes male regētes populū ⁊ ipsum trudētes ⁊ cruciantes papas ⁊ prelatos symoniacos ⁊ maiorē curā tenētes de diuitijs q̄ de aīabus: oēs religiosos frangentes regulā: capellanos nō dicētes horas nec missam nisi interueniēte pretio: sup̄bos luxuriosos: mercatores auaros rapaces fraudulētos ac deceptores: iracūdos inuidos. Et ita de alijs quos oēs pro se cōtra xp̄um congregauit: et qꝛ pauci sunt cū xp̄o ideo hos inuitat xp̄s dulciter scꝫ inuitādo in cogitatione di. Nōne est melius ꝙ sis de parte mea q̄ luciferi ꝓditꝰ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

ris: ⁊ ego sum dñs tuus verus. Et ita dul
citer inuitat: tñ paucos habet pro se: vt
ptz intuenti ad oculum q̃uis oēs vocet.
Et ideo cōquerit̃ ipse Job.xix.c. Seruuz
meū vocaui ⁊ nō respōdit mihi: ore pro-
prio deprecabar illū. Nullus rñdet xp̄o
vocāti ⁊ nō sunt sil̃es beato Christoforo
qui fuit magn⁹ homo habens.xij. cubi-
tos in altitudine: q̃ cogitauit seruire po-
tentiori homini hui⁹ mūdi. Cū aūt intel
lexisset esse vnū magnū regē vltra mare
illo iuit ⁊ seruiuit illi. Cū aūt quadā die
vnus mimus dixisset cātilenam noīauit
luciferū. s. diabolū. Qd audiens rex fecit
signū crucis. Qd cū vidisset Christofo-
rus scz q̄ rex timeret diabolū reliq̃t illū
⁊ dixit q̄ diabolus erat maior illo ⁊ ideo
volebat illi seruire. Et abiēs quadā die
in vno magno deserto vidit plures gen
tes inter quas erat rex altior qui venit
ad Christoforū. Quem cū vocasset petijt
q̃d vellet. Cui rñdit christofor⁹: volo ser
uire diabolo. Ait illi demon. Ego sum: si
vis mihi seruire fac homagium da mihi
corpus ⁊ aīam. Placet mihi dixit Chri-
stoforus. Cum aūt itinerarent inuenta
cruce fugerūt demones. Qd vidēs Chri
stoforus ⁊ scita causa dimisit luciferū: et
petens xp̄m inuenit heremitam qui sibi
xp̄m predicauit ⁊ in eius fide ip̄m diligē
ter instruxit: ⁊ tandem factus est martyr
gloriosissim⁹. Iste ergo dimisit luciferū
pro xp̄o ergo faciam⁹ nos ita cogitantes
q̄ si fuerimus superbi ⁊ seruiuerim⁹ dia
bolo q̄ dimittam⁹ illum per humilitatē.
Nō ergo sequamur superbiā sed facia-
mus cōtrariū: ideo dicit seruū meū vo-
caui ⁊c. Dicit ore ꝓprio: vnde os xp̄i pro-
prie est inspiratio in corde ad bonū agen
dum siue cogitatio bona: vñ dicit xp̄us.
Ore ad os loquat̃ ei. Nume.xij. Itez os
dei est biblia: qr sicut in ore sunt due ma
xille: ita in biblia duo testamēta. Uetus
testamentū intelligit̃ per inferiorē q̃ mo
uet̃ ⁊ est sine sensib⁹: ita testm̄ vet⁹ est sine
sensu spirituali ⁊ mouet̃. Per maxillā vo
superiorē vbi sunt oēs sensus intelligit̃
nouū testamentū qd stat īmobile. Et iō
ille q̃ legit totā bibliā pōt dicere cū Da-
uid p̄s.cxviij. In labijs meis ꝓnūciaui
oīa iudicia oris tui. Alio modo sumitur
os pro illo qui de pctō transit in gloriā.
Unde dixit deus ad Hieremiā. Sz sepa-
raueris preciosum a vili quasi os meuz
eris. Hiere.xv. ¶ Scdo vocat ꝓuocando
largiter: vñ stipendia bone vite sunt lar-
ge data: qr post mortē datur gl̃ia paradi
si aīe cū angelis ⁊ archāgelis et corpori
resurrectio gloriosa. O q̃ stultus est ille
qui dimittit dñm ꝓmittentē stipendiorū
centū scuta pro altero ꝓmittēte furcam
pro stipendijs. Ita est de hoīe cui ꝓmit-
tit xp̄s nō cētū scuta solū sed regnū para
disi: ⁊ lucifer ꝓmittit furcā inferni. Bene
ergo debemus bellare cōtra luciferū per
humilitatē largitatē ⁊ tēperantiā. Et ita
vocat nos xp̄s: vnde Job.xiiij. Uocabis
me ⁊ ego respōdebo tibi. Operi manuū
tuarū porriges dexterā. Habet nāq̃ xp̄s
sinistrā quā porrigit dādo tp̄alia ⁊ dexte
ram quā porrigit dādo sp̄ūalia ⁊ gloriā:
de qua dextera ⁊ sinistra dr̄ Cant.ij. Le-
ua eius sub capite meo et dextera illius
amplexabit̃ me. Et ita xp̄s vocat nos ad
seruitiū suū promittens larga stipēdia ⁊
dona. s. regnū celoꝝ. Sed multi sunt si-
miles falconi habēti stomachū plenum
qui nō vult venire ad dñm quē dñs ira-
tus occidit. Falcones sunt diuites ⁊ ma
gnates vocati in sermonib⁹ renuētes tñ
venire dicēdo q̄ in senectute cōfitebunt̃
vel in infirmitate quos decipit demon
eis īmittēdo somnū ⁊ in illa vice in qua
est cōsiliū attendendū: finaliter moriunt̃
et tendūt ad infernū. Et de talib⁹ qui no
lunt ꝯuerti cū vocant̃ dicit dñs Prouer.
j. Uocaui ⁊ renuistis: extendi manū meā
⁊ nō fuit qui aspiceret: despexistis oē con
siliū meū ⁊ increpationes meas neglexi
stis. Ego aūt in interitu vestro ridebo ⁊
subsannabo cū vobis qd timebatis ad-
uenerit. Simus ergo vt falcones vacui
cito acquiescendo ⁊ dicendo illud.j. Re-
gū.iij. Ecce ego qr vocasti me. ¶ Tertio
vocat minando dure sicut magister vo-
cat discipulos eis minando. Item da-
tur similitudo de gallina vocando pul-
los dum videt miluū minando si nō ve-
niunt qr miluus eos rapiet. Gallina di-
citur xp̄s: qr sicut gallina habens pullos

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

habet raucā vocem: ⁊ similiter dimittēs cibum pullis attenuatur ⁊ macrescit: ita xp̄s in predicatione nos vocās raucescit intantū ꝙ dixit Dauid in ꝑsona xp̄i p̄s. lxxviij. Laboraui clamās rauce facte sūt fauces mee. Et protegit nos alis. s. mīa que est sinistra ⁊ gratia q̄ est dextera. Cū mīa protegit nos a malis: cuz gratia qñ ponit nos in sua gr̄a. De istis d̄r p̄s. lvj. In vmbra ala. tu. spe. donec ꝑtrās. iniq̄. Qd̄ aūt xp̄s cōparet̄ galline ptz p̄s. xxiij. vbi de seipso loquens dicit. Quotiēs volui cōgregare filios tuos quēadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alis ⁊ noluisti. Aliquib⁹ aūt cū vocant̄ accidit sicut pullo guloso nolenti venire ad matrem suā quē nulu⁹ rapit: de quib⁹ Esa. lxv. Pro eo qꝛ vocaui ⁊ nō respōdistis locutus sum ⁊ nō audistis ⁊ faciebatis malum in oculis meis ⁊ que nolui hec legistis: propter hoc dicit dñs deus. Ecce serui mei comedent ⁊ vos esurietis: ecce serui mei bibēt ⁊ vos sitietis: ecce serui mei letabunt̄ ⁊ vos cōfundemini: ecce serui mei laudabūt pre exultatione cordis et vos clamabitis pre dolore cordis et pre cōtritiōe spūs vllulabitis. ¶ Quarto vocat attrahendo aspere. Sicut aliqñ fili⁹ a patre ad scolas per vim trahit̄: ita xp̄s vocat attrahendo aspere per tribulationes infirmitates ⁊ hmōi per que reuertimur ad dñm. Et ꝙ vocet nos ꝑ attractionem asperā ptz ꝑ parabolā que est Luc. xiiij. de illo qui fecit cenam magnā: vide ibi quō illi qui vocati fuerūt noluerunt venire ⁊ alij violenter fuerūt introducti de quibus dicit̄ Luc. x. Compelle intrare. Ita multi vocantur ad cenam de qua Apoca. xix. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Qui emūt villam sunt illi qui habent principatū: sicut reges: principes: duces: comites: quos impedit dominatio. Quinqꝫ iuga boū sunt quinqꝫ sensus pares per quos impedit̄. Auarus in oībus sensibus impeditur laborando propter auaritiam. Qui ducūt vxores sunt carnales qui propter vxores impediuntur: q̄ꝫ deus creauit mulierē ad adiutoriuz viri: ⁊ ita erat antiquitus viro adiutorium: modo v̄o est destructorium tam propter vestes ⁊ ornatum: tam propter victuz ⁊ sumptus propter quos non sufficit viro illud qd̄ habet: ideo nō potest introire ad nuptias ⁊ maxime qñ vir est zelotipus: qꝛ omni hora impeditur ⁊c. Et ideo cum tales nolint gratis introire cū iā sint diuites mittit illis de⁹ tribulationes ⁊ tunc recurrūt ad deum. Nam pulchris mittit infirmitatem que deformat: diuitibus paupertatez: ⁊ ideo dicit beatus Gregorius. Mala que nos hic premūt ad deum nos ire cōpellunt. Rogemus dñm ⁊c.

¶ De septem vocibus in p̄s. xxviij. positis que significant septem sacramenta.

Distinctio. ccij.



Voces septem ponuntur p̄s. xxviij. q̄ ita ordinant̄ per prophetam dauid ⁊ significāt septem sacramenta.

Prima est vox domini super aquas.
Secunda est vox dñi in virtute.
Tertia est vox dñi in magnificentia.
Quarta est vox dñi ꝯfringentis cedros.
Quita ē vox dñi itercidētis flāmā ignis.
Sexta est vox dñi cōcutientis desertum.
Septima est vox dñi preparātis ceruos.

¶ Prima ergo vox que est sup aquas est ista. Ego te baptiso in noie patris ⁊ filij et spūssancti. Sed profertur a sacerdote vel ab alio cū intētiōe faciēdi qd̄ eccl̄ia facit. Et ideo caueam⁹ ne sit alia vox nisi illa quā dixit xp̄s in latino. s. Ego te baptiso ⁊c. si quis respōdeat amen bonum est: nō tñ est de essentia sacramenti. Caueant ergo mulieres quō baptisabunt. Nota exemplū de religioso baptisato a muliere ⁊c. que baptisauerat eū dicendo ita. Ego te baptiso in noie sctē trinitatis et virginis marie ⁊ oīm sciōꝝ. Qui postea baptisatus est ⁊ ordinatus qui prius nō erat: ergo sit vox dñi. Sed dicitur sup aquas ⁊ nō dicit ante vel retro sed super aquas ad remouendū opinionem illoꝝ qui priusq̄ fundant aquā super pueruz dicūt verba ⁊ aliqui post qd̄ nō debet fieri: sed debent simul fundere aquā et dice

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

reverba super puerū: qꝛ materia ⁊ forma debent simul esse: est tñ baptisatus nisi esset magna distantia. Sed quare dicit aquas in plurali cū nō fiat nisi cū aqua elementali nō artificiali. Silr cū xp̄s in institutione istius dixit. Nisi quis baptisatus fuerit ex aqua in singulari. Silr qꝛ articulus fidei dicit. Cōfiteor vnum baptima: quare ergo dr aquas? Ubi sciendum ꝙ in baptismo sunt duo baptisantes. s. minister exterior: ⁊ spūssctūs interior. Et ideo ad denotandū aquā exteriorem ⁊ interiorē ponit sup aquas: qꝛ spiritussctūs fundit septem torrentes. s. spm̄ sapiētie ⁊ intellectus: spm̄ cōsilij et fortitudinis: spm̄ scientie ⁊ pietatis: ⁊ spiritū timoris dñi qui sunt septem dona spiritussancti: ⁊ illud declarat versus postea sequens vbi dicit. Deus maiestatis intonuit. i. intra tonuit dñs sup aquas multas: hoc est septem dona. ¶ Scda vox est in virtute per quā denotat cōfirmatio q̄ fit tantūmodo ab ep̄o ⁊ non ab alio: baptismus ꝟo a quocūq̄. Et illud sacr̄m cōfirmationis dr esse in virtute qꝛ illud sacramentū dat audaciā ad confitendū fidem coram quocūq̄. Baptism⁹ aūt habitualiter ponit fidem in corde: qꝛ cōfirmatio dat audaciā cōfitendi coram quibuscūq̄ infidelibus verba aūt cōfirmationis sunt ista. Cōsigno te signo crucis et cōfirmo te crismate salutis in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūssctī. Dat ergo audaciam et ideo in tp̄e antichristi fortior erit cōfirmatus q̄ nō cōfirmatus. Et de ista voce loquit scriptura Apoc. vij. Uidi alterum angelū ascendentē ab ortu solis habentem signū dei viui et clamauit voce magna quattuor angelis quib⁹ datū est nocere terre ⁊ mari dicens. Nolite nocere terre ⁊ mari neq̄ arboribus quoad vsq̄ signemus seruos dei nostri in frontib⁹ eoꝝ. Signum est crux: alter angelus est ep̄s qui est angelus p similitudinem vel debet esse. Dicit ascendentem ab ortu solis: vbi sciendū ꝙ missa nō debet dici nisi orto sole vel claritate solis. Et ideo dicit ascendentē ad missam: qꝛ propter missam ascendit in gratia habituali magis q̄ in alijs operibus siue sint ieiunia siue elemosine siue orationes: plus em̄ ascendit propter missam in gratia ⁊ ideo dicit ascendentē. Et sequit habentē signū dei viui. s. signū crucis qd nō debet imprimi ab alio q̄ ab ep̄o. Sequit ⁊ clamauit voce magna ⁊c. Ubi sciendū ꝙ sunt tres status gentiū. s. laycoꝝ qui intelligunt per terrā: qm̄ sicut terra fructificat ita ipsi in propagatiōe gñis humani. Scds est sacerdotū qui per mare designant: qꝛ sicut mare portat merces de vna terra ad aliā ita sacerdos de vna terra ad aliā hoc est de hoc mundo ad paradisum portat animas. Tertius est religiosoꝝ qui exaltātur sicut arbores. Et ideo dicit ꝙ clamauit ne noceret illis. Sed q̄ sunt quattuor angeli mali? Dicit ꝙ antixp̄s ⁊ sui sequaces ⁊ gentes sue. Sed quare dicit quattuor? Dico ꝓpter quattuor modos quibus decipiet mundū. s. diuitijs siue donis: oraculis fictis: disputationib⁹: ⁊ penis siue tormentis. Dicit ergo quousq̄ serui signent signo ꝯfirmationis in quo conferuntur tria bona.

Primū est infusio gratie in anima.

Secūdū cōfirmatio existentis in gratia.

Tertiū qꝛ imprimit caracterem indelebilem in aīa. Et ꝓpter istud sacr̄m cōfert secūdā coronā in paradiso. Prima est in baptismo: ⁊ de ista voce dicit Luc. vlt. ꝙ apli ante ascēsionē nō erāt firmi sꝫ timebant ⁊ iō xp̄s dixit eis. Uos aūt sedete in ciuitate quousq̄ īduamini ꝟtute ex alto. ¶ Tertia vox est in magnificentia. s. in sacr̄o eucharistie q̄ est tāte magnificētie ꝙ facit celos apiri ⁊ xp̄m descēdere ⁊ angelos: vñ Greg. Quis fideliū dubiū hr̄e possit in ipsa immolationis hora celos aperiri ad vocē sacerdotis ⁊ filiū dei ⁊c. Ergo in magnificētia est vox dñi in hoc sacr̄o. Et iō dicit Dauid p̄s. cxiiij. Cōfessio ⁊ magnificētia opus ei⁹ iustitia eius manet ī scl'm scti. Sꝫ nota ꝙ dicit ꝯfessio āteq̄ dicat magnificētia ad denotādū ꝙ prio dꝫ fieri ꝯfessio ⁊ sacerdos dꝫ esse plene ꝯfessus āteq̄ magnificētia p os ei⁹ ꝓferat. s. ꝟba ꝯsecrationis. ¶ Quarta vox est ꝯfringentis cedros: vbi sciendū ꝙ cedrus est arbor valde alta ⁊ grossa q̄ crescit vltra mare in monte q̄ vocat liban⁹.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Et in sacra scriptura p montez intelligit̄ supbia: ⁊ sicut cedri ꝓcedunt a monte libani: ita oīa pctā mortalia ꝓcedunt a superbia. Primo auaritia: qꝛ auar⁹ nō vult eē sub p̄cepto dei: iō ista cedrus q̄ est auaritia ꝓcedit a libano monte superbie: et ita de alijs cedris siue peccatis mortalibus que breuiter procedunt a monte superbie qñ: quis non vult esse sub regimine dei. vnde Eccl̄i. x. Initium oīs peccati est supbia: qui tenuerit illā adimplebitur maledictis ⁊ subuertet eum in fine cedri: ergo sunt peccata mortalia q̄ frangūtur in confessione per vocem que est illa. Ego te absoluo: ista est forma absolutionis: ⁊ ista vox cōfringet omnes cedros: ⁊ ideo dicit cōminuet eos tanq̄ vituluz libani ⁊ dilectus quēadmodum fili⁹ vnicornium. Ubi sciendū ꝙ in monte libani est tanta dulcedo herbaꝝ ꝙ vitulus ibi saginatus cōminutus fuit: qꝛ quilibet ꝓpter dulcedinez voluit comedere: ⁊ ideo ita cōminuentur peccata mortalia paulisper cū sapore deuotionis: et ille q̄ comminuet erit dilectus a deo sicut fili⁹ vnicornium: qꝛ vnicornis sup oīa aīalia diligit filium suum. ¶ Quinta vox est intercidentis flāmaz ignis. s. matrimonium. Ubi sciēdū ꝙ forma matrimonij est ista: ego do vobis corpus meū: vel sil̄ia v̄ba de p̄senti: qꝛ aliter non est matrimoniū. Sed quocūq̄ modo dicat vir. Ego accipio te in vxorem: ⁊ mulier ⁊ ego te in viꝝ est matrimoniū: esto ꝙ nunq̄ copulētur siue in secreto siue in publico ⁊ nūq̄ datus alter potest alteri ab illo copulari: et ideo dixit vox deo. Sed quare dicit intercidentis flammam ignis. Ubi sciendum ꝙ infans a natiuitate iam est plen⁹ igne qui a theologis vocatur ꝯcupiscibilitas vel fames vel ignis ⁊ tñ non hz actualiter sed habitualiter: qꝛ dum fit pubes incipit apparere flamma ⁊ est ita fortis qm̄ aqua baptismi suffocat ignem inferni: sz istum ignem. s. concupiscibilitatem non potest extinguere in aliquo homine mūdi: tamē potest quis seruare illum ignez ne appareat extra per pn̄iam: sed tñ non potest eradicare. vñ Job. xxxj. Ignis est vsq̄ ad cōsummationem deuorās: ⁊ oīa eradicans genimina. Et ideo nō dicit extinguentis sed intercidentis: qꝛ nō extinguitur sed interciditur: qꝛ tepescit: ⁊ caueāt ꝙ sit modus ordinatus a deo: ⁊ ita poterunt dicere illud Eccl̄i. vlti. Libera stume a p̄ssura flāme que circūdedit me: ⁊ in medio ignis non sum estuatus ꝓ viro vel estuata ꝓ muliere ⁊c. ¶ Sexta vox est concutiens desertum. s. ordo quia episcopus in quolibet ordine quem confert dicit aliqua verba ꝑ que instituitur ille in ordine ⁊ ista est vox: sed quare dicit cōcutientis desertum: dr̄ ꝙ vita laycalis siue mundana dr̄ deserta. Et sicut in deserto non est via ita nec in oībus mundanis. Item sicut in deserto sunt bestie fere sicut leones vrsi ⁊c. ita etiam in mundanis sunt. s. superbi ⁊c. dicit ergo concutiētis: qꝛ qñ eradicatur arbor de deserto desertum sonat ⁊ cōmouetur. Ita quando fit vnus sacerdos cōmouentur mundani dicentes. O talis factus est sacerdos: ⁊ etiā qꝛ vniuersus mundus qñ dant̄ sacri ordines ieiunat tribus diebus in septimana: illa prima eniz die ieiunant vt sint casti: in scd̄a vt sint deuoti ad dicendum horas: in tertia vt possint digne cōsecrare ⁊ sumere eucharistiam: ⁊ ita commouētur: ⁊ ideo sequit̄. Cōmouebit de⁹ desertum cades. Cades est idē ꝙ sancta ad denotandū ꝙ dz cōmoueri desertum cades. i. xp̄ianitatis sancte non in deitate. ¶ Septima vox est p̄parantis ceruos s. extrema vnctio. Ubi sciendū ꝙ illud sacramentū non dat̄ nisi in casu mortis q̄ venit per naturalē infirmitatē: qꝛ nō dat̄ illi qui dz suspendi cōburi nec submergi nec volētibus transfretare: sed tm̄ infirmis in lecto: ⁊ datur primo qꝛ si sint aliqua peccata oblita rūpuntur: ⁊ iō liniuntur in membris per que peccātur. Scd̄o qꝛ si vita sit vtilis ad salutem aīe statim sanabitur. Tertio qꝛ si moriatur statim aīa exuta saltat ad paradisum sine impedimento si nihil restet purganduz: ideo dicit preparantis ceruos: qꝛ aīa ad modum cerui saltat ad paradisum: ⁊ ideo sequitur. Et reuelabit condensa ⁊c. quia fides ipsa est grossa ⁊ spissa qꝛ non possumus videre: sed tunc isto sacramento da

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

to reuelatur ⁊ verificatur prophetia Dauid ps.xvij. Qui pfecit pedes meos tāq̄ ceruoꝝ ⁊ super excelsa statuens me: ⁊ illd sacrm dz peti ab infirmo: qꝛ aliter nō daretur si omitteretur ⁊c.

¶ De tribus que vult deus a nobis.
Distinctio.cciij.



Vult deus tria a nobis: scilicet
Primo conuersionem penitentialem.
Secundo durationem spiritualem.
Tertio saluationem celestialem.

¶ Primo deus vult a nobis qd consideremus p pctm̄ conuersionem pnialez. s. vt erigam⁹ nos ad eū per pniam: qm̄ posito qd ceciderimus p pctm̄ ⁊ auersi fuerimus ab eo tñ non vult nos perdere: et hoc ꝓpter nobilitatem hoīs. vnde sicut aurifaber non vult perdere sed seruare aliqd vas aureū vel argēteum: q̄uis de vasis argenteis vel vitreis nō curet sed ꝓijcit extra: tñ vas aureum fractum non proijcit sed seruat: ita deus qui fecit hominē nobile vas ⁊ nobilē creaturam: qm̄ magis visus est deus habere charā ⁊ nobilem naturā humanam q̄ ceteras. Pro quo nota ꝙ creature sunt in quintuplici differentia siue gradu.

Quia alique habent esse solū vt lapides.
Alique habent esse ⁊ viuere vt herbe et plante.
Alique hñt esse viuere ⁊ sentire vt bruta.
Aliq̄ habēt esse viuere ⁊ intelligere vt angeli: quos phi vocant intelligentias: qꝛ sine discursu rationis subito intelligunt.
Alique habent esse viuere sentire ⁊ ratiocinari vt hoīes qui p discursum habent venire ad cognitionē reꝝ. s. p discursum rōnis pfectiuum: ergo oīm aliaꝝ creaturaꝝ dedit de⁹ aliqd hoī: ⁊ ideo dicit scriptura Sap̄.x. Dedit illi virtutē ꝯtinendi omnia: cū ergo hō sit p̄ciosum vas qñ cadit ⁊ frangit̄ p pctm̄ non vult nos deus statim pdere sicut fecit naturā angelicaz q̄ statim post pctm̄ cecidit. vñ Luc.x. Videbā sathanā sicut fulgur de celo cadentem: videbā. s. in pricipio mūdi. Nota ergo ꝙ xp̄s cū esset hō qñ dicebat ista: tunc erat deus qñ vidit istud. s. in pricipio mūdi: ergo clare patet ꝙ chariorem habuit naturam humanam q̄ angelicam cum non puniat statim pro peccato: quinimmo expectat peccatorem ad conuersionem: aliqñ per centum annos aliqñ per pauciores: ⁊ ideo dicit ipse Ezechi.xviij. Nunquid voluntatis mee est mors impij dicit dñs deus: ⁊ non vt conuertat̄ a vijs suis ⁊ viuat. Ubi nota ꝙ q̄diu quis est in peccato mortali tenet faciē versaz ad diabolum ⁊ ad ipsum vadit in infernum: aliqñ per superbiam: aliqñ p viam auaritie: ⁊ ita de alijs. Et tñ deus a quo auersus est: non vult nec est sua volūtas ꝙ talis vadat per viam illam: sed vult ꝙ conuertatur ad se: faciamus ergo ei⁹ voluntatem vertendo nos ad eum ⁊ ambulemus per viam pnle que ducit ad paradisum: que via satis est breuis: qꝛ nō cōtinet nisi duodecim dietas: quibus peractis erit facta vera conuersio. Quarum dietarum prima est peccatoruz cognitio: de qua Dauid ps.l. Miserere mei ⁊c. ⁊ infra. Qm̄ iniquitatem meā ego cognosco. Scda est peccatoꝝ displicentia: de q̄ Ezech.vj. Displicebunt sibimet sup malis que fecerunt in vniuersis abhominationibus suis. Tertia est propositū non redeundi: de qua Eccli.xxj. Fili mi peccasti non adijcias iteꝝ. Quarta est male societatis vitatio: de qua poeta. Que nocitura tenes q̄uis sint chara relinq̄. Quinta est oris confessio: de qua Prouerbio. xxviij. Qui absconditi scelera sua non dirigetur. Qui autem confessus fuerit ⁊ relinquerit ea misericordiaz consequetur. Sexta est corporalis afflictio: qꝛ caro inclinat ad peccatum ⁊ attrahit animam. vnde Sap̄.ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: et ideo dicit apostolus ad Colossen.iij. Mortificate mēbra vestra que sunt super terram. Septima est spiritualis oratio: de qua Eccles. xxj. De pristinis supple peccatis deprecare vt tibi dimittant̄. Octaua est elemosyne largitio: de qua Matt.v. Beati misericordes quoniam misericordiam cōsequentur. Nona est debitoꝝ restitutio:

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

qm̄ regula theologie ⁊ canonis est ꝙ nō remittitur pctm̄ nisi restituatur ablatū. Decima est fame repatio: qꝛ maius furtum est fame q̄ꝫ bonoꝝ temporaliuꝫ. vñ Prouerb. xxij. Melius est nomen bonuꝫ q̄ꝫ diuitie multe: ⁊ ergo restituat̄ iuxta cōsilium beati Aug. di. Non pigeat ex ipo ore ꝓferre medicamēta a quo facta sunt vulnera. Undecima est remissio iniuriarum: qꝛ dicit scriptura sacra Matt. vj. Si dimiseritis hoibus peccata eoꝝ dimittet ⁊ vobis pater vester celestis delicta vestra. Duodecima est eucharistie cōio. Jo. vj. Qui manducat meā carnē ⁊ bibit meum sanguinem in me manet ⁊ ego in eo: ergo vltima dieta introducit ad xp̄m qꝛ dixit. Qui manducat ⁊c. ergo tūc exñs in ista erit cum christo ⁊ xp̄us cum eo. Et istis modis pōt conuerti pctōr iuxta voluntatem dei. Et ista voluntas d̄r bona: s. qñ pctōr conuertitur ad xp̄m cum velit ipsum saluare: iuxta dictum Pauli dicētis. j. ad Thimo. ij. Hoc em̄ bonum est ⁊ acceptum coram saluatore nostro deo q̄ oēs hoies vult saluos fieri: ⁊ ad agnitionem veritatis venire: hoc est primuꝫ qd̄ deus vult a nobis. ¶ Scd̄o vult deꝰ a nobis durationem spūalem. vnde notādū ꝙ qñ aliquis mercator emit aliqd̄ iocale quantum magis illud est p̄ciosum: ⁊ q̄ꝫtum magis sibi costat tm̄ magis vult vt duret: ⁊ ideo xp̄s qui emit hoiem magno pretio non auro vel argento: sed dedit p̄tium sui sanguinis p̄ciosi. vnde adeo p̄ciosum iocale est hō: qꝛ vniuersus mundus vni anime nō potest cōparari: iuxta dictum xp̄i Matth. xvj. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucret̄: anime vero detrimentum patiatur: aut quā dabit homo cōmutationem pro aīa sua q. d. nullam potest dare sufficientem: cuꝫ ergo tanto p̄tio redempti sumus: qꝛ non thesauro corruptibili sed incorruptibili: iuxta dictum beati Petri. j. Petr. j. Non enim corruptibilibus auro ⁊ argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterne traditionis: sed precioso sanguine quasi agni imaculati ⁊ incontaminati Jesu christi. Conseruemꝰ ergo animam tanto pretio redemptam: ⁊ hoc per durationem spiritualem ⁊ ita faciemus voluntatem dei: qm̄ in hoc stat volūtas dei: ⁊ ideo dicit Dauid p̄s. xxvij. Domine in volūtate tua prestitisti decori meo virtutem. s. conseruandi ⁊ durandi in bona vita: ergo conseruemus in ea animas al's displicebit: sed quantum declaratur per similitudinem mercatoris qui emit lapidem preciosum pretio totius thesauri sui quem tradidit vxori que dedit lapidem pro lactucis. Quod cum sciuit mercator occidit vxorem que bene merebatur: ita est de christo qui venit de celo ad emenduꝫ animas: iuxta illud Gen̄. xiiij. Da mihi animas: cetera tolle tibi: quas animas nobis tradidit cuilibet suā: attamen pro modica cōplacentia damꝰ illaꝫ demoni: ⁊ ideo nō immerito puniet nos in iudicio cū veniet: ergo caueamus ⁊ audiamus scripturam sacrā dicētē Deute. iiij. Custodi temetip̄m ⁊ aīam tuā sollicite: ⁊ isto modo faciemus voluntateꝫ dei: ⁊ ideo dixit xp̄s de Johanne qui interp̄tatur gratia dei ꝑ quē intelligitur homo exñs in gr̄a dei. Sic eū volo manere donec veniā: cū ergo dicit sic eū volo manere presupponit ⁊ ostendit ꝙ hō prius est in statu gr̄e qd̄ veꝝ est. s. post baptismuꝫ ⁊ q̄ꝫtum tenet mādatoꝝ obedientiaꝫ: caueamus ꝙ faciamus ꝑ durationem spiritualē voluntatē dei: ⁊ ista voluntas d̄i beneplacens: cui cōcordat alia auctoritas Dauid p̄s. cxlvj. Beneplacitū est domino sup timētes eū: ⁊ in eis q̄ sperāt sup mia eius: dicit timentes eū propter ꝯcordantiam alterius auctoritatis. Eccli. j. Timor dñi expellit pctm̄: nam qui sine timore est nō poterit iustificari. ¶ Tertio vult a nobis deus saluationem celestem s. quod vult nos saluari. Et ratio est: qꝛ ad hoc facti sumus a deo vt saluemur: quia deus semper vult vt habeamus fidem ad quam facti sumus: quod declaratur per naturalem philosophiam que dicit ꝙ omne agens per intellectum nititur ducere opus suum ad finem ad quez tendit. Cū ergo deus agat per intellectū ꝙ ipse est totus intellectus: qꝛ nihil corporale est in deo: ideo vult nos om̄s saluare: ⁊ ideo dicit ipsemet Mat. xviij. Ue

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

nit eniz filius hominis saluare qd̄ perierat subdit voluntatem. Sic non est volūtas patris vestri qui in celis est vt pereat vnus de pusillis istis: ergo voluntas dei est nos saluare: quare damnamur? dicit ꝙ nos volumus. vnde ipe ordinauit viā ad paradisum. s. humilitatem: castitatez largitatem ꝛc. Nos autem vadim⁹ per vias que ducunt ad mortem ꝛ ad infernum. s. per viam superbie: auaritie: luxurie: ꝛ ita de alijs: qm̄ si vellemus saluari bene saluaremur: qꝛ iuxta voluntatē nostram fiet nobis: ꝛ hoc testatur sacra scriptura Eccl̄i. xv. di. Deus ab initio cōstituit hoīem ꝛ reliquit eū in manu consilij sui: adiecit mandata ꝛ precepta sua si volueris mādata cōseruare cōseruabūt te ꝛ imperpetuum fidez placitā facere: apposuit tibi aquam ꝛ ignē ad quodcunqꝫ volueris porrige manum tuaz ante hoīem vita ꝛ mors: bonū ꝛ malum qd̄ placuerit illi dabitur ei: caueamus ergo vt ambulemus per viā q̄ ducit ad gloriam paradisi cū ad illum finem facti sumus: et ita faciemus voluntatem dei q̄ d̄r perfecta. vnde Deuterono. xxxij. Date magnificētiam deo nostro dei perfecta sunt opera: dicit perfecta opera. Cum ergo operat⁹ sit nos deus ad illum finem: sequitur ꝙ saluatio nostra ꝑfecta est ꝛ voluntas ei⁹: agamus ergo taliter vt post exitum anime a corpore veniamus ad gloriam sempiternam. Amen.

¶ De septem q̄ a nobis vult deus ꝑ que dei voluntas cognoscitur.

Distinctio. cciiij.



Vult deus a nobis septez ꝑ que cognoscitur volūtas dei. Quorū q̄dē primum est veritas diuinalis.
Secundum est charitas cordialis.
Tertiū est puritas personalis.
Quartum est honestas exemplaris.
Quintum est vnitas amicabilis.
Sextum est pietas liberalis.
Septimū est felicitas eternalis.

¶ In his ꝯsistit volūtas dei ꝛ q̄ volūt facere voluntatē dei cognoscēt cito in istis quō debeant ei cōplacere. Primum ergo qd̄ deus vult a nobis est ꝟitas diuinalis s. credere firmiter in corde fidē sine dubitatione ꝛ sine aliqua hesitatione: qꝛ al's nō possem⁹ ire ad ꝑadisum in fine: qd̄ declarat̄ de erratione in itinere: qꝛ in principio est ꝑuus error. s. vn⁹ passus sed ī fine diete est magnus: ita est de fide q̄ est iter ꝛ via ad gloriā. vñ. ij. ad Coꝝ. v. Quādiu sum⁹ in hoc corpore ꝑegrinamur a deo ꝑ fidē cm̄ ambulam⁹ ꝛ non ꝑ speciē. Et si aliqual'r errem⁹ q̄tūcūqꝫ sit ꝑuus error in fine diete. s. vite inueniem⁹ nos multū errasse ꝛ ꝓcul a paradiso ꝑ mille dietas: s. in inferno: ergo habeam⁹ hāc veritatē ꝛ ita faciemus dei voluntatez: qꝛ d̄r. j. ad Thi. ij. Hoc em̄ bonū est ꝛ acceptū coraz saluatore nr̄o deo: q̄ oēs hoīes vult saluos fieri ꝛ ad agnitionē veritatis venire veritatis. s. fidei: attñ non oēs volunt ad eū venire vt iudei ꝛ infideles. Alij enim sunt qui tendūt per viā obliquam. Nos aūt fideles xp̄iani cuz simus in via recta caueamus ne errem⁹ qꝛ impossibile est quēq̄ ire ad paradisum sine ista via. Et ideo vt firmiter habeamus illā. s. fidem q̄ stat in duodeciz clausulis vel articulis s. in Credo in deum minori confiteamur mane ꝛ sero cum protestatione: ꝛ ita ambulabimus per istā viam q̄ ducet ad bonum finem ꝛ terminū. s. gloriam beatoꝝ q̄q̄ simus peccatores: qꝛ fides confessa non permittet mori in peccato mortali. Sed deus dabit cōtritionē in breui. Vñ d̄r ad Ro. x. Si credideris dn̄m Jesuz corde tuo ꝛ ore ꝯfitearis ꝙ de⁹ excitauit illū a mortuis salu⁹ eris: corde em̄ creditur ad iustitiaz ore aūt cōfessio fit ad salutē. Istud est primū qd̄ deus vult ꝛ requirit a nobis: ꝛ si voluerit voluntatem dei facere cognoscet in isto primo. ¶ Scd̄z qd̄ deus vult a nobis est charitas cordialis vt. s. habeamus charitatē cordialem. vñ charitas est amor dei suꝑnus ꝛ amor ꝓximi ordinatus: nam suꝑ oēs creaturas deus est diligēdus. Charitas em̄ ꝛ amor dei est sicut oleum in lampade: et amor creature est sicut aqua in lampade subtus oleum. Et ideo si volum⁹ facere vo-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

luntatē dei diligamus eū super oēs creaturas: alias nunq̄ erumꝑ in paradisū sed perpetuo condēnati in inferno: vñ ipsemet xp̄s dicit Mat. x. Qui amat patrem suū et matrē plusq̄ me non est me dignꝰ et qui nō accipit crucem suā et venit post me nō est me dignꝰ. Sed diceret aliquis q̄ omnes magis diligunt deū q̄ filios et alias creaturas. Sz illud valde bene potest bene cognosci per dictum Grego. in omel. penthecost. qui dicit per hunc modū. Probatio dilectiōis exhibitio est operis. Si ergo magis volumus cōplacere deo q̄ filijs pro eorū sanitate non recuramus ad dei inimicos. s. fortilegos. Itē si eum magis diligimꝰ q̄ bona terrena nō vadamus ad inimicos suos pro rebꝰ inuenīdis qz sic faceremus contra deū amore creaturarū et amicorū aut proximorū. Itē nō faciamus falsum iuramētū in iudicio vel extra pro amore creaturarū vel amicorum aut proximorꝝ. Item nec similiter fiat falsum iuramētum pro amore diuitiarū. Sed secus fit hodie qz pro vno denario fiunt multa falsa iuramenta: ergo caueamus vt deū super oia diligamus et ita faciemus eius volūtatem: q̄ charitas sit volūtas dei pater per ipsummet Luc. xij. Ignē veni mittere in terrā et quid volo nisi vt accēdatur: dicit veni mittere ignē scz amoris dei: et istum ignem venit mittere in hoc q̄ō amore nostri fecit opera que debēt nos accendere et inflāmare in eius amorē: vnde primo ipse qui erat creator descendit in terrā vt creaturas humanas leuaret ad celū: magnꝰ ergo amor fuit ille erga nos: ideo cōsiderando istud opus debemꝰ in amore eius inflāmari. Itē voluit ieunare quadraginta diebꝰ et quadraginta noctibus pro nobis: q̄ō opus debet nos accendere in eiꝰ amore ad ieunādū saltim in quadragesima. Item aliud opus fecit q̄ō dz nos incendere qz dicit deo patri inquantū erat homo. O patervolo mori inter latrones in cruce ne credētes et obedientes mihi suspēdant inter demones in inferno. O quāta charitas rex mori voluit turpiter ꝑ nobis latronibꝰ: iste est ergo ignis de quo supradictū est: ignem venit mittere &c. quasi velit dicere: mūdus prius erat frigidus in amore dei: sed ego veni ipsum inflāmare et accēdere per ista opera et maxime redēptionis. Ideo dicit deus noster Bernardus. Sup omnia redditē mihi amabilē. O bone Jesu calix passionis quē bibisti opus nr̄e redēptionis &c.

¶ Tertium quod vult deus a nobis est puritas personalis. s. ne quis cuiuscūq̄ sit conditionis velit corpus suū coinquinare ad luxuriā. Unde sciendū q̄ coniuges vtētes illo actu nō coinquinant sed possunt seruare puritatem sed ceteri caueant qz nullo modo possunt velle experiri qualis est ille actus sine dānatione quocunq̄ modo velint gustare siue cum alio siue tangēdo secum se inhoneste: vñ potest cognosci quantū est illud peccatū per similitudinē alicuiꝰ proiciētis imaginē Christi fusteā vel lapideā in cloacā maius peccatū est proijcere imaginē trinitatis. s. aiam que nobilior est quacūq̄ imagine alia i latrina luxurie. Ergo abstineamus nos et ita faciemus voluntatē dei: vñ. s. ad Thessa. iiij. Hec est volūtas dei sanctificatio vestra vt abstineatis vos a fornicatiō et vt sciat vnusquisq̄ suū vas possidere in sanctificatiōe et honore nō in passione desiderij: sicut et gētes que ignorant deū: dicit sanctificatio qz quilibet christianus sanctificat in baptismo. Sed quō conseruabit ista sanctificatio? ostendit cū dicit vt abstineatis vos a fornicatione: vñ ponit fornicationem q̄ō est minus peccatū luxurie q̄ cetera luxurie ideo ponit illud: et si abstineamꝰ nos ab isto minori abstineamꝰ nos ab alijs maioribꝰ puta incestu: adulterio: sacrilegio q̄ cōmittitur inter religiosos q̄ō est maius peccatū q̄ homicidiū: q̄ō declaratur qz dicit sanctꝰ Thomas scōa scē: q̄ maius peccatū est periurium q̄ homicidiū et maius peccatū est frangere votū simplex q̄ periurium: ergo per cōsequens maius peccatū est frangere votum solenne q̄ homicidiū: ergo caueant religiosi. Itē caueant sacerdotes qz habēt votum annexum: votū scilz castitatis: ideo dicit vt abstineatis a fornicatione. Item dicit vt sciat vnusquisq̄ vestrū suum vas. s. cor-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

pus qđ est vas anime: nō in passione desi
derij sicut bruta que iuxta desiderū fa
ciuntnos autē non sic q; habemus fre
num liberi arbitrij: ista est tertia res siue
tertiū quo fit voluntas dei. ¶ Quartum
qđ vult deus á nobis est honestas exem
plaris. s. dare bonū exēplū populo vnus
quisq; ꝑm suā conditionem: vñ non suffi
cit religioso q; sit bonus secrete: sed req
ritur q; det bonū exēplum alijs. Itē simi
liter nō sufficit facerdotib⁹ bonitas inte
rior. Sed debēt dare bonū exēplū iuxta
doctrinā beati Pauli ad Rom. xij. dicen
tis. Prouidētes bona non tātum coram
deo sed etiā coram hoibus: nō tamen ad
vanā gloriā. Sed ad laudē dei qñ deus
vult in suo opere laudari: si enim artifex
vult laudari in suo opere q; si quis dicat
malū de opere illius artifex nō capit pa
tienter quanto ergo magis de⁹ qui fecit
oīa q; in oib⁹ a nobis vult laudari. Et
ideo debem⁹ dare bonuz exemplū alijs:
ne alij dicant de nobis malum si mali su
mus: q; ideo dicit beat⁹ Petrus. j. Pet. ij.
Sic est volūtas dei vt benefaciētes ob
mutescere faciatis imprudentium hoim
ignorantiā: dicit ignorantiā: multi enim
vituperāt opera dei per ignorantiā non
intelligentes scripturā: vñ dicat simpl'r
de vna. Mat. vj. Attendite vt iustitiā ve
stram faciatis coram hoibus vt videami
ni ab eis: alioquin mercedem nō habebi
tis apud patrē vestrū qui in celis est: iu
stitiā. s. penitētiam que est iustitia: vnde
in cōtritione fit iustitia de corde q; sicut
peccauit contra deū corde cogitando fit
de eo iustitia cū premitur per dolorē con
tritionis. Itē fit iustitia de oculis cum la
chrimātur cum offenderūt deū videndo
vanitates: et ita de alijs. ¶ Quintum q;
vult deus a nobis est vnitas amicabilis
sc; q; omnes quotquot sumus sim⁹ vniti
in pace et concordia inter nos: quoniam
sicut mēbra corporis sunt vnita: ita oēs
christiani debent esse vniti in pace: quia
oēs sunt vnum corpus cuius caput est
Christus: iuxta illud ad Ephe. j. Et tpm
dedit caput super omnem ecclesiā quod
est corpus ipsius: et spiritussanctus vni
ficans omnia mēbra corporis istius: iu
stitia est spiritussanctus: iuxta illud ad
Ephe. iiij. Soliciti seruare vnitatem spi
ritus in vinculo pacis: vnum corpus et
vnus spirit⁹ sicut vocati estis in vna spe
vocationis vestre. Et nos sumus mem
bra: vnde frons sunt principes alti super
alios. Oculi sunt prelati qui debent esse
clari in sanctitate et vita: et debent alijs
ostendere iter ad paradisum: sicut oculi
ostēdunt viam corpori. Auditus sunt iu
dices et confessores quorum interest au
dire causas et confessiones. Nares sunt
spirituales contemplatiui qui sentiūt vi
tia et virtutes q; sciunt discernere inter il
la. Os sunt facerdotes in quantum oris
interest comedere quia ipsi sumunt cor
pus Christi: per os in quātum vero oris
interest loqui: os sunt predicatores ostē
dentes viam veritatis: stomachus sunt
diuites mittentes cibū pauperib⁹. Brac
chia sunt defensores scilz nobiles q; milī
tes. Tibie sunt ministrales sicut futor et
alij: pedes sunt laborātes portātes on
laboris q; calcantes terram. Et ita patet
quomodo oēs sumus membra vnius
corporis: vnde dicitur ad Roma. xij. Sic
cut enim in vno corpore multa membra
habemus: omnia autem mēbra non eū
dem actum habent: ita multi vnum cor
pus sumus in christo. Et ideo sicut nul
lus vult q; membra sua sint diuisa a cor
pore: ita nec Christus vult q; membra ec
clesie sint diuisa sz vnita: ita q; inter eos
sit pax et concordia. Et ideo Christus lo
quēs cuilibet christiano per figurā Hie
rusalem illi loquendo dicit per istū mo
dum Mat. xxiij. Quotiens cunq; volui cō
gregare filios tuos quemadmodū gal
lina cōgregat pullos suos sub alis: q; no
luisti. Ecce relinquetur dom⁹ vestra de
serta. Sicut gallina cōgregat pullos su
os vocando eos cum videt milium. Si
tamen aliquis pullus quetescat comedē
do aliquod granum frumenti venit mil
uus et rapit eum: ita facit Christus qui
vult congregare diuisos sub alis sc; pa
ce et concordia et vocat nos contra mil
uum. s. demonem dī. Jo. xviij. Pacē meaz
do vobis pacem relinquo vobis. Uerū
tamen tu noluisti quotiemmo multi sue

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

runt diuisi. Prima diuisio a corpore christi mystico. s. ecclesia fuit Judeorum sub presbytero Joanne: z secunda sub ꝛc. Et istos rapit demon et portat in inferno: et ideo dicit. Relinquetur vobis domus vestra deserta scilz in tempore Antichristi: qz in illo tempore nullus audebit se confiteri christianum: ideo debemus rogare deum pro vnitate ecclesie. ¶ Sextum quod deus vult a nobis est pietas liberalis scz vt bona que habemus velimus communicare alijs: vnde ceteras creaturas corporales fecit deus cōmunicantes nobis illa que habent. Sicut sol cōmunicat nobis claritatem et calorem et influētias. Item lune z cetere stelle. Item similiter ignis mittit nobis calorem ad calefactendum z coquēdum cibos. Aer similiter cōmunicat nobis in respirando alias enim non possemus respirare nec viuere. Item aqua cōmunicat nobis ad faciēdum necessaria ad lauandum. Itē terra ad ambulandum fructificandum z pulsulādum. Breuiter omnia corporalia cōmunicātur nobis. Et ideo multo magis homo cuz sit nobilius corpus z nobilior creatura ceteris bona que habet debet alijs cōmunicare. s. largiendo elemosynas vel saltim prestando quia magnum z bonum opus est dare elemosynā. Sed similiter bonū est prestare: vnde Dauid Ps. cxj. Jocundus homo qui miseretur z cōmodat disponit sermones suos in iudicio qz in eternum non commouebitur. Verumtamē istum bonum multotiens corrumpitur a verme vsure qz multi prestant. Sed inde volunt lucrum et non faciunt ita alie creature quia dant alijs: set nolunt aliqd eis reddere si ita prestemus faciemus voluntatem dei: vnde ꝙ misericordia liberalis sit dei voluntas: patet per christum Mat. ix. dicentem. Euntes discite misericordiam volo et non sacrificiū. Euntes scz in alio mundo qz omnes vadimus sine mora: dicit misericordiam volo et non sacrificium: vnde magnū bonum est sacrificiū quādo fit de propijs: sed multi faciunt sacrificium de alienis quoniā quando deberēt restituere aliena illis a quibus habuerūt ipsi faciūt sacrificia. s. capellas z faciūt sepulturas et similia: z illud sacrificium nō vult deus sed misericordiam supple satisfactiōis. ¶ Septimū quod deus vult a nobis est felicitas eternalis scz cum viuerimus in hoc mundo finaliter habeamus felicitatem in vitā eternam: z illud est primū et est magnū z inestimabile z est voluntas dei: qm quantūcunqz quis in hoc mūdo faciat bonū non potest petere gloriā paradisi per iustitiā. Sicut nec aliquis seruitor regis quantūcunqz bene seruiens non potest petere per iustitiam filiam regis in vxorē tamen per voluntatē rex potest et dare illam: ita est de nobis qui nō possumus petere per iustitiā gloriam: qz non sunt cōdigne passiones huius tēporis ad futurā gloriaz que reuelabitur in nobis: ad Roma. viij. Ista gloria est filia dei: z istā dat nobis deus non per rigorē iustitie sed misericorditer. Et ideo dicebat ipse Luc. xij. Nolite timere pusillus grex quoniā complacuit patri meo dare vobis regnū: z ideo dicebat Dauid Ps. xvij. Saluum me fecit qm̄ voluit me: ista est ergo volūtas dei: vnde dicit christus alibi Jo. vj. Hec est voluntas patris mei qui misit me vt omnis qui videt filium z credit in eū habeat vitam eternā: et ego resuscitabo eū in nouissimo die. Ergo voluntatem dei faciamus in oibus semper Amen. Rogemus dominū ꝛc.

¶ De quattuor virtutibus moralibus. Distinctio. ccv.



Virtutes morales sunt quattuor scz
Sobrietas siue tēperātia,
Justitia.
Prudentia.
Fortitudo.

Et iste intitulari ita solent.
Prima temperantia conuictualis.
Secūda prudentia rationalis.
Tertia iustitia vniuersalis.
Quarta fortitudo spiritualis.

¶ Prima ergo virtus est tēperantia conuictualis quoniam debemus habere tēperantiā in comestione et potatiōe quoniam nō debemus comedere nec bibere

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

iuxta necessitatem: ad hoc enim nos inducunt bruta: et ista est temperantia de qua Eccli.xxxvij. Noli esse auidus in oi epulatione ⁊ non te effundas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas et auiditas appropinq̃bit usq; ad choleram propter crapulam multi obierunt. Qui autem abstinens est adijciet vitam. Noli ergo esse auidus quoniam tres sunt digestiones: vna in olla: alia in ore: alia in stomacho: dicit auctoritas: appropinquabit usq; ad choleram scilicet vomitum quia stomachus nõ poterit sustinere: dicit etiam non te effundas super omnem escam: id est super diuersas sed eligatur vna ⁊ de illa comede alias procedet infirmitas: et ratio est q̃ diuersitas epularum facit diuersitatem digestionum: aliter enim digeritur bos: aliter muto: aliter pullus quod patet in decoctione in olla. Ita etiam est de fructibus propter crapulam eẽ multi obierunt: crapula est idẽ q̃ cruda epula quia nõ potest digeri in stomacho: plures eẽ interficit cibus q̃ gladius: et non solum in corpore sed in anima: quia a gule excessu procedunt peccata. Et ideo necessaria est abstinentia siue temperantia: qui autem abstinens est adijciet vitam. Vbi sciendum q̃ ab Adam usq; ad Noe homines non comedebant nisi fructus ⁊ bibebant aquam et viuebãt longeuis temporibus: vnde Adam vixit nongẽtis triginta annis. Gen.v. Post diluuium vero comederunt carnes et pisces ⁊ biberunt vinum semel in die tantum: et abbreuiati sunt dies: et ideo dicit Gen.xvj. Erunt dies eius cẽtum viginti annorum. Post vero tempore Dauid voluerũt comedere bis in die: ⁊ ideo abbreuiati sunt dies: vnde Ps.lxxxix. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. Si autem in potentatibus octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor. Post autẽ paulisper voluerunt comedere ter aut quater in die: et ideo semper abbreuiantur dies: ⁊ ideo sunt tot infirmitates abstinentes autem longius viuunt. Et ista est prima virtus que conseruat vitã corporis ⁊ animę: de qua possum⁹ dicere illud quod scribitur Ecc. viij. Hic est virtus dei que vocatur magna: hic. i. temperantia cibi et potus: dicitur virtus dei quia ipse dat illam actiue ⁊ passiue ⁊ tenuit illam. ¶ Secunda virtus est prudẽtia rationalis scz vt contra tẽtationem demonis ⁊ euersionem mũdi ⁊ inclinationem carnis prudenter ⁊ rationabiliter resista mus: vñ sicut pastor habet custodire gregem a lupis: ita christus: de quo dicitur Jo.x. Ego sum pastor bonus ⁊ cognosco oues meas et cognoscunt me mee: dedit nobis istam virtutem ad resistendum lupis scz demonibus inimicis nostris inuisibilibus qui quotidie circũeunt nos ad rapiendum animam. Et ecce quomodo ipsemet christus dicit Matth.x. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ. Estote ergo prudẽtes sicut serpẽtes. Pro quo nota q̃ est genus serpentis qõ nõ potest capt nisi incãtando q̃ dum videt q̃ incãtator incipit mouere labia obturat aures vnam cũ cauda: et alterã fortiter affigens terre. Istã ergo habet prudentiã sm phos naturales: ⁊ de hoc etiã dicitur in Ps.lvij. Furor illis sm similitudinem serpentis: sicut aspidis surde et obturãtis aures suas: que non exaudiet vocẽ incantãtium: ⁊ venefici incantãtis sapiẽter. Furor eẽ debet esse in christianis sicut in serpẽte ⁊c. qui obturat aures vt nõ audiat quomodo ergo habebim⁹ illam prudẽtiam: dicitur q̃ quãdo venit incantator. s. demon et incipit suggerere ponamus vnam aurem supra petram. s. Christũ: de quo. j. ad Cor.x. Petra autẽ erat Christus: ⁊ hoc cogitando vitam et eius passionẽ ⁊c. dicitur etiã virgo Maria petra: sicut dicit in scriptura Esa.vj. Emitte agnum dñe dominator̃ terre: et de petra deserti ad mõtem filie syõ: dicit emitte agnum nõ leonem nec lupum: de petra. s. virgine Maria que firma fuit cõtra quascunq; tentationes deserti a gratia diuina: ad mõtem filie syon. i. ecclesie militantis: pohamus etiam in ore aliaz caudam scz finem vite id est mortem: ponatur ergo practica: vnde quando demon tentat de superbia: scz dicendo homini, Tu es de magno genere et potes

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bene indui ⁊ potes habere equos sicut talis ⁊c. Quid ergo faciemus: ponatur vna auris i petra. i. in christo qui portauit triginta annis vnam vestem ⁊ pauperrimus ⁊ humilimus fuit: aliam autē aurem ponamus in morte cogitando ꝙ cum vno paruo lintheo ponemur in fouea: et ita faciant etiam mulieres q̄ duz tentantur de supbia ponant vnam aurem supra petram scilicet virginem mariaz ⁊c. Et ita de auaritia et alijs: ita etiā de luxuria que maius peccatuz est post aduentum ⁊ passionem christi q̄uis pri⁹ esset semper peccatuz mortale tñ aggrauatum fuit post: eo quia christus de eadem veste ⁊ pāni pecia indutus est nobiscū: ideo amore ipsius debemus vestē nostram in carnem nostrā mūdaz custodire ⁊c. Ergo estote prudētes. Ecce quomodo remittit nos ad animalia bruta ad exemplum. Et ista est virtus de qua dicitur Luc. ix. Dedit eis virtutem ⁊ potestatem super omnia demonia. s. ad resistendum per prudentiam rationalem. ¶ Tertia virtus est iustitia vniuersalis scilicet reddere vnicuiq; qd̄ suuz est: vbi datur exempluz de stomacho qui habet recipere in sua camera omnia cibaria et victualia ⁊ cōsequēter mittit ad omnes partes corporis scd̄m se vniuersaliter. s. ad caput ad pedes ad manus ⁊c. Et retinet pro se quo indiget ⁊ illud qd̄ est superfluum eijcit vel per egestionem vel ꝑ sudorem aut al's: ⁊ ibi habem⁹ exemplū qm̄ si habemus bona debemus tradere illis quoruz sunt siue sint de rapina siue de vsura ista debemus mittere ꝑ egestionem. s. eijcere penitus a domo. Alia etiā sunt cibaria que non faciūt ad nutrimētum: sed ad corruptionem sicut est furtū fructuum et herbarum que sunt furta minora: ⁊ illud est tantum peccatum qd̄ si illud non fuisset Adam non fuisset eiectus de paradiso. Et breuiter propter illud non fuit aliquis qui posset intrare paradisum donec satisfactum fuit illud pomum: non enim intrauit Abrahā nec Noe nec Moyses nec Dauid immo qd̄ fortius est: nec infantes occisi per Herodem nec Joannes baptista: de quo dicit ꝙ inter natos mulierū non surrexit maior. Et breuiter vsq; restitutū fuit in crucem per xp̄m qui dicitur fructus: de quo Cantico. v. Dilectus meus ⁊ candidus ⁊ rubicūdus. Et ibi in cruce restituit furtuz: vnde Dauid p̄s. lxvj. in persona xp̄i dicit. Que non rapui tunc exsoluebā. Similiter stomachus vomit cibum sibi nociuū: ita etiam sunt aliqua que habēt restitui per os sicut sunt diffamationes et iniurie dicte: vnde beatus Augustinus. Non pigeat ex ipso ore ⁊c. Similiter aliqua emittunt a corpore per sudorez: ita debet fieri qñ aliquis habet odiū ⁊ rācorem contra aliquem q̄ tamen nescit: nec aliquis alius ⁊ nullum dānum intulerit et debet petere tūc veniam deo flendo ⁊ non illi quem odit cum nesciat. Similiter quando pater iniuriatus est filio et dominus seruo quia non oportet petere veniaz seruo sed deo. Similiter iustitia est instruere pueros dū sunt iuuenes et possunt flecti. Similiter portare honorē patri ⁊ matri et maiorib⁹: vñ ad Roma. xiij. Reddite omnibus debita. Cui tributum tributum: cui vectigal vectigal: cui honorem honorez: nemini quicq̄ debeatis nisi vt inuicem diligatis. Et ista iustitia est maxima virt⁹ de qua Dauid p̄s. xxviij. Dominus virtutē populo suo dabit: dñs benedicet ppl'o suo in pace. Quare dicit in pace: d̄r ꝙ propter illud qd̄ dicit Esa. xxxij. Effect⁹ iustitie pax. ¶ Quarta virtus est fortitudo spiritualis: vnde non debet quis supbire propter fortitudinem corporis: quia vrsus fortior est ad luctandum: nec similiter ꝓpter cursum quia lepus vincit. Similiter nec qui scit bene ludere cum spata: quia vincit leo nec ꝓpter ductum vel vibrationem lancee: quia vnicornis: nec propter saltationem quia murilegus: ista enī non est virtus sed spūalis scilicet resistere tentationib⁹ de qua dicit ecclesia. Estote fortes in bello ⁊ pugnate cum antiquo serpente et accipietis regnum eternum. O q̄ta fortitudo fuit in Dauid qui leonez ⁊ vrsum occidebat: de qua tamen fortitudine non se extollebat: sed de fortitudine contra tentationem: naz gloriabatur ꝙ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

quando Saul persequebatur eum ⁊ potuisset ipsum occidere non fecit: ⁊ de ista se extollebat p̄s.xcviij.di. Fortitudinem meam ad te custodiam quia deus susceptor meus: deus meus misericordia eiꝰ preueniet me: ergo postq̄ iste rex nō gloriabatur nec extollebat se propter fortitudinem corporis: sed anime: ita nec aliquis homo mundi de re aliqua. Nota q̄ sub palatio cuiusdam regine erat quidā famulus vnius semelatoris q̄ mane et sero dulciter cantabat quem audiētes due domicelle contendebāt adinuicē dicentes q̄ amore alteriꝰ cātabat ita q̄ quelibet dicebat q̄ pro se cantabat: regina vero illa audiens vocatis illis petijt ab ipsis quare contendebāt? Que dixerunt sibi veritatem. Tunc regina vocauit iuuenem pulcherrimum: ⁊ interrogauit illum ꝑ qua illarum duarū domicellarum cantabat: qui vix voluit dicere. Et finaliter dixit q̄ non cantabat pro illis: sz ꝑ regina. Regina vero audito rñso eius incepit tētari de amore illius ⁊ fecit ipsuz recedere: regina vero audiens ip̄z quotidie cantantem fortius fecit ipsum iterum venire ad se: et bāniuit eum siue exulauit a regno ⁊ dedit ei pecuniaz sufficientem cum qua recederet ⁊ hoc fecit vt resisteret tentationi. Et ita habuit fortitudinem spūalem: ⁊ de ista fortitudine dicit Dauid p̄s.lxvij. Deus israel ip̄e dabit virtutem et fortitudinē plebi sue benedictus deus ⁊c. Rogemus dñm ⁊c.

¶ De tribus excellentijs quas habuit ⁊ habet christus.

Distinctio.ccvj.



Pūs habuit ⁊ habet tres excellentias.

Quarū prima est maiestas imperialis.

Scda est dignitas pontificalis.

Tertia est potestas iudicialis.

¶ Et has excellentias habet christꝰ nō tm̄ inquantum deus sed inquātum hō.

¶ Prima ergo excellentia est maiestas imperialis: vnde maiestas imperialis in hoc maior est super omnes quia sicut imperator est sup omnes reges ita christus est super omnes reges siue fideles siue infideles quia nihil possunt facere sine voluntate eius: vnde cathedra in q̄ sedet est maiestas sua imperialis. Et de hoc loquit̄ Dauid p̄s.cij. Dñs in celo parauit sedem suam ⁊ regnum ipsius omnibus dominabit̄. Parauit em̄ christus in hoc mundo sedem suam per humilitatem: ita ⁊ nos si velimꝰ nobis parare cathedram in celo paremus eam ꝑ humilitatez: vñ Mat.xxiij.⁊ Luc.xviij. Qui se humiliat exaltabitur: et ideo regnum eius scilicet christi omnibus dominabit̄. Pro quo sciendu3 q̄ tria sunt regna scilicet

Celeste

Mundanum.

Infernale.

Unde sciendu3 q̄ nouē sunt chori angelorꝝ in celo super quos est sedes dei: deꝰ enim humiliauit se subtꝰ omnes qñ venit incarnari in ventre virginis marie in qua assumpsit carnem humanam: vnde ad Hebre.ij. Nusq̄ em̄ angelos apprehendit: sed semē abrahe apprehēdit. Et modicum supra vidimus iesum ꝓpter passionem gloria ⁊ honore coronatum. Ideo nunc exaltatus est super omnes choros: ⁊ ita regnat in primo regno sup omnes: in scdo vero regno se humiliauit sub hominibus: vñ sciendum q̄ qñ christus erat paruꝰ non legitur q̄ virgo maria haberet ancillā ⁊ quando ipsa volebat facere aliquid ipse iesus non patiebatur: sed ipsemet faciebat: ⁊ ibat quesitum ad fontem aquā ꝓpe nazareth: vñ Luce.ij. Descendit iesus cum illis ⁊ venit nazareth ⁊ erat subditꝰ illis: et Mat.xx. Filius hominis non venit ministrari sed ministrare. Item humiliauit se ꝑ paupertatem eo q̄ erat ita pauper q̄ nō habebat vbi reclinaret caput suum: vñ Mat.viij. Uulpes foueas habent: ⁊ volucres celi nidos filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet: vñ quādo non inueniebat in ciuitate postq̄ predicauerat aliquem qui eum reciperet exibat extra ciuitatem in deserto ⁊ ibi dormiebat posito lapide subtus ca-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

put pro pulvinari: et patet hoc per figuram de Jacob Gen. xxviij. Item humiliauit se in passione quia quando voluerunt eū capere dixit eis. Ego sum ⁊c. Itē in crucifixione: qm̄ quando dicebant ei vt extenderet brachia ⁊ poneret manus de directo super foramen crucis ipse extendebat ad iussum eorum: vnde Dauid ps. xxj. Ego autem sum vermis et non homo opprobrium hominum ⁊ abiectio plebis: dicit vermis eo quia vermes calcantur pedibus hominum: ita christus non fuit veneratus: nec tractatus sicut hō sed sicut vermis. Tertio habuit dominiū sup regnum infernale eo quia in hoc mundo se humiliauit descendendo ad inferos. Et ideo nō habēt modo demones tm̄ dn̄ium sicut prius. Sed in signo crucis omnes vincūtur: si tn̄ deuote fiat. Item in signo crucis ⁊ in nomine ei⁹ tremescunt demones: vn̄ Mar. vlti. In nomine meo eijcient demonia. Alia est auctoritas clarior ad Phil. ij. Qui cū in forma dei esset non rapinā arbitrat⁹ est esse se equalē deo sz semet exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hoīm factus: ⁊ habitu inuent⁹ vt hō humiliauit semetip̄m factus obediēs vsq; ad mortem: mortem autē crucis propter quod deus exaltauit illuz ⁊ donauit illi nomē qd̄ est super omne nomē vt in nomine iesu omne genu flectatur celestiuz terrestrium ⁊ infernoꝝ ⁊ omnis lingua confiteatur: quia dn̄s iesus xp̄us in gl̄ia est dei patris: dicit celestiū pro angelis: terrestriū ꝑ hominib⁹: ⁊ infernoꝝ ꝑ demonib⁹: ergo xp̄s humiliauit se sub oīb⁹ creaturis vt pararet sibi sedem in celo. Pone ergo practicā ꝑ locuz a minori. Si xp̄s se humiliauit quomō debem⁹ nos humiliare si velimus ascēdere ad celū: humiliemur ergo deo sicut fili⁹ patri et matri discipulus magistro iuuenis antiquo vxor viro pauper diuiti seruus dn̄o ⁊ ecōtra: ⁊ sic parabimus nobis sedez in celo: vn̄ btūs Petrus hoc nobis insinuat di. p̄me Pet. v. Humiliamini igitur sub potenti manu dei vt vos exaltet: dicit humiliamini sub potēti manu dei: qr deus tenet manū sup nos. Et si velimus exaltari plusq̄ debemus non exaltabit nos. Si g̃ humiliemur exaltabit nos. ¶ Secūda excellentia xp̄i est pontificalis dignitas. Nā sicut papa est sup oēs prelatos sacerdotes ⁊ clericos: ita xp̄s hz hāc dignitatē eo qr est super oēs dignitates: vnde Dauid p̄s. cix. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et infra. Tu es sacerdos in eternum scd̄m ordinem melchisedech. Melchisedech erat sacerdos dei altissimi: vt patet Gen. xiiij. Et non offerebat nisi panem ⁊ vinum: ⁊ hoc in figurā christi ad denotādū ꝙ christ⁹ offerret sub specie panis et vini. Est tn̄ cōueniētia ⁊ differētia: cōueniētia in sacr̄o in p̄ncipio qr dū ponit panis ⁊ vinum in altari est verus panis ⁊ verū vinū sicut panis ⁊ vinuz melchisedech. Sed in fine est differētia quia dictis verbis sacramētalib⁹ consecratiōis illa substātia panis trāssubstātiat̄ i verū corpus christi ⁊ vinū in sanguinez: vnde Jo. vj. Panis em̄ dei est qui descendit de celo ⁊ dat vitā mundo. non est ergo talis panis coctus in clibano vel ille qui est coctus in hostiario iuxta ignem: sed qui descendit de celo: vnde descendit Christus in altari: sicut descendit de celo incarnari: vnde cū angelus ⁊ maria erant loquētes et virgo maria dixit illa v̄ba q̄ sunt septem. s. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi scd̄m verbum tuum. Nonduz in primo verbo fuit incarnatus: nec in scd̄o donec fuit finita vltima syllaba. Et tunc in vltima fuit incarnat⁹. Eodē modo dictis illis verbis: hoc est em̄ corpus meum: in vltima syllaba est ibi verum corpus xp̄i. Et sicut virgo maria statim cōpletis illis verbis. Ecce ancilla dn̄i ⁊c. adorauit christū qui erat in suo vtero. Et similiter angel⁹ adorauit eū: ita etiā dictis v̄bis consecratiōis debemus adorare hostiā et non ante: pone ergo practicā quō sacerdotes debent esse puri qui tantam dignitatem habent ꝙ in eodē verbo aperiuntur celi ⁊ xp̄s descendit in manibus eorum. Caueant ergo ne dicant verba inhonesta ⁊ truffatoria quia teste beato Ambrosio. Verbum sacerdotis aut ve-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

rum aut sacrilegium. Caueant ergo ne dicant truffas: quia Ambrosius vocat eas sacrilegium. Item pone practicam quomodo deberent habere manus mundas. Item quomodo deberent habere corpus mundum eo q est monumentum christi z digni in centuplo q monumentum quod est in hierusalē. Caueat ergo ne ipsum peccat in lutum luxurie ꝛc. da practicaz laicis super illo quod dicit dat vitam mundo. i. mundanis z laicis hominibus quomodo debent audire missam et seruare quinq cōditiones quas inuenies in ps. xciv. Populus eius et oues pascue eius: introite portas eius in confessione atria eius in hymnis cōfitemini illi: dicit populus eius non excōicatus. Pone practicā cōtra excōicatos quomodo excōicatus non debet respicere vas in q est corpus dñi quando portatur per sacerdotem ad infirmos in villa: sed debet orare facie prostrata. Item si domus excōicati sit ppe ecclesiam et possit videre corpus domini in ecclesia non debet respicere: sed pcutere pectus suum. Item quō debēt esse ieiuni: sacerdos autem si bibat solū vnā solā gutā aque nō debet celebrare de illa die. Item non debet gustare virū vinū cum quo debet celebrare sit dulce vel amarū. Item debent esse in cōfessione: nam si talis moriatur in septimana pro confesso habeatur in alio mundo. Itē quomodo non debet loqui immo nec salutare patrē. Item quō debent esse in benedictiōe sacerdotis: nec ante recedere z sic talis poterit esse beatus. Et ideo dr qui dat vitā mundo: vñ Christus in vltimo sermone quem fecit dixit ꝟba que ego loquor vobis spūs et vita sunt. ¶ Tertia excellentia xpi est potestas iudicialis: eo quia super omnes iudex est: vnde Dauid ps. ix. Parauit in iudicio thronū z ipse iudicabit orbem terre in equitate iudicabit populos in iustitia. Parauit eñ sedem in iudicio p patientiam. s. quādo iudicatus fuit coram iudicibus z patienter sustinuit: vñ coraz anna iudicatus fuit vt superbus quādo dixerūt. Sic respōdes pōtifici. Jo. xviij. Coram caypha vt blasphematoꝛ. Coram herode vt stultus. Coram pilato vt malefactoꝛ: vñ Job. xxxvj. Causa tua quasi iudicata ipi iudicata est: iudicabit ergo christus in sede vel in throno in die iudicij: vnde Joan. Apoca. xx. Vidi thronum magnum candidum z sedentem super eū et celum z terra fugit a conspectu eius z locus non est inuentus ab eis. Et vidi mortuos magnos z pusillos stantes in conspectu throni et libri aperti sunt: et alius liber apertus est qui est vite z iudicati sunt mortui ex his que scripta erant in libris fm opera ipsoꝝ. Quattuoꝛ notantur in supradicta auctoritate: qm in quantum dicit thronum magnum candidum denotatur q post tempus antichristi omnes convertentur ad christuz: et ideo erit ille thronus magnus qz vniuersus mundus erit candidus: eo quia erūt sub fide. Et dicit fugerūt a facie ei quia post tēpus antichristi cū iudicium ignis ardebit omnia existia in hoc mundo z celum mutabitur a consueto cursu eo q amplius non mouebitur sz sol erit in oriente z luna in occidente: nec mittēt planete constellationes suas. Dic practice quomodo ex quo mundus cito est finiendus debemus edificare in paradiso: non in hoc mundo: vnde Matt. vj. Nolite thesaurisare vobis thesauros in terra vbi tinea z erugo demolitur ꝛc. Sz thesaurisate vobis thesauros i celo: post hec sequtur in auctoritate. Vidi mortuos magnos z pusillos stantes in conspectu throni per quod designatur resurrectio: sequtur: z apti sunt libri et iudicati sunt mortui scōm ea que erāt scripta in illis. Libri sunt cōscientie cuiuslibet que tūc apertentur z quisq leget clare in illis: modo enim nec angelus nec aliqs sanctus potest legere in eis. vnde alibi z pone practicaz quomodo vtiperabuntur mali a iustis z iusti a iustis glorificabūtur. Capiamus consiliū ergo beati Pauli ad Gala. vj. dicētis. Dum tempꝰ habemus operemur bonum: z sic crimꝰ cū christo in gloria paradisi. Quā nobis ꝛc. ¶ De christo qui quinquies fuit in periculo mortis: z tñ noluit mori nisi i cruce.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



Pūs quinquies fuit in periculo mortis tamē noluit mori nisi in cruce: vnde fuit i periculo q̄ moreretur.
Primo gladio.
Scō precipitatione.
Tertio lapidatione.
Quarto torcatione.
Quinto in cruce.

¶ Primo ergo fuit in periculo q̄ moreretur gladio. Vbi sciēdū q̄ post eius natiuitatē sicut dicunt glose super Matth. cap. ij. In terra promissionis erat herodes crudelis qui obtinuit regnū sup iudeos ab Octauiano imperatore: qui timens ne fieret insultus cōtra eum a iudeis tenebat multos homines armorū ad sui tuitionē: et tunc natus est christus in cuius natiuitate facta sunt multa miracula. Primo q̄ in bethleem media nocte fuit tanta claritas acsi esset dies. Secūdo q̄ angeli cantauerūt Gloria in excelsis deo ꝛc. Et etiā quia tres reges venerunt ab oriente et transierūt per hieru salem dicētes. Vbi est qui natus est rex iudeorū. Quod audiēs herodes sciens se nullū ius habere in regno audiēs regem iudeorū natum timuit perdere regnum et mādauit suis hominibus armorum vt eadē die: eadem hora occiderent omnes infantes: et ita fecerūt: xps autē noluit mori ista morte: ꝛ sua ordinatione hoc est morte qua ipse ordinauerat. Et ideo apparuit angelus ioseph dicēs q̄ fugeret in egyptū. Et dicit text⁹ Mat. ij. Qui cōsurgens accepit puerū et matrē ei⁹ nocte et recessit i egyptū et erat ibi vsq̄ ad obitum herodis: fuit enim in egypto septē annis: et fuit completa prophetia Job dicētis Job primo. Pueros pcusserant gladio et effugi ego solus. et ita noluit mori christ⁹ ista morte. Et ratio est vna dimissis rationibus hystoriarū ad dandū exemplū ne velim⁹ mori gladio in anima scilicet gladio excōmunicationis. Nam excōmunicatio nihil aliud est q̄ gladius beati Petri. Alij eñ apostoli non habebant gladiū nisi petrus: vnde Johā. xviij. Simon petrus habens gladium eduxit eum et percussit pontificis seruum et abscidit auriculā eius dextrā. Prius tamen q̄ percuteret petrus seruū minatus est illi: vnde dicit textus. Eduxit seu vibrauit ad denotandū q̄ nō debet dari excōmunicatio nisi monitione premissa. Et dicit q̄ percussit seruū pontificis ad denotandū q̄ iurisditio prelati non se extendit nisi ad subditos suos: dicit q̄ amputauit auriculā eius dextrā i. principalē ad denotādū q̄ pro magno crimine et non p̄ paruo debet dari. Sicut Paulus fecit. j. ad Corinth. v. Caueant ergo prelati quoniā nullū pretiū est cōparabile anime: vnde dicitur Mat. xvj. Quid prodest homini si vniuersum mūdum lucretur anime vero sue detrimentum patiatur. Nō eñ debet alligari: ait eñ dñs Eze. xviij. Ecce oēs anime mee sunt vt anima patris ita et aīa filij mea est. Sed hodie fit officiū quando anima obligatur ad excōmunicationē: demonit eñ nō sufficit corpus sed vult habere animam: vnde dicit illud Geñ. xiiij. Da mihi animas cetera tolle tibi. Noluit ergo christus mori gladio vt illud exemplū daret nobis: vñ dicit scriptura Job. xix. Fugite ergo a facie gladij qñ vltor iniquitatū gladius est: et scitote esse iudiciū dei cōtra vos. Et ita noluit mori gladio cum ita bene fuissemus redēpti sicut nunc sed ad dandū predictū exemplū.

¶ Secūdo fuit in periculo mortis p̄propter precipitationē. Vbi sciendū q̄ cum christus mansisset cum maria matre sua et Joseph vsq̄ ad. xxx. annos ꝑm q̄ dicit Lucas voluit baptisari et ieiunare et incepit predicare in ciuitate Capharnauz que est maior ciuitas galilee. Quod audientes illi de Nazareth indignati sunt contra eum dicentes q̄ ipse erat nazarenus et ipse debuisset primo predicare in villa sua q̄ in alia. Postmodū vero ipse venit nazareth et maiores ciuitatis venerunt ad eum dicentes. Quanta audiuimus facta in capharnaū: fac et hic in patria tua. Luce. iiij. Respondit eis. Amen dico vobis: quia nemo propheta accept⁹ est in patria sua. Et ratio quare nō erant

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

digni est qꝛ eũ deridebant. Ipsi ꝟo audita responsione sua voluerũt ip̃m occidere ⁊ duxerũt ip̃m in cacumine montis supra quẽ ciuitas eoꝝ erat edificata: ⁊ volebant eũ mittere deorsum. Ipse aũt nõ dixit eis verbũ quousq; fuit in supciliuꝫ montis: et statim dum fuit ibi euanuit. Unde Lu.iiij. Repleti sunt oẽs in synagoga ira hec audientes ⁊ surrexerunt et eiecerũt eũ extra ciuitatem ⁊ duxerũt eũ vsq; ad superciliũ montis supra quẽ ciuitas eoꝝ erat edificata vt precipitarẽt eum. Ipse aũt transiens ꝑ mediũ illorũ ibat. Et ita noluit mori ista morte cũ ita potuisset nos redimere sicut aliter: ⁊ hoc ad dandũ nobis exemplũ ne velim⁹ mori per precipitationẽ. s. per pctm̃ supbie: qm̃ eũ qui superbit facit demon precipitari in infernũ. Uñ Dauid loquens demoni de tali precipitatiõe dicit p̃s. lxxij. Propter dolos posuisti eis deiecisti eos dum alleuiarentur. Dicit posuisti eis superbie ambitionẽ vanitatũ vermẽ: propter dolos deiecisti eos. Sed quõ facit eos precipitari? Dic primo de religiosis qui dũ volũt bene tenere regulã ⁊ deuote dicit demon eis ad intra. Tu derideris ab alijs tu potes magnificari vel esse prelatus. extolle te. Et ita qñ ille ꝯsentit ascendit ⁊ dimittit deuotionẽ ꝓpter dolum subiectionis diaboli: quam tñ debebat seruare vsq; ad mortẽ: ⁊ tandẽ precipitatur in mortẽ infernalem. Similiter de sacerdotibus qui de imo ad altũ volunt ascẽdere ad regimen ville qui post mortem qñ petet eis xp̃s rõnem villicationis habebũt reddere rationẽ de regimine. Et si male rexerint precipitabunt̃ in infernũ. Et ideo dicit scriptura Eccl̃. vij. Noli querere fieri iudex nisi valeas virtute irrũpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis ⁊ ponas scandalum in agilitate tua. Ergo caueant extolli quia demon illud immittit iuxta predictã auctoritatẽ: ⁊ ideo Job.xxx. dicitur. Eleuasti me ⁊ quasi super ventũ ponens elisisti me valide scio qꝛ morti trades me. ¶ Tertio fuit xp̃us in periculo propter lapidationem: vt ptꝫ Jo.viij. vñ cum quadã die in templo vellet ostendere suam diuinitatem inter iudeos dixit illis. Amen amẽ dico vobis anteq̃ abraham fieret ego suꝫ. vnde ego sum est nomen dei. Illi ꝟo credẽtes ꝙ blasphemaret voluerunt eum lapidare: vnde dicit textus. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eũ. Jesus aũt abscõdit se et exiuit de templo: et ita noluit mori illa morte cum possemus ita bene redimi per illaꝫ sicut per aliam: ad ostendendum dimissis alijs rationib⁹ ne velimus mori ictu auaritie: qꝛ auarus durus ⁊ frigidus est ad modũ lapidis: de quo scriptura dicit Job.xlj. Cor eius indurabit̃ tanq̃ lapis et stringet̃ quasi malleatoris incus: durus em̃ est auarus qꝛ nõ põt molliri ad penitẽdũ ⁊ frigidus in charitate ꝓximi: ⁊ breuiter sunt q̃nq; lapides. i. q̃nq; species auaritie q̃ possunt intelligi a cõtrario sensu per illos. j. Reg. xvij. vbi dicit textus ꝙ Dauid elegit sibi quinq; limpidissimos lapides de torrente ⁊ processit cõtra Goliam Philisteũ. Tulit ergo Dauid cõtra Goliã per quem intelligit̃ demon quinq; lapides.

Prim⁹ lapis auaritie est rapina violẽta. Iste lapis percutit caput qua fit in magnis et a magnis.

Secũdus est simonia. Iste percutit cor: scꝫ prelatos qui sunt cor ecclesie.

Tertius est vsura: ⁊ iste ꝑcutit ventrem qꝛ sicut in ventre congregantur esce: ita in vsurario vsure.

Quartus est iniustitia pro terrena cupiditate: iste brachia percutit scilicet illos qui debent tueri.

Quintus est furtũ secretũ: iste ꝑcutit pedes. s. laycos qui furantur decimas fructus ⁊c. Et de isto lapide dicit dauid p̃s. xc. Ne forte offendas ad lapidem pedẽ tuum. Cui ꝯcordat Sapiens Eccl̃.xxxij. Ne credas te vie laboriose ne ponas aie tue scandalũ. ¶ Quarto fuit xp̃s in periculo mortis per intoxicationem. Istud non legitur in euangelijs tamen potest haberi ex textu euangelij. Cum em̃ pharisei vellent xp̃m occidere timebant plebem: ⁊ ideo querebant eum interficere secrete. Cum ergo post sermonem multotiens inuitaret̃ a multis: inuitabatur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

aliquando ab inimicis suis qui toxicabant cibū: aliqñ tamen ipse nō comedebat de illis sz de alijs: et ita breuiter euadebat. Cū ei darent ficus vel alias escas dulces vt nō cognosceret venenū amarum ipse non renuebat comedere. Et de isto periculo loquitur clare Hiere. xj. vbi dicit in psona christi ad patrem. Tu aūt dñe demōstrasti mihi et cognoui tu ostēdisti mihi studia eoꝝ. et ego quasi agnus mansuetus qui portat ad victimā et non cognoui qz super me cogitauerūt consilia dicentes. Mittamus lignū in panem eius et eradicemus eū de terra viuentiū et nomen eius nō memoretur amplius. Lignū illud est venenū adeo venenosuz qꝫ quando comedit statim occidit. Voluit tamen xp̄us mori tali morte cum tamen potuisset sic nos redimere: sed hoc fecit ad dandum exemplū nobis ne velimus mori per exōicationem vel venenū luxurie: qm̄ in eius dulcedine venenū est absconditū. Pone practicā: de quo vene no dicit Job. vj. Nunquid poterit aliqs gustare qđ gustatū affert mortem. q. d. qꝫ non quantūcūqꝫ esuriat. ¶ Quinto xp̄s fuit in periculo mortis in setā cruce quā acceptauit. Unde cū tunc tpis xp̄s predicaret in galilea iudei in prouincia alia sz in iudea tractabant mortem ei⁹. Ipse ꝫo hoc sciens assumpsit duodecim discipulos suos secrete et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymā et filius hois tradet principibus sacerdotū et scribis et cōdemnabunt eum morte et tradent eū gentib⁹ ad illudendū et flagellandū. Matth. xx. Ecce quomō venit de vna prouincia ad aliam. Item cum ozaret anteꝫ esset captus venit obuiā querenti⁹ eum. Item cum esset data contra eum sententia sine appellatione cepit crucē: vnde dicit beatus Joan. Baiulans sibi crucem exiuit in ꝛc. Joan. xix. Item quādo fuit in monte caluarie libenter iussu crucifigētium posuit et extendit se super crucez. Et isto modo elegit mori quasi dicendo. Mihi absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu christi. Et ratio fuit qm̄ per crucez intelligitur penitentia per quā habem⁹ salutem: vnde dolor clauoruz significat cordis cōtritionem. Inclinatio capitis quā fecit in cruce significat cōfessionē in qua inclinat ad aurem cōfessoris nō ante faciem. Tenuit manus apertas ꝓpter clauos ad denotandū restitutionē per sinistram: p dexterā aūt elemosynā. Per pedes qui sustinebant in clauis intelligit oratio per dextrū: per sinistrū ieiunū siue tēperantia. Latus fuit apertū ad denotandū apertionem cordis ad remittēdum iniurias et habendū dilectionē. Et ita elegit mori ad denotandū qꝫ per penitentiā haberemus mori vt veniamus ad vitā: vnde Matth. xvj. Si quis vult post me venire abneget semetipm et tollat crucem suā et sequat me. Item Paulus ad Gala. v. Qui christi sunt carnem suā crucifixerunt cum vitijs et cōcupiscētijs. Rogemus dñm ꝛc.

¶ De quattuor exemplis virtutum que christus in sua passione dedit cōtra quatuor peccata que fiunt inter viros ecclesiasticos.

Distinctio. ccvij.

XPūs in passione sua dedit quattuor exempla virtutum contra quattuor peccata que fiunt inter viros ecclesiasticos. ¶ Primum exemplum fuit quādo xp̄s voluit mori in monte caluarie expoliauit se totus nudus anteqū poneret in cruce qz nulla vestis sibi remansit: et hoc fecit nō coactus qz totus mundus non potuisset ipsum expoliare vltra velle suū: sed ad preceptū ministroꝝ iudeorū se expoliauit: sed magdalena ipm velauit a zona inferi⁹. Alij dicunt qꝫ fuit virgo maria mater sua. O quantū debemus hic pensare qꝫ latro quantūcūqꝫ sit magnus nō expoliat dum suspendit in furca. Sed xp̄s fuit expoliatus: et hoc fecit pro pctis nostris specialiter ꝓtra auaritiam: vt. s. viri ecclesiastici habeāt paupertatem. Primo religiosi quādo veniūt ad crucem: hoc est ad susceptionem habitus: qz habitus est crux habent se expoliare oib⁹ bonis tpalib⁹. Mat. x. Nolite possidere aurū neqꝫ argentū neqꝫ pecuniam in zonis vestris: nō perā in via: nō

duas tunicas neq; sacculum neq; calcia menta neq; virgã. Dicit nolite possidere aurum neq; argentũ.s.in zonis nec in vasis nec in iocalib⁹ nõ in libris neq; moneta: qr si hec habeãt extra viam paradisi sunt religiosi: neq; peram.i.archã: nec duas tunicas: qr bonus religiosus non debet hr̃e duas capas nec duos habit⁹. Sed posset dicere aliq̃s: nõne iesus xp̃s habebat duas vestes: qr dicit Joan.xix. Partiti sunt vestimenta mea sibi ⁊ super vestẽ meã miserũt sortez: quare ergo religiosi erũt magis stricti q̃ iesus: qr Act. s.dicit. Cepit iesus facere ⁊ postea docere. Xp̃us aũt habebat tres vestes adminus quas diuiserũt cũ dicat. Partiti sũt vestimenta mea sibi: que saltẽ erant due et erat vestis etiã incõsutilis sup quã miserunt sortem quã fecerat sibi virgo maria dum erat paruus: ⁊ sicut xp̃s crescebat ita etiã vestis illa crescebat. Pro declaratione nota q̃ sunt tm̃ duo vestimenta siue due vestes: vna est necessitas: alia est superfluitas. Si religiosus in hyeme portet tres vel quattuor vestes propter necessitatẽ nõ est nisi vna vestis.s.necessitatis. Sed si religiosus teneat vnã capam in cella ⁊ aliam portet extra hoc est superfluitas: ⁊ sic de singulis ⁊ de calciamentis. Neq; virgã: per virgã cum qua homo percutit intelligit̃ q̃ religiosi nõ debent habere spatam neq; arma sed bene baculũ ad sustentandum.s. bordonũ. Et hec est regula paupertatis: ideo xp̃s voluit expoliari et in cruce nudus poni cõtra vitiũ auaritie ostendens exemplũ paupertatis religiosis. Sed alijs sacerdotibus ⁊ viris ecclesiasticis dedit exemplum vt custodiant se a symonia vt non vendant sacramenta nec spũalia nec per honores aut fauores habeant beneficia qr symonia esset: nec in cõcessione missarum. O quanta plaga est hec qr nõnulli faciũt preciuz appreciatũ dicẽtes. Quid vultis mihi dare et ego eum vobis tradam. Et sic vendit̃ iterum iesus xp̃s. Sacerdos tñ bene põt dicere ꝑ alium modũ seruato modo q̃ nihil dicat sed recipiat que dabuntur ei: qr si pro viginti missis dentur tres denarij nõ debent dicere parum est: ⁊ si dentur centũ scuta nõ debẽt dicere nimis est. Et debet dicere in suo memẽto. Dñe deus habeatis recõmendatũ talem ⁊c. s̃m elemosynã mihi datã aut dandam. Aliqui tñ recipiũt multas missas⁹ dicentes q̃ in vna missa possunt oĩbus satisfacere: ⁊ tñ non debet fieri: qr missa habet duas virtutes.s.impetratiuam respectu charitatis: alia est virtus satisfactoria qr datur ⁊ nõ põt dari alteri. Si sunt duo quoꝝ vita vnius est talis q̃ quãdo moriat̃ aĩa eius debet morari in purgatorio ⁊ ad idẽ aĩa alterius: tunc ponat̃ q̃ vna missa celebrata possit satisfacere pro vno illoꝝ: tunc dicet vnus. O frater dicatis missam pro me: ille ꝑ quo dicetur missa intrabit paradisum ⁊ alter intrabit purgatoriuz. iõ si veniat vir vel mulier ⁊ dicat sacerdoti vt dicat missam pro satisfactione pctõꝝ suorũ: ⁊ ipse sacerdos recipit nõ põt aliã recipere. Sed si veniat ad vos vir vel mulier potestis aliter dicere. Ego habeo celebrare pro alio sed bene rogabo pro vobis. Aliqui sunt qui habent vicarios pro quib⁹ tenent̃ celebrare qualibet die: qr fundatores dimiserunt vicariã pro satisfactione pctõꝝ suorum. Ideo tales vicarij nõ debent recipere alias missas quia tenẽtur celebrare pro illis qui dimiserunt vicarias. Quis est ille tam sanctus et deuotus qui non sit obligatus pro peccatis suis: et si sit obligatus pro se quomodo poterit satisfacere pro alio? Si vnus homo teneatur regi in summa mille francorũ ⁊ non habet in volore decem: quomodo poterit pro alio soluere quia pro se non potest. Si quis diceret mihi: frater orate pro me bene faciam. Sed si aliquis daret mihi decem francos ⁊ diceret mihi: frater dicatis mihi vnã missaz nõ facerez: ⁊ tñ q̃plures cõtrariũ faciũt. Ad idem de sepulturis: qr nobiles qui emunt missas et eligunt sepulturas in collegijs obligant bona capituli: et ibi est symonia. Sed si daretur pecunia sine obligatione esset bonum: sed alio modo est symonia. Michee primo. De mercedibus meretricis congregata sunt: et vsq; ad mercedez meretricis reuertẽtur

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

de mercedibus meretricis.s.auaritia cō gregata:qz magna ribalda est auaritia. Teneretis vos bene ribaldam vnā mulierem si daret se cuilibet:audite ergo qd dicit Hiere.cap.vj.A minori vsq; ad maiorem omnes auaritie student:ola enim que congregantur per ecclesiasticos de mercedibus meretricis.s.auaritie ꝓgregata sunt per religiosos. Sed vos sacerdotes bene potestis habere reddu⁹: sed non debetis facere congregationem auri z argenti.vnde dicit beatus Bernardus. Quicquid enim tu sacerdos preter victum z vestitum retinuisti sacrilegiuz commisisti:z vsq; ad mercedem meretricis reuertētur:qz cōiter qñ moriunt viri ecclesiastici ad maledictum finē veniunt bona eoꝝ. Exemplū de episcopo Sabaudie qui congregauerat multa bona z pecunias qui mozabatur in quodaz castro cum seruiteris suis:z vnus illozum cogitauit occidere socios suos captus a diabolo z etiam episcopū:z occidit eum z cepit pecunias z fugit. Quare ecclesiastici qui habent redditus annuales qui non possunt deficere congregant pecunias:z ille qui hz fontem indeficientem in domo sua continue plenam aqua:quare faceret cisternā ad congregandum aquas pluuiales:talis fatuus iudicaretur. Sic ecclesiastici beneficiati qui quotidie habent eoꝝ ꝓuisionem que non potest eis deficere quare congregant thesauꝝ:magna abusio est:m ercatores z mūdani bene possunt congregare qz habent prouidere sue familie.vnde Hieremi.vj.z.viij. Super hoc vitio plangam z plozabo vastaz expoliatus z nudus. ¶ Scōm opus quod fecit Jesus est:qz qñ fuit expoliatꝰ z nudus dixerunt ei ministri iudeoꝝ:pone te in cruce:z Jesus totus excoriat⁹ posuit se in cruce aspera:z alter extendebat manum illius z ponebat clauum:et Jesus multum dolozem sentiebat:et sic dependebat:z hoc totum fiebat de voluntate sua:qz vltra velle suum nihil fiebat qz totus mundus non potuisset ipz cogere ad hoc:z hoc fecit ad ostendendum nobis viris ecclesiasticis obedientiam:vt.s. simus obedientes sicut ipse fuit ꝓ peccatis nostris. Religiosi z sacerdotes debēt obedire suis maioribus obseruando eorum precepta ꝙtuncunq; sint dura: dūtamen non sint contra deum. vñ Act.v. Obedire oportet deo magis ꝙ hominibus:z Apls ad Hebr.vlti. Obedite prepositis vestris z subiacete eis:ipsi enim pernigilant quasi rationem ꝓ animab⁹ vestris reddituri:z.ij.ad Thi.ij. Labora sicut bonus miles Jesu xpi:nemo militans deo implicat se negotijs secularibus. Dñi mei nō sitis mercatores nec teneatis denarios in pzesta mercatoribus ad vsuram:sed date vos seruitio xpi. Si istum respectum tenerent prelati nō haberent curam esse computatores regum z principum:sicut modo sunt multi z nō cōputant animas sibi cōmissas:de qbus habent reddere cōputum deo. Itē sunt multi sacerdotes q̄ seruūt nobilibus et scutiferis dñaꝝ z tenent claues panis:z vini:sed excusant se multi dicētes q̄ dñi tē pozales tenent z occupant redditꝰ ecclesiarum:que ratio modicuz valet. Et dat similitudo talis. Erat quidā mercator q̄ semel in vno foro emit vnum fardellum perlaꝝ io caliū ꝓciosoꝝ z inuoluit i quodam panno modico:et emit etiā saccū plenū fabis z tradidit cuidā portitori onerum vt portaret ad domū suā ꝓmittens illi bonā mercedē:dū aūt portitor fuit in itinere fabe cadebant ꝓ quoddā foramē qui hoc videns dimisit iuxta iter fardellum ꝓciosum:z recessit ꝓ colligendo fabas q̄ ceciderant:z dū reuersus est nō inuenit fardellū quem dimiserat:qz aliqs deportauerat secū:ipse aūt portauit fabas ad domū mercatoris dicens z narrans quō ꝓdiderat aliū fardellū. Mercator aūt iratus fecit eū decapitari:iste fardellus siue trossel⁹ est officiū diuinū vt misse hore canonice z alia diuina seruitia q̄ tenenē dicere viri ecclesiastici:z hic est ꝓciosus fardellus quē debēt portare qui valet mille milia z deuote dicere. Sz tñ ꝓ colligendo fabas.s.tpalia multi dimittunt officiū diuinū nō dicēdo missas nec horas seruiendo dñis tpalibus. Et si viri ecclesiastici seruirent deo deuote et ducerent bonā vitam reges z dñi nō de-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cuparent bona ecclesie immo darent de suis sicut faciebant ipibus lapsis: sz mō auferunt qr sumus indigni: faciam⁹ ergo iuxta cōsilium scripture Mat.vj. Primo q̄rite regnum dei ⁊ iustitiā ei⁹: et hec oīa adijcient̄ vobis. ¶ Tertiū opus qđ fecit Jesus est qr qñ fuit in cruce clauat⁹ fuit eleuatus in aliū ⁊ ibi erat maximus dolor: qr qñ crux fuit posita in foramine pondus corporis maximū dedit dolorē mēbris eleuatis: ⁊ Jesus pausauit caput sup crucē in cacumine ⁊ dederunt ei coronaz. vnde xp̄s sustinuit ibi quattuor maximos dolores: ⁊ ibi ostēdit exēplum cōtinentie ⁊ castitatis q̄ esse dz in viris ecclesiasticis. Qm̄ primo habuit dolorē in capite. Scđo in manibus. Tertio in pedibus. Quarto in dorso cōtra q̄ttuor species pcti luxurie. Aliq̄ em̄ hñt luxuriā in capite cogitando: sed ꝓpter honorē mūdanū nō audent cōmittere: ideo debent pensare dolorē quē xp̄s habuit in capite in passione. Prouer.iij. Serua cor tuum. Aliq̄ hñt luxuriā in manibus tangendo seipsos: aut alias ꝑsonas inhoneste. Jesus aūt habuit tm̄ dolorē in manibus ꝙ nō poterat se tangere. Alij aūt hñt luxuriā in corpore. s. qñ corpus p̄sbyteri vl̄ religiosi iungit̄ de facto mulieri: ꝯtra illud cogita quō fuit iunctuz corpus Jesu xp̄i cruci. Alij hñt luxuriaz in pedibus eūdo hinc ⁊ inde ꝑ plateas indagando mulieres qñ non habēt in domo. Et cōtra hoc pctm̄ cogita quō xp̄s fuit ligatus in pedibus cuz clauis nec poterat ire. Sed aliq̄ miseri dicunt ꝙ luxuria non est pctm̄: vide alibi rōnes ⁊ solutiones: doctores tñ dicunt ꝙ maius est pctm̄ luxurie in religiosis ⁊ sacerdotibus q̄ aliud peccatuz: pctm̄ est v̄berare maius est occidere: maius est ꝑiurare q̄ occidere: lz ī iudicio humano puniatur acrius homicidiū q̄ ꝑiurium: tñ in alio mundo ille qui est periurus graui⁹ dānatur q̄ ille qui est homicida. Sanctus Thomas dicit in scđa secunde ꝙ maius pctm̄ est frangere votuz q̄ alia peccata: maxime qñ votum est solenne: religiosi habent votū solenne expressum seruare castitatez. Sed sacerdotes non habent expressum sed annexū ꝑ ecclesiā q̄cito sunt infra sacros ordines ideo qñ religiosus vel p̄sbyter luxuriat̄ maius peccatum est q̄ homicidium. vñ dicit decretum ꝙ qñ clericus dyaconus vel subdyaconus publice peccat tenēdo mulierem suspectam ⁊ ribaldam: vel qñ sunt argumenta gradientia sup terram ipso facto est suspēsus. Et si ministrat in ecclesia est irregularis ⁊ non potest ministrare sacramenta nec audire cōfessiones: ⁊ si faciat in damnationē aīe sue est. Et qñ talis venit ad mortem raro penitet: ⁊ ideo vadit ad dānationem: quia in illa die in qua religiosus vel p̄bsyter cognoscit concubinam: ipse sibi ponit vnā cathenam cum qua ducitur ad infernū: faciamus ergo iuxta dictum Dauid p̄s. ij. Disrūpamus vincula eoꝝ: ⁊ ꝓijciam⁹ a nobis iugum ipsoꝝ. ⁊ Apl̄s ad Colos. iij. dicit. Mortificate membra que sunt super terram. s. ieiunijs ⁊ abstinētijs: qr comedere multum tota die ⁊ bibere non potest esse sine luxuria: nam venter plenus inuitat socium eius: fugite ergo fornicationem immunditiam libidinē ⁊ cōcupiscentiam malā. ¶ Quartū opus qđ fecit Jesus qđ est notabile multum: qr stans in cruce fuit ita diligens ⁊ deuot⁹ ꝙ semp orabat. vnde beatus Hieroñ. dicit ꝙ Jesus in cruce dixit. cl. versus. scz a Deus de⁹ me⁹ respice vsq̄ ibi In man⁹ tuas ⁊c. inclusiue dās intelligere vt semper simus diligentes in officio. s. in septē horis que signantur per septem verba q̄ Jesus alta voce dixit in cruce: qr alia verba q̄ dixit ī cruce dixit submissa voce. Primū verbū fuit Pater dimitte illis: nō em̄ sciunt quid faciunt. Luc.xxiij. Secūduz verbū qñ dixit latroni. Hodie mecū eris in ꝑadiso Luc.xxiij. Tertiū qñ dixit matri sue. Mulier ecce filius tuus Joh.xix. Quartū qñ dixit hely hely ⁊c. Mat.xxvij. ⁊ Mar.xv. Quintū qñ dixit Cōsummatū est. Jo.xix. Sextū qñ dixit Sitio. Jo.xix. Septimuz qñ dixit. Pater in man⁹ tuas commendo spiritum meum Luce.xxiij. ad denotandum ꝙ septem horas canonicas debemus dicere quotidie. vñ Dauid p̄s.xlvj. Ostendit quomodo debemus eas dicere di. Psallite deo nostro

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

psallite: psallite regi nostro psallite: qm̄ rex omnis terre deus psallite sapienter: ad denotanduz conditiones quas debemus obseruare in dicēdo horas canonicas. Sciendū ꝙ primo debēt dici distincte ⁊ non confuse formando sed bene ꝓnunciando verba. Scdo attente sed plures deficiunt in hoc: qꝛ dicunt spatiādo dicendo in carrerijs vel in plateis: vl̄ loquendo alteri: ⁊ nullo modo aduertunt quid dicunt ⁊c. Cum oratis deū hoc versetur in corde qđ ꝓfertis ore. Tertio deuote ⁊ non ridēdo: ratio. Si papa vel rex esset presens in choro quō staretis sapiēter ⁊ deuote diceretis officium. Jesus autem qui est papa ⁊ rex est p̄sens in officio qm̄ dr̄ Mat. xvj. Ubi sunt duo vel tres cōgati in noie meo ibi sum in medio eoꝝ. Quarto discrete vt q̄libet p̄uideat illud qđ dz dicere: qꝛ ꝓponere habem⁹ coram papa Jesu. Luc. iiij. Intrauit Jesus synagogam die sabbati ſm cōsuetudinez suā ⁊ traditus est ei liber Esaie prophete vt legeret: ⁊ surrexit ⁊ noluit legere sedēdo ⁊ reuoluit librum. Quare hoc fecit? Nōne sciebat totam scripturam in quo sunt omnes thesauri scientie ⁊ sapientie dei absconditi: hoc fecit ad dandū nobis exēplum vt ea que habemus legere ⁊ dicere preuideamus ne faciamus aliquē defectum vel in accentu vel in legendo ⁊ sic de alijs. Quinto debemus dicere horas complete. Aliqui sunt presbyteri vel religiosi qui nunq̄ꝫ vel raro sunt ad De⁹ in adiutorium vel benedicamus: nec possunt stare in choro dum dicuntur hore: immo pro vna modica vetula que faciat signum exeunt ⁊ dimittunt officiū. Moyses Leuiti. iij. dicebat. Cum facies sacrificium de pacificoruz hostijs domino offeres caput ⁊ caudā. Caput officij est de⁹ in adiutoriuz: ⁊ cauda est benedicamus dño: aliter de illis qui non bene dicūt officium dr̄ Hiere. xlviij. Maledictus q̄ facit opus domini negligenter vel fraudulenter: date ergo magnificentiaz deo nostro dei perfecta sunt opera. Deuteroñ. xxxij. De talibus nanq̄ꝫ qui male dicunt dicitur Mat. vj. Amen amen dico vobis receperunt mercedem suaz. Seruiamus ergo deo taliter vt in fine ⁊c.

¶ De christi vita que in missa representatur per triginta principaliora opa bona que Jesus in hoc mundo fecit.

Distinctio. ccix.



xp̄i vita representata est in missa ꝑ triginta bona opera principaliora que fecit Jesus in hoc mundo: qꝛ plura alia fecit q̄ nos nescimus. ¶ Primuz opus qđ xp̄s fecit in hoc mundo fuit in incarnatione descendendo de celo: ⁊ introiuit in vteꝝ virginis accipiens humanitatē nostrā. Pro tanto dico ꝙ diuinitas erat secreta ⁊ occultata sub humanitate: ⁊ debetis scire ꝙ incarnatio fuit facta ꝑ totā trinitatē: qꝛ opa trinitatis indiuisa sunt ad extra: sed tm̄ filius remansit indutus humanitate. Et ptz ꝑ cōparationē triuz qui vestiunt vnam tunicā vni eoꝝ. Certum tñ est ꝙ omnes induunt: sed tantuz vnus remanet indutus ⁊ non alij: sic pater filius ⁊ spiritussanctus induerunt tunicam. s. humanitatē: sed filius solus remansit indutus humanitate incarnat⁹. Et dico ꝙ hoc representatur in missa solēni ⁊ non in alia. Et hoc fit qꝛ qñ sacerdos intrat sacristiā ibi tres induūt eū. s. dyaconus ⁊ subdyaconus ⁊ ipsemet sacerdos se induit alijs administrantibus sed ipse solus remanet indutus. Summus saluator noster Jesus christus fuit indutus in illa sacristia gloriosa. s. beata virgine plena virtutum ⁊ gratia ꝑfectionum conseruantur iocalia reliquie ⁊ ornamēta nostre salutis. s. saluator noster dñs Jesus xp̄s deus ⁊ homo: ⁊ ornamenta siue indumenta cuz quibus habebat dicere missam in pontificalibus dñs noster xp̄s in die veneris sancta ī altari crucis: quequidem ornamenta erat humanitas. Et si vultis amplius contemplari sicut sacerdos secrete se induit in sacristia: qꝛ nullus de templo ipsum videt: sz qñ filius summus sacerdos induit se humanitate in sacristia que est beata virgo pro dicendo missam in altari crucis nūl

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lus de templo vidit nec sciuit quãdo fuit incarnatus: sed fuit factum multum secrete. Et si plus alte vultis contemplari sicut presbyter in sacristia induit septem indumenta. Primo. s. superliciũ si est capellanus vel si est eps vel si est religiosus induit scapulare quod est loco supli cij: ⁊ ideo presbyter non debet se induere super propriam tunicam. Scdm est amictus. Tertiuz est alba. Quartũ est cingulum. Quintum est manipulũ. Sextũ est stola. Septimũ est casula. Sic xps summus sacerdos in venerabilissimo vtero virginis Marie q̃ dr sacristia induit septez dona spũssancti: de quibus indumẽtis loquebatur Esa. cap̃. xj. dicens. Egredietur virga de radice iesse ⁊ flos de radice eius ascendet: ⁊ requiescet sup eum spũs dñi: spũs sapientie et intellectus: spiritus consilij ⁊ fortitudinis: spiritus scientie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eum spirit⁹ timoris domini. Ecce quõ ista septez dona spiritussancti quibus xps fuit indut⁹ representãtur per illas septem vestes quibus presbyter induit se in sacristia: ⁊ alibi. s. Esa. iiij. cap̃. loquens de istis septẽ. Mulieres virum vnũ. s. Jesum xpm in die illa. s. incarnationis: septem mulieres. s. septem bona spiritussancti apprehendent vnum ⁊c. Et hoc representãt illa septem indumenta presbyteri vel prelati: ⁊ ante om̃ia presbyter dz induere superlicium qr est vnum de illis indumentis: ⁊ ecce primum opus Jesu xpi repsentatum in missa. vnde dicit. Hoc facite in meam commemorationez. s. incarnationis. ¶ Secundum opus qd fecit dñs noster Jesus xpus fuit natiuitas: qr voluit nasci in presepe palam ⁊ nox fuit clara sicut dies: ⁊ voluit nasci inter Joseph ⁊ virginem Mariam ⁊ iacere inter bouem et asinum: ⁊ angelorum multitudo cantauit Gloria i excelsis deo. Et pastores venerunt adorare eum. Ecce qñ christ⁹ in illa gl̃iosa sacristia. s. beata virgine Maria indutus fuit: sed postea in natiuitate se manifestauit publice ⁊ palã. Et hoc representat sacerdos quando exit a sacristia: nam presbyter representat dñm Jesum xpm: dyaconus ⁊ subdyaconus bea tam virginẽ Mariã ⁊ Joseph q̃ erãt collaterales xpo: duo acoliti significant bouem ⁊ asinum. Crux quã portãt acoliti in candelabris representant charitatem que resplenduit in natiuitate christi. Chorus clericoꝝ canentium repsentat cantum angeloꝝ dicentium Gl̃ia in excelsis deo. Unde in aliquibus ecclesijs est consuetudo in natiuitate dñi laudandi deũ in exitu presbyteri a sacristia. Cũ etiam dr Gloria in excelsis pulsant̃ cymbala que representant gaudium pastoꝝ inflantium suas fistulas. Item sacerdos exit ablutis manibus ⁊ facie ⁊ bñ pexus. Et ideo in aliquibus sacristijs est pectẽ ⁊ speculum: ⁊ sic ornatus exit cuz capa aurea ⁊ totus mundus sine macula aut turpitudine. Et hoc fit ad denotandum qd Jesus natus est de virgine sine macula ⁊ corruptione ⁊ cum magna letitia: et iõ Dauid in spũ prophetie sciens natiuitatem Messie esse sine macula dicit Psal. xviij. In sole posuit tabernaculum suũ: ⁊ ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. Nam egressus est amenus decorus ⁊ adornatus velut sponsus anulat⁹ manibus: ⁊ ideo in missa solenni qñ eaz dicit eps habentur anuli. ¶ Tertiũ op⁹ qd fecit Jesus fuit mirabile: quia octaua die voluit circuncidi. Et qui diligenter vellet attendere quare dabat̃ circuncuncisio videret excellentiam huius tanti operis quomodo christus se humiliauit: nam sicut latroni scinditur auris in signum furti commissi vt cognoscat̃. Sic dñs in signum illius furti qd fecit Adaz faciebat homines circuncidi in pte illa verecũdosa. Et cũ dñs noster Jesus xps non teneretur ad circuncisionem dolorosam: cũ nõ veniret ab illa gñatiõe corrupta Ade: sed esset purus et sine macula voluit tamẽ circũcidi. Et hoc representat sacerdos cũ añ altare dicit Cõfiteor. Nam lz sacerdos sit confessus: qr aliter ad damnationem suã accederet ad altare: verũtamen adhuc tenet̃ dicere se esse reum etiam si esset equalis Johanni baptiste ad denotadũ ⁊ significãdũ q̃ Jesus xps q̃ est plenitudo ⁊ initiũ scitiatis ostẽdit se esse pctõrẽ: subijciẽs se legi circun-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

cisionis. Itē facta circūcisione auferebatur pellicula hoc significat mapula quā presbyter tenet corā se: vnde ibi representatur ꝙ post circūcisionem Jesu xp̄i pellis preputij fuit ablata et posita ad partem. Et ecce quō hoc dicit auctoritas ad Rom̄. viij. Filium suū misit in similitudinem carnis peccati: ⁊ de peccato damnauit peccatū in carne: non em̄ dixit ꝙ esset caro pcti. Sed misit filium suū in similitudinē carnis peccati: ⁊ voluit sustinere circūcisionē ac si esset caro pcti. ¶ Quartū opus fuit quādo a fine mūdi a parte orientali duxit reges magos per signuz stelle. Et ipsum inter bestias in presepe pauperrimū iacentē adorauerūt et obtulerunt ei aurū: thus: ⁊ myrrhā: hoc representat presbyter qn̄ post factam cōfessionē inclinat caput vsq; ad genua: ⁊ sic inclinato capite dicit hanc orationē. Aufer a nobis ⁊c. Et sicut reges obtulerūt tria munera: aurū: thus: ⁊ myrrhā: sic presbyter quādo inclinatus offert incēsum per orationē deuotā dicendo. Aufer a nobis ⁊c. Et offert auruz cum adheret ad terrā cum humillima ⁊ reuerenti adoratione. Offert myrrhā amarā quādo facit signū crucis signando se memorādo dolorose acerbissimā passionē dn̄i nostri Jesu xp̄i: quasi dicendo cū Hieremia propheta lamētāte Threñ. iij. Memoria memor ero et tabescet in me aīa mea: hec recolēs in corde meo in deo sperabo. Et hec memoria dolorosa representat̄ in amaritudine myrrhe. ¶ Quintū opus quod fecit xp̄s in hoc mundo est qr voluit presentari in tēplo. Et virgo Maria portauit ipsuz in tēplum et obtulit eum sacerdoti. Et erat ibi Symeon ⁊ illa dn̄a Anna que ꝓphetice laudauerunt dn̄m deū. Et hoc representat sacerdos quādo vadit ad cornu altaris ⁊ accipit librū ⁊ dicit introitū misse dyaconꝰ ⁊ subdyaconus existentes ad latera sacerdotis representāt Symeonē et Annam: acholyti vero ⁊ alij qui audiunt missam vel officiū qui non debēt accedere ad altare representant quō virgo Maria Joseph ⁊ alij amici stabant a lōge audiendo humiliter ea que dicebantur. Et licet beata virgo Maria potuisset bene accedere ad altare cum esset sanctissima creatura tamē noluit: relinquens oibus secularibꝰ ⁊ laicis exemplū quō non debēt accedere ad altare. Et qn̄ Symeō accepit filium virginis pretiosum ⁊ gloriosum in vlnis suis fecit cāticū illud. Nūc dimittis seruū tuum dn̄e ⁊c. Luce. ij. In quo sunt quattuor clausule in cuiꝰ representatione sacerdos facit quattuor opa: primo dicit introitū misse: scdo Kyri eleyson: tertio Gloria in excelsis deo: quarto orationē. ¶ Sextū opus quod fecit dn̄s noster Jesus xp̄s fuit quādo fugit de terra ꝓmissionis in terrā Egypti dans locū furori Herodis vbi stetit ipe ⁊ sua benedictissima mater tanq̄ exules septē annis. Et illud representat̄ in missa quādo subdyaconus cū vno acholyto vadit dictū epistolā ⁊ presbyter remanet cū dyacono ⁊ fugit separās se ab altari ⁊ vadit sessum in sede sua: ⁊ ibi sedendo facit septē opera representando illos septē annos quibꝰ Jesus cū Maria matre sua et Joseph fuit exul in Egypto: primo enim legit epistolā: scdo cantat responsorium: tertio alleluya: quarto legit ꝓsam ⁊ versum in missa solēni: quinto administrat sacrificiū corā ipso aquā et vinū: sexto benedicit incēsum: septimo dat benedictionem dyacono: et hec septē facit sacerdos quiete ad denotādū ꝙ dn̄s noster Jesus xp̄s septē annis quienit in Egypto in terra ꝓmissionis: post mortē Herodis mater eius ⁊ Joseph duxerūt eum in Hierusalē ad templū vt ibidē sacrificarēt et remansit ibi puer Jesus amissus ab ipsis: ⁊ post triduū repertus fuit in tēplo inter doctores interrogās eos in multis questionibꝰ. Et vt dicit Hierony. in prologo biblie. Magis docet dū prudēter interrogat: hoc denotat sacerdos qn̄ de sede vbi sedebat venit ad altare: ⁊ ibi cū magna diligētia audit euangelium: et maxime illud attente audit: quasi velit dicere ꝙ Jesus christus in tēplo sic erat interrogās. Et ita etiam dicit sanctus Lucas in suo euāgelio: audiente illos ⁊ interrogāte. Et sic illa contemplatio quam facit sacerdos audiendo euangeliū non est nisi quedam interrogatio: ad ostendendū ꝙ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Jesus xps prudenter interrogãdo ostendebat z instruebat doctores in fide: sacerdos post immediate cãtat Credo in quo precipue fidei orthodoxe fundamẽta dicũtur. ¶ Octauũ opus qđ fecit saluator noster Jesus christus fuit q postđ beatissima mater sua ipsum reperit in tẽplo ipsa beata mater tantum iocundabat q pre nimio gaudio non poterat lachrymas cõtinere. Et Jesus benedict⁹ dñs vt deatis quid fecit z quantũ erat magna z superabundãs sua humilitas: qz statim postđ vidit benedictã matrẽ suam venit ad eã z Joseph z cõfortabat suã sanctissimã matrẽ abstergens ei lachrymas. Et egressus cũ eis Mazareth nõ obstante q ipse esset rex regũ et dñs dominantiũ volebat tñ esse subditus illis: z ita dicit beatus Lucas. ij. c. Et illis cõsolationib⁹ factis per ipsum Jesum xpm matri sue: cõcordat presbyter z representat quãdo dicto credo se cõuertit ad populũ di. Dñs vobiscũ: z post hec administratio quã facit clericus in altari cor pozalia explicando calicẽ z ea que ad ministeriũ eius pertinent ordinãdo representat illud minusterium z seruitium q dñs Jesus faciebat sanctissime matri sue. Et ideo ipsemet dicebat Mat. xx. Filius hois non venit ministrari sed ministrare. ¶ Nonus opus qđ dñs noster Jesus xps fecit fuit q postđ ministrauit z seruiuit sue matri propter suam insignem humilitatem z etiam ruabat patrem suũ putatiuum Joseph in officio fustarie siue carpẽtatorie sm q recitat beat⁹ Matthęus: q ex eo pt⁹: quia propter senectutẽ non poterat multũ laborare: ideo Jesus xps iuuabat eũ. Et vt dicit magister Nicolaus de lyra sup isto passu: tũc Jesus vtebatur isto officio. Et ideo dicebãt Judei: nonne iste est filius fabri? Mat. xiij. z Mar. vj. c. Et dñs Jesus xps iuuabat Joseph vt possent victũ acquirere non credebãt Judei q esset deus. Ove illis stultis qui hoc credũt. Ex quo aũt ipse Jesus venit ad etatem triginta annorũ venit ad baptismũ Johannis nõ indigeret: sed hoc fecit vt sanctificaret aquã in nostrã salutem z saluationẽ. Et hec significantur in missa qñ sacerdos abluit manus in lauando siue in lauabo. Sed nunc querit q̃re sacerdos abluit manus z nũquid iã abluit sibi cõscientiã per confessionẽ sacramentalẽ et etiã abluit ante missam. Certe sic: nã aliter in dãnationẽ anime diceret missam: sacerdos aũt in lauabo abluit manus nõ ideo q ablutiõe indigeat. Sed ad denotandũ q saluatori nostro dño nostro Jesu xpo nõ expediebat baptizari cuz in ipso esset plenitudo totius grẽ z sanctitatis. Tamẽ ppter hũilitatẽ z salutem nostrã ipse voluit baptizari z vt daret virtutez aquis ad nos abluẽdos. Et propter hoc nõ obstante q sacerdos fuerit iã cõfessus sacramentaliter z quantũcunq⁹ sanct⁹ sit z sine aliqua macula z culpa z penitus immaculatus labe peccati ppter qđ possit cõputari inter innocẽtes. Uerũtamen dz dicere dñe Jesu saluator ad representandum lauamẽ vestri baptismatis quõ vos licet eratis plenitudo sanctitatis voluistis etiaz lauari ideo illud representatãdo ego lauo me nũc. ¶ Decimũ opus qđ fecit xps sm qđ recitant Mat. et Mar. fuit postđ fuit baptizatus statim intrauit desertũ z ibi ieiunauit quadraginta diebus z quadraginta noctib⁹ in quib⁹ nullã refectionez corpozalẽ recepit. Sed stetit semp in oratione nõ p seipso cũ non indigeret: sed p nobis pctozib⁹. Et hoc representatur in missa qñ presbyter ponit se in medio altaris z manib⁹ iunctis se humiliat quantũ potest inclinãdo caput z dicẽdo in spiritu humilitatis ꝛc. ad ostẽdendũ humiliationes z pstrationes quas xps faciebat in deserto p nobis orãdo: et post hoc presbyter vertit se ad populũ di. Orate pme fratres z ego p vobis: vt meum pariterq vestrũ in cõspectu altissimi sit acceptũ sacrificiũ: z hoc fit ad ostendendũ q dñs noster Jesus xps orabat pro nobis. Itẽ presbyter secrete dicit istã orationez meditãdo nõ respiciẽdo ad dexterã neq ad sinistrã advidendũ quẽq̃: ad denotãdũ q xps in deserto nihil alicui dicebat. Et sicut ofo quã post faciebat in deserto erat multũ secreta et nõ audiebat ab ali quo hoie. Sic ofo quã facit sacerdos dz dici in secreto ita q non audiatur: z sicut

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

christꝰ ieiunauit in deserto ab escis corporalibus: sic presbyter cũ intrat in canone debet ieiunare ab oibus cogitationibus ⁊ imaginationibꝰ malis. ¶ Undecimũ opus qđ fecit xp̃s in hoc mundo fuit ꝙ postq̃ perfecit ⁊ cõpleuit ieiuniũ incepit predicare ⁊ clamare. Penitentiã agite appropinquabit enim regnũ celoruz. Mat. iiij. Et ante ieiunium nõ se manifestauit tamẽ clam ⁊ occulte voluit facere ĩ deserto. Sed exeundo de deserto instruebat gẽtes facere penitentiã et quã vitam ducere debebãt ⁊ qualiter possent euitare peccata: ⁊ hoc faciẽdo discurrebat per villas ciuitates ⁊ castella: ⁊ sicut ipse verbo docebat suã sanctam doctrinã sic per opus ostendebat: et ideo Act. j. dr. Cepit Jesus facere et postea docere. O q̃ magna benignitas esset alicuiꝰ regis si ipsemet iret per regnum ⁊ in plateis predicaret ⁊ p̃conizaret suas ordinatiões dominus aũt Jesus xp̃s rex regũ et dñs dominantiũ ibat preconizãdo legẽ et nõ parabant̃ sibi cathedre. Sed ascendebat sup aliquã cellam vel cacumẽ vel scabellum si erat in platea ⁊ ibi annũtiabat legem: nã in principio nõ habebatur in reputatione ꝙ pararẽt sibi cathedrã immo deridebant eũ: ⁊ hoc representat presbyter qñ dicit. Sursum corda: ⁊ totam prefationẽ: ad denotandũ ꝙ sicut xp̃s ore dicebat sic per exemplũ ostẽdebat: ideo qñ sacerdos dicit prefationẽ dz tenere manꝰ eleuatas ⁊ nõ declinatas ad ostendendũ ꝙ illi qui predicãt verbũ dei debẽt exẽplo ⁊ opere demõstrare illud qđ predicãt ore ⁊ verbo loquunt̃: vñ Paulus dicit ad Roma. xv. Non em̃ audeo aliq̃d loqui eorũ que per me nõ efficit xp̃s in obediẽtiã gẽtiũ in verbo ⁊ factis. Ecce quõ sctũs Paulus xp̃o attribuebat totũ qđ faciebat: sic ille qui predicat dz attribuere. ¶ Duodecimuz opus qđ fecit dñs noster Jesus xp̃s fuit ꝙ non solũ per opera ostẽdebat ea q̃ predicabat sed etiã per multa miracula que nullus nisi deꝰ facere poterat: ⁊ hoc faciebat precipiẽdo tãq̃ dominꝰ: cecos em̃ illuminabat: paraliticos denudatos carnibus recuperare carnẽ faciebat: ip̃os salire leuiter faciẽdo sicut iuuenes sanos: surdis auditũ restituebat: mutis loquelã: mortuos suscitabat. Et hoc rep̃sentat sacerdos qñ dr in missa: ter sanciꝰ: ad ostendendũ ꝙ miracula que faciebat Jesus nõ faciebat ea in virtute humana sz in virtute triũ personarũ. s. p̃ris et filij et spũssancti vniꝰ dei: et ideo dr Osanna ꝙ idẽ est ꝙ Obsecro salua nos: ad ostendendũ ꝙ Jesus faciebat opera ꝓ nr̃a saluatiõe. ¶ Decimũtertium opus qđ fecit dñs noster Jesus xp̃s in hoc mundo fuit ꝙ postq̃ predicauit altissime ⁊ ostẽdit seclare cõpleuit excellẽtissime: nam q̃ttuor annis cõpletis suã predicationẽ ꝯfirmauit ꝑ opera miraculosa: ecce qđ appropinquauit tp̃s sue sctissime passiõis et venit ad cenã faciẽdã cũ discipulis suis ⁊ secrete fecit vnũ magnũ sermonẽ quẽ nullus euãgelista ponit nisi Joãnes ⁊ rep̃sentat̃ in missa qñ sacerdos dixit canonẽ secrete ⁊ dicit ita tacite ꝙ nullus audiuit nisi illi qui erãt cũ eo in mẽsa. s. apl̃i. ¶ Decimũ quartũ opꝰ qđ fecit dñs noster iesus xp̃s fuit ꝙ post predicationẽ illius magni sermonis facti aplis exiuit in hortũ ad faciendũ or̃onẽ. Et orauit ter ad deũ patrẽ di. Pater si possibile est transeat a me calix iste. Spũs quidẽ prõptus est caro aũt infirma. Mat. xxvj. Ipse aũt inquantum deus nõ timebat mortẽ: sed ꝑm humanitatẽ. Et ideo ipse sciẽs passiões q̃s debebat sustinere dicebat. Pater si possibile est ⁊c. Hec amaritudo passiõis erat ĩ sensualitate qz caro erat infirma: sed spiritꝰ prõptus erat. In tertia autẽ vice qñ orauit venit in tremorẽ ⁊ sudorẽ sanguinis ⁊ venit angelus cõsortãs eũ cũ nõ indigeret solamine. Sed sicut scutifer cõsortat dñm suũ angustiatũ licet cõstans ⁊ triũphans sit dicit tñ seruus dño. Conemini bene agere nã habebitis victoriã de inimicis vr̃is. Sic angelus dicebat saluatori nostro: dñe iam aĩe sancte q̃ expectant vos in lymbo inferni iã sentiũt vestram gloriã ⁊ victoriã quã debetis hr̃e. Clemẽtissimus dñs tũc fecit orationẽ ꝓ seipso ⁊ ꝓ nobis. Pro seipso rogãs deũ patrẽ ꝓpter resurrectionẽ nõ ꝙ ipse esset inceriꝰ de resurrectiõe nec impotẽs ad resurgendum sed cõueniebat facere ⁊ faciebat vt

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

homo. Item orauit ꝓ nobis vt sicut ipse gratiãter ⁊ volũtarie recipiebat mortẽ ꝓ nobis: ita nos ardẽtes et fortes essemus ad sustinendũ mortẽ ꝓ ipso: ⁊ sic resurgeremus gloriosi. Et hoc representatur in missa qñ supra calicẽ fiunt tres cruces dicẽdo. Benedictã ascriptã ratã rationabilẽ signãdo illas tres orones q̃s fecit saluator noster in horto: ⁊ postea facit sacerdos duas cruces sup hostiã ad ostendẽdũ ꝙ ꝓ duob⁹ orat. s. ꝓ seipso ⁊ ꝓ nobis. ¶ Decimũquintũ opus qđ fecit dñs noster Jesus xp̃s in mundo fuit ꝙ postq̃ fecit orationẽ in horto. Ecce valde magna multitudo gentiũ cũ gladijs ⁊ fustib⁹ venit cõtra eũ et benignus dñs voluit esse captus et ligat⁹ et duxerũt eũ cũ magno vituperio ligatum cũ magnis iniurijs ⁊ verberib⁹ corã Pilato: ⁊ finaliter fuit data cõtra eũ sentẽtia vt crucifigeret̃ a qua sentẽtia benignus de⁹ noluit: appellare sꝫ passim crucẽ in qua debebat crucifigi suis sctissimis humeris baiulauit ⁊ detulit eã in locũ caluarie vbi erat crucifigendus: ⁊ hoc representat sacerdos qñ tenet hostiã in manib⁹ volẽs eã cõsecrare et facit signũ crucis sup eã. Et ista crux facta sup hostiã significat sententiã mortis datã per Pilatũ supra Jesum xp̃m. ¶ Decimũsextũ opus qđ dñs noster Jesus xp̃s fecit in hoc mũdo fuit ꝙ statim post latã cõtra eũ sniam mortis duct⁹ est ad mõtẽ caluarie ⁊ ibidẽ inter duos latrones suspẽsus fuit ⁊ in cruce eleuat⁹ in aliũ: ita ꝙ totũ corpus pẽdebat in duob⁹ clauis fixis ꝑ man⁹: et illud representat̃ in missa qñ sacerdos leuat hostiã cõsecratã inter dexterã manũ et sinistrã per quas duas manus significant̃ duo latrones quorũ vnus a dextris ⁊ ali⁹ a sinistris pẽdebat. Et hostia in medio significat Jesuꝫ xp̃m qui erat in medio ipsoruꝫ: albedo hostie significat ꝙ iesus xp̃s in cruce fuit totus albefactus ⁊ amisit colorẽ ⁊ sanguinem: post hoc presbyter leuat calicẽ: et hoc rep̃sentat ꝙ Jesus in cruce obtulit sanguinẽ dicẽs. Pater mi accipe sanguinẽ meũ quẽ tibi offero in remissionẽ peccatoꝝ totius hũani generis. Ideo presbyter eleuat calicẽ quasi dicẽdo. Pater benedicte offerim⁹ tibi pretiũ redẽptionis nostre. ¶ Decimũseptimum opus qđ fecit dñs noster Jesus xp̃s in hoc mũdo fuit ꝙ tãtum quantũ fuit in cruce pendẽs nõ cessauit orare incipiẽdo alta voce: hely hely ⁊c. quod idẽ est dicere: deus me⁹ de⁹ me⁹ vt q̃d me dereliquisti me: et dicit Hieronymus ꝙ incepit alta voce illuꝫ psalmũ: deus de⁹ me⁹ respice in me. Et continuauit orationẽ suam dicẽdo sequẽtes p̃os: vsq̃ ad illũ in manus tuas dñe cõmẽdo spm̃ meum. Et sunt centũquinquaginta versus: ita ꝙ v̄sus quos xp̃s dixit in cruce sunt in numero tot quot sunt psalmi i psalterio. Et dũ ipse fuit in cruce maledicti Judei nõ cessauerunt sibi facere iniurias et loqui derisiones ⁊ vituperia dicẽdo. Tu nequã qui defraudasti mũdum: tu seductor qui alios saluos facis: tu incãtator salua temetipsum: ⁊ ali⁹. O proterue qui dixisti ꝙ destructo tẽplo dei in triduo reedificares. Et ali⁹ dicebat si filius dei es descẽde nunc de cruce: ⁊ plures alie iniurie dicebantur ei. Sed benignus dñs nihil eis dicebat sꝫ sustinebat acerbissimũ dolorem continuãdo suam orationẽ. Et hoc representatur in missa quãdo presbyter extendit brachia: ⁊ post hoc dicit: vnde ⁊ memores ⁊c. ita ꝙ presbyter non cessat dicere verbum ad ostendẽdum ꝙ dominus noster Jesus christ⁹ in cruce nõ cessauit orare. ¶ Decimumoctanum opus quod dñs noster Jesus christus fecit in hoc mũdo fuit ꝙ nõ obstante ꝙ totus erat vulneratus et illas q̃ttuor plagas horribiles haberet in manibus et pedib⁹ adhuc amore nr̃i voluit sustinere ꝙ latus ei⁹ aperiret̃ a quo exiuit sanguis ⁊ aqua: magnuꝫ prodigium fuit illud qꝛ iam sanguis ei⁹ erat effusus in sudore: in flagellatiõe: ⁊ in corone spinarum impositione: ⁊ in manuũ ⁊ peduꝫ perforatione: ⁊ iam mortuus erat: et tamen in apertione lateris exiuit sanguis et aqua. Et illud representatur in missa quando sacerdos facit quinq̃ cruces cũ hostia dicẽdo. Per ipsum et cum ipso ⁊c. ad representandum quinq̃ plagas principales dñi nostri Jesu xp̃i. ¶ Decimũnonum opus qđ fecit dñs noster Jesus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Christus fuit qr exñs ⁊ pendens in cruce dixit septem verba alta voce. Primuz fuit quia rogauit ꝓ illis qui eū crucifixerunt di. Pater ignosce illis: quia nesciūt quid faciūt. Credunt enim suspendisse vnum incantatorem ⁊ vnum peccatorē: ⁊ suspenderūt filium dei mundi creatorem ⁊ redēptorem. Scdm verbuz fuit qr dixit latroni. Hodie mecuz eris in paradiso. Tertium verbum fuit quia respexit versus matrem suam gloriosam virginem mariam que dolore ineffabili affligebatur. O q̄ mirandum quia nō moriebatur ⁊ rumpebātur viscera eius di. O domine et fili mi charissime latroni loquimini: ⁊ mihi misere mr̄i vestre non vultis loqui aliqd verbum ꝯsolationis: placeat ergo clementie ⁊ dulcedini vr̄e aliquod verbū cōsolatoriū dicere matri vestre. Tūc ait illi iesus. Mulier ecce filius tuus ostenso beato Joāne ⁊ postea ꝯuers⁹ ad btm̄ Jo. dixit. Ecce mater tua. Quartum verbū fuit quādo dixit Hely hely ⁊c. hoc est deus ⁊c. nō ꝙ deitas eum derel q̄sset: sed ꝙ erat derelictus a parētib⁹ ⁊ ab amicis ⁊ apl̄is. Quintū verbū fuit cū dixit. Sitio. Virgo maria cū audiuit ꝙ filius suus sitiebat voluisset tunc ꝙ viscera sua conuersa fuissent in aquaz viuā vt posset ei dare bibere. Et tūc dixit ei fili mi dulcissime aquā non habeo. Sz si lachrimis sitim potestis extinguere abundanter dabo: nā habeo lintheuz plenū lachrimis. Sextum verbum fuit cū dixit. Cōsummatū est op⁹. s. nostre redēptionis. Septimū v̄bū fuit cū inclinato capite dixit. Pater noster ⁊c. In quo sunt septem petitiōes signātes septē verba que iesus in cruce locutus fuit. Item sacerdos dicit has petitiones alta voce quia iesus alta voce dixit illa septē v̄ba. ¶ Vigesimū opus qd xp̄s fecit in hac vita fuit quia non fuit contentus morte et plagis quas sustinuit in cruce. Sed etiā voluit ꝙ sua p̄ciosa humanitas in tres partes diuideretur quia corpus remansit in cruce. Scda pars fuit sanguis effusus ad pedem crucis. Tertia pars fuit anima ⁊ hec iuit ad infernū ad sanctos patres liberandos ⁊ ceteras aīas q̄ erant in limbo patrū. Et isto mō fuit humanitas dñi nostri iesuchristi diuisa. Et hoc representat̄ qñ sacerdos de hostia facit tres partes ⁊ tñ tenet oēs simul iūctas ad denotanduz ꝙ licet humanitas diuisa fuisset in tres partes diuinitas tñ non discessit ab aliqua illaꝝ triū partiū. Sed tota stetit in qualibet illaꝝ. Et hoc patet clare experimentaliter ꝑ vitrū vel cristallū exñtem apud solē quia licet vitrū vel cristallus diuidat̄ tñ sol non diuiditur nec sol cessat illumīare partes cristalli: nā omnes partes sunt plene claritate solis ⁊ calore: ita vna sicut alia. Sic et humanitas christi licet esset diuisa tota: tamē ⁊ quelibet eius pars erat plena deitate. Sicut quelibet pars vitri vel cristalli est plena sole ⁊c. ¶ Vigesimum primuz opus qd fecit xp̄s in hoc mūdo fuit ꝙ cōuertit multas cōditiones ꝑsonarū: volebat em̄ ꝙ appareret fructus nostre redēptiōis. Et ideo cōuertit primo latronē qui fuerat homo male vite ⁊ ribald⁹ sceleratus: scdo cōuertit Centurionez q̄ erat capitaneus gentis armoꝝ. Cum dixit vere filius dei erat iste: tertio cōuertit inimicū. Sic em̄ recitat sctūs Lucas di. ꝙ omnis turba eorū qui aderant simul ad spectaculuz ⁊ videbāt signa que fiebant percutientes pectora sua reuertebant̄. Luc. xxiij. Notāter dicit omnis turba: non tñ malitiosa vt puta scribe et pharisei: sed gentes simplices videntes miracula que fiebant ꝑcutiebant pectora dicētes. Ve nobis miseris q̄ saluatorem nostrum crucifiximus. Et qr dñs in sua passione cōuertit has tres conditiones gentiū. Ideo sacerdos dicit ter agn⁹ dei: primo em̄ dicitur particulariter. Pro quolibet pctōre exorando ꝙ parcat sibi sicut pepcit latroni: similiter et mihi peccatori: scdo q̄sumus vt sicut tu illuminasti Centurionem rectorem militie ⁊ pepercisti sic parcas quēlibet habentem regimen populi vel curam animaꝝ vel dignitatem vt salutationem aīe cōsequatur: tertio dicimus agnus dei: vbi petimus ꝙ sicut inimicū populū cōuertisti ita conuertas ppl̄m cōem xp̄ianum ⁊ salua in bona sanitate et pace ⁊ miserearis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

omnibus peccatis suis. ¶ Uigesimũ secũdum opus qđ fecit dñs nr iesus xp̃s in hoc mundo amore nostri fuit qꝛ post suam sanctaꝫ mortẽ noluit statim recta via ascẽdere ad celum: sed sua nimia humilitate voluit primitꝰ descẽdere ad infernum multum secrete ad dandũ gloriam sanctis patribus qui statim cũ viderunt ipsum habuerũt gloriam ⁊ dixerunt gloriose pater quot annis expectauimus te. Nam ꝑ quinqꝫ milia annoruꝫ expectauerũt ip̃ꝫ cũ magnis suspiriis: et hoc representat sacerdos qñ vnã partẽ hostie ꝑmittit descẽdere ĩ calicẽ ⁊ ibi inebriatur ad denotandũ ꝙ in descensum aĩe xp̃i ad limbũ sic inebriauit aĩas sanctoꝝ gloria: ⁊ intantũ fuerunt inebriate ⁊ calefacte in amore dei ꝙ nesciebãt qđ eis accederat ⁊ cum hoc dulcore amoris laudabãt et benedicebãt deuꝫ dicendo illud Luce.j. Benedictus dñs deus isrl̃ quia visitauit ⁊ fecit redẽptionẽ plebis sue. ¶ Uigesimum tertiuꝫ opus qđ fecit xp̃s fuit ꝙ post suã benedictã mortẽ voluit deponi de cruce ꝑ manus Joseph et Nicodemi qui de licẽtia pilati sustulerũt illum de cruce ⁊ posuerũt in tabula. Et beata virgo cũ aliis mulieribꝰ parẽtibus ⁊ amicis erãt in circuitu corporis Et beata virgo osculãs oculos dicebat. O oculi gloriosi qui vident corda hoĩm et cogitationes eoꝝ. Et deinde osculabatur aures dicẽs. O aures q̃ audiũt cãtus qui fiunt in celo per angelos: deinde osculabat̃ nares di. O nares que sensistis fragrantiã odoris paradisi: deinde osculabat̃ faciẽ di. O facies que das gloriam angelis. Et deinde osculabat̃ vulnus lateris dextri di. O porta gloriosa per quã habemus ingressum ad paradisum. O fideles christiani qui vultis intrare paradisum venite ecce ianuaꝫ apertam: deinde osculabatur manus dicẽs. O manus q̃ creauerũt celuꝫ ⁊ terrã ⁊ oĩa que in eis sunt: post hec osculabatur pedes di. O sancti pedes qui mensurastis gloriam paradisi. Et maria magdalena lazarus Joseph ⁊ alii sancti approuinq̃bant ad corpus omnes flentes ⁊ quilibet festinabat vt citius poterat cum lachrimis vt posset adorare eum: hoc rep̃sentat sacerdos quando post pacẽ dataꝫ per modicũ spatiuꝫ tenet hostiã in manu Et tũc bonꝰ sacerdos si deuotus sit debet imaginari ĩ dolore quẽ virgo mater dolorosa patiebatur qñ tenebat euꝫ in gremio ⁊ in plãctu quẽ maria magdalena ⁊ alie bone mulieres ⁊ viri faciebãt qui in circuitu corporis erant intuendo vulnera ⁊ plagas quas christus pro redemptiõe humani generis sustinuerat et dꝫ lachrimis abundare ⁊ habere magnũ dolorẽ ⁊ cõtritionẽ cordis. ¶ Uigesimũ quartum opus qđ saluator noster fecit fuit qꝛ voluit vngi balsamo ⁊ mirrha ⁊ inuolui in sindonibꝰ mundis ⁊ albis ⁊ demũ includi in monumẽto lapideo ⁊ nouo sine aliqua corruptione ⁊ fractione: ⁊ representat̃ qñ sacerdos recipit corpus xp̃i: nã corpus sacerdotis est monumentum nouum iesu xp̃i. Et dicit notanter nouuꝫ quia in corpore nec debet esse labes nec macula peccati sicut nec in monumẽto xp̃i nõduꝫ fuerat aliquod cadauer polluens. Sic debet esse corpꝰ p̃sbyteri nouũ ꝑ pudicitiã ⁊ castitatem. Et sicut monumentũ erat ratũ ⁊ firmuꝫ qꝛ lapideuꝫ: sic p̃sbyter debet esse fortis et firmus in fide ⁊ vita bona ⁊ honesta. Et sicut corpꝰ christi fuit inuolutũ in sindone mũda ⁊ alba sic corpus sacerdotis debet esse mũdum ⁊ albũ ꝑ castitatem ⁊ abstinẽtiã cuiuscũqꝫ pcti qꝛ intra se hꝫ reponi corpꝰ xp̃i: fuit etiã corpus xp̃i imbalsamatũ. Sic corpꝰ p̃sbyteri debet eẽ balsamatũ bonis virtutibus. Sicut iustitia prudẽtia tẽperantia ⁊ fortitudine ⁊ ceteris virtutibꝰ inuolutꝰ in sindone mũda fuit corpꝰ xp̃i inuolutũ: sic in missa iesus xp̃s in illa tela alba hostie reponit̃ in cõsciẽtia p̃sbyteri q̃ est sepulchrũ xp̃i. Item credere possumus rationabiliter lꝫ textꝰ biblie nõ dicat ꝙ virgo maria ⁊ alii boni fideles credẽtes ꝙ xp̃s resurgeret tertia die collegerũt sanguinẽ qui sparsus fuerat in pede crucis ⁊ cum magno honore posuerũt in vase mundo ⁊ sic repositus fuit in monumẽto vna cũ corpe. Sciebat eñ v̄go maria ꝙ sanguis simul resurgeret cũ corpore tertia die gloriosus. Et iõ

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tanq̃ sepulchrũ iesu xp̃i est corpus sacerdotis: imo est sanctius q̃ sepulchrũ hierusalẽ: nã illud est lapideũ. Tu aũt factus es ad similitudinẽ dei etiã qr corp⁹ sacerdotis est cõsecratũ totũ ⁊ crismate vnctuz: et ideo magis sctm̃. Item in illo sepulchro fuit positũ corp⁹ xp̃i mortuuz: in corpore aũt sacerdotis reponit̃ viuũ gloriosum ⁊ imortale. Itẽ ibi fuit positũ semel ⁊ sacerdos sumit sepe ⁊ aliq̃ quotidie sumunt. Itẽ corpus xp̃i nõ tetigit sepulchrũ qr erat inuolutũ sindone: sacerdos sumit tñ inuolutũ carnẽ tñ ⁊ ossa et medullas tangit. Et cũ sepulchrũ illud sit sctm̃ q̃to magis ⁊ multo forti⁹ dicitur sanctũ corp⁹ sacerdotis ⁊c. ¶ Uigesimũ q̃ntũ opus qd̃ fecit dñs noster iesus xp̃s in hoc mũdo fuit qr postq̃ resurrexit de vita mortali ad immortalẽ fuit repertuz monumentũ aptum: ⁊ hoc rep̃sentat̃ qñ p̃sbyter vadit de medio altarꝫ ad cornu. Ad denotãdũ ꝙ sicut xp̃s se mutauit de mortali vita ad immortalem ita p̃sbyter ostẽdit calicẽ vacuũ ⁊ diaconus inuoluit siue plicat corporalia ad denotanduz ꝙ in monumento inuẽta sunt lintheamina. ¶ Uigesimũ sextũ op⁹ qd̃ fecit iesus xp̃s in hoc mũdo fuit ꝙ post suã gloriosissimã resurrectionẽ apparuit magdalene ⁊ apl̃is. Sed p̃mo apparuit v̄gini marie ⁊ tñ nõ apparuit ei solus sicut marie magdalene. Sed cũ oib⁹ sctis patriarchis ⁊ p̃phetis ⁊ innocẽtib⁹. Nũc attendite qualẽ cõsolationez debebat habere virgo maria qñ videbat filiũ suũ gloriosum cũ tãta multitudine angeloꝝ ⁊ hoc rep̃ntat̃ in missa qñ sacerdos dicit dñs vobiscũ: ⁊ rep̃sentant̃ ibi v̄ba ꝯsolatoria q̃ dixit iesus sue gloriosissime mr̃i. Etiaz quõ sancti patres laudabãt saluatorem suũ: deinde faciebant reuerentiaz matri sue: dicẽdo Regina celi letare ⁊c. Exinde em̃ nõ habebitis ampli⁹ displicẽtiã ⁊ dolorez de benedicto glorioso filio vestro dño saluatore ⁊ rectore nr̃o. ¶ Uigesimũ septimũ op⁹ qd̃ fecit iesus xp̃s in hoc mũdo fuit qñ apparuit apl̃is ⁊ exñs in medio eoꝝ dixit pax vobis. Et hoc rep̃sentat p̃sbyter in missa qñ se ponit in medio altaris vertens se ad ppl̃m di. Dñs vobiscũ: quasi velit dicere pax vobis. ¶ Uigesimũ octauũ op⁹ qd̃ fecit iesus xp̃s in hoc mundo fuit qñ volebat ascẽdere in celũ cõuocans em̃ apl̃os suos dixit eis. Eũtes in mũdũ vniuersũ ⁊c. hoc rep̃sentat̃ i missa qñ p̃sbyter dicit Ite missa est dãs licẽtiã ppl̃o vt vadat acceptũ placitũ corpale ⁊ refectionẽ corpalẽ sine pctõ: qr iã est expletũ sacramẽtũ: sic xp̃s dedit licentiam apl̃is eundi in mũdũ ex officio ad qd̃ venerat. ¶ Uigesimũ nonũ op⁹ qd̃ fecit xp̃s i hoc mũdo fuit qñ p̃missionẽ fctãm petro ⁊ alijs apl̃is cõpleuit ponens btm̃ Petrũ in regali possessiõe per ista v̄ba pasce oues meas. Tũc em̃ fuit institut⁹ papa. Et alijs clericis dixit accipite spm̃ sctm̃. Quoꝝ remiseritis peccata ⁊c. Et hoc rep̃sentat̃ in missa qñ sacerdos se inclinat añ altare inclinando caput tãtũ q̃tũ põt dicendo: placeat tibi sctã trinitas ⁊c. Tũc em̃ facit gr̃as osculãdo altare ⁊ inclinãdo se ad oñdẽdum miam infinitã qd̃ de⁹ voluerit tantũ humiliari ⁊ ꝙ tã excelsã ptãtẽ. s. dimittendi pctã fili⁹ dei dederit hoib⁹: null⁹ em̃ põt dimittere pctã nisi sol⁹ de⁹ Mat. ij. Ideo p̃sbyter inclinat se ad oñdẽdũ ꝙ anteq̃ de⁹ se inclinasset vt eẽt hõ hoĩes nõ habebãt istã ptãtẽ: cõsequẽter osculat̃ altare; recognoscẽdo gr̃am: deinde signat se signo crucis ad ostẽdendũ ꝙ p crucẽ venit absolutio. ¶ Trigesimũ op⁹ qd̃ dñs iesus xp̃s fecit i hoc mũdo fuit qñ exñte gl̃iosa ei⁹ mr̃e ⁊ apl̃is bñdixit fidelib⁹. s. tã viris q̃ mulierib⁹ qñ voluit ascẽdere in celũ: hoc dicit eccl̃ia. Eleuatis manib⁹ ferebat̃ in celũ ⁊ bñdixit eis. Tũc dicebat v̄go maria. O fili mi nonne ibo ego vobiscũ ⁊ dimittetis me hic iter iudeos. Sil̃r apl̃i dicebãt. O dñe qñ videbimus vos ⁊ nõne reuertemini: sed xp̃s data benedictiõe ascẽdit in celũ vñ exierat: ⁊ rep̃sentat̃ in missa qñ p̃sbyter data benedictiõe ppl̃o reuertit̃ ad sacristiam vñ exierat. Et ecce quõ tota vita xp̃i rep̃sentat̃ i missa. Et iõ vos sacerdotes celebretꝫ deuote memorãdo vitã xp̃i ⁊ ei⁹ passionẽ. Et vos laici deuote ⁊ attẽte audiatis nõ loquẽdo in missa nec appropinquando ad altare sz tacite orãdo: ita ꝙ nõ turbe-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tis alios iuxta vos orantes: vñ Eccl. iij. dicit. Iudicium patris audite filij dilecti: ⁊ sic facite vt salui sitis q̃si dicat vos xp̃iani qui estis filij dilecti audite iudicium patris. i. missam in magna reuerẽtia habeatis: nã sacerdotes toti inflammati debẽt ire ad celebrationẽ tanti misterij. i. sacramẽti ⁊ populares cũ magna reuerẽtia debẽt audire nõ loquẽdo cum aliquo: sed ꝑ se basse dicendo ⁊c.

¶ De tribus modis quibus põt retineri christus vt nobiscum maneat.

Distinctio.ccx.



Xp̃us vt maneat nobiscuz põt retineri triplicit. Prio loquẽdo ꝟba spũalia. Scdo audiendo doctrinas celestes.

Tertio operãdo opera misericordialia.

¶ Primus ergo mod⁹ quo xp̃s retineri põt est loquẽdo ꝟba spũalia. Et rõ est qꝛ xp̃s est ꝟbũ dei patris nõ tñ trãsitorium sed eternũ ⁊ ꝑmanẽs: ⁊ ideo applaudet suo simili. s. ꝟbo bono ⁊ spũali: iõ manet cũ illis qui loquũtur de spũalib⁹. Et iste modus tangit Luc. vlti. vbi dr. Duo ex discipulis iesu ibãt ip̃a die. s. resurrectionis in castellũ qđ erat in spatio stadioꝝ sexaginta ab hierl'm noie emaus ⁊ ipsi loquebãtur adinuicẽ de his oĩbus q̃ acciderãt: ⁊ factũ est dũ fabularent ⁊ secuz quererẽt ⁊ iesus appropinquãs cũ illis ibat oculi aũt eoꝝ tenebant ne eũ cognoscerent: dicit ergo: duo ex discipulis non em̃ erãt de numero apl'oꝝ: sed de numero. lxxij. discipuloꝝ et nomẽ vnius erat Cleophas de alio nõ fit mẽtio in euãgelio q̃s erat. Sed dicũt q̃dã ꝙ erat Lucas Sed qꝛ scripsit euãgeliũ noluit se noiare. Beat⁹ aũt Ambrosi⁹ sup Lucã. xiiij. capl'o dicit. Hũc vocatũ esse amaonem. Et btũs Augustin⁹ in q̃stionib⁹ noui testamẽti q̃stione. lxxvij. istos duos noiat cleopham et amaonẽ: illi ergo discipuli ibãt emaus qđ distabat ab hierl'm stadijs sexaginta: vnde stadium sumptum est ab hercule. Et dicit ꝙ loquebantur de omnibus que facta erant in hierusalem qñ dicit dum fabularentur: ⁊ secum quererent. Sed cum dr ꝙ loquebantur de oĩbus videatur de aliquib⁹: vñ dicebat vnus alteri. O socie quid tibi videt de magistro nostro iesu q̃ tã malũ finem fecit. Cui dixit alius. Nunq̃ vidi hoiez ita sctm̃ qui ita malũ finem fecerit quia ipse erat humilis castus paupertatem amãs. Et ita de alijs. Dũ autẽ sic loq̃rẽtur statim affuit xp̃us in forma peregrini et salutauit eos. Et post inceperunt ire simul. Et iterũ illi duo inceperũt loq̃ ⁊ quesiuit vnus ab alio. Socie quid tibi videtur de magistro nostro iesu christo quez credebamus saluatorẽ: dixit alius apparet ꝙ eẽt saluator qꝛ faciebat mlta miracula sanabat leprosos faciebat loq̃ mutos: illumiabat cecos. Et ita de alijs Cui dixit alius. Nõ ꝓpter hoc apparet ꝙ sit deus quia multi ꝓphete fecerũt miracula. Cui dixit alius: veruz est: sed nõ in tali mõ qꝛ illi faciebãt orationẽ. Sed iste ex p̃cepto faciebat miracula: post dixit alius. Pro certo nõ apparet ꝙ sit de⁹ quia mortuus est ⁊ deus non potest mori. Cui dixit ali⁹. O socie verum est ꝙ nõ est mortuus inquãtuz deus sed inquãtum homo qꝛ ostendebat se esse deuz in multis q̃ non possent fieri a creatura et statim faciebat opus aliud ad ostẽdendum suam humanitatez. Cui dixit ali⁹. O socie bene dicis. Itez dixit ali⁹. Nõne recorderis quõ in quodã sermone dixerat se moriturũ ne humanũ genus periretur. Cui dixit alius. O socie quãtum clarificasti mihi intellectũ qꝛ iam recordor de ſmõe illo. Cui dixit ali⁹. O socie nõne i nocte passiõis sue ipse fecit orõnẽ ne moreretur. Cui dixit alius ita: sed cũ esset prius in galilea dixit ꝙ veniret in iudeã ad mortẽ. Et iõ orauit solũ ad exẽplũ nr̃m vt in tribulatione orem⁹. Itẽ vr̃ esse saluator qꝛ in cruce orauit ꝓ ipsum crucifigẽtib⁹. Cui dixit ali⁹: ꝓ certo verũ dicis: sed aliđ ꝟbũ dixit qđ maiorẽ mihi infert dubitationẽ. Quia alta voce dixit Hely hely ⁊c. Cui dixit alius: verum est heu heu: q̃d dicẽdũ est ad illud: ⁊ ita ibãt flendo nesciẽtes respõdere. Sed dicebãt ꝙ si esset filius dei p̃ris nõ dimisisset euz cũ ver⁹ pater non dimittat filiũ. Et post

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

illuminauit eos christus. Et dixit vnus eorum. O socie non dixit se derelictum a patre: sed dixit in persona nostri q̃ pater dimisit eum in nobis: quia non oẽs dimisimus illum. Item q̃ magnũ signum fuit quando sol obscuratus est. Cui dixit alius q̃ forte erat eclypsis. Cui dixit alius: non poterat esse quia erat plenilunium. Pro certo dixit alius verũ est. Similiter monumẽta aperta sunt. Et petre scisse sunt. Et ita loquebañ adinuicem. Et christus semper ibat cũ ipsis nõ dans verbũ. Et ipsi semper flebãt. Post in fine dixit vnus alteri siue esset saluator siue non adminus erat vna sanctissima persona: z semper christus ibat cum ipsis. Patet ergo q̃ loquẽdo verba spiritualia christum detinemus sicut illi duo fecerunt. Et ideo dicit christus Matth. xviij. Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio ipsoꝝ. Dicit duo vel tres: quia omnis numerus potest reduci ad duos vel tres. Cuz ergo christus sit in medio cũ magna deuotione debent stare illi qui loquuntur verba diuina cum ibi sit christus rex: imperator z papa: ipse eñ est oia. Item similiter sunt ibi multi angeli q̃ ipse non est solus. Sicut imperator non vadit solus pari forma est in choro cum dicũtur horæ. Et ideo inuitañ in principio vt cito veniat: cum dicitur Deus in adiutoriuz meũ intẽde ꝛc. statim eñ est in medio illoꝝ cum incipiũt horas sicut affuit illis duob⁹ discipulis quod ipsi ostendũt cum dicunt Gloria patri z filio z spiritui sancto: inclinant caput: vn⁹ versus alũ non tamẽ vnus alteri sed christo qui est in medio: z tõ debẽt meditari ne faciãt illicita nec debent respicere mulieres: q̃ christus videt eos. Similiter layci quãdo congregañ ad consiliũ debent congregari in nomie iesu scz ad saluationẽ: q̃ nomen eius saluator interpretat. Itẽ si debent cõgregari ad faciendũ pacem vel matrimoniũ vel aliud bonũ caueãt ne dicant mendaciũ q̃ nõ est nomẽ christi cum ipse sit veritas. Johan. xiiij. Ego sum via veritas z vita: ergo omnia fiant in nomine dei: et ita semper christ⁹ aderit sicut affuit illis duob⁹ discipulis: qm̃ si illa verba durassent decẽ annis nunq̃ christus discessisset ab eis. Per contrarium est quãdo cõgregañ ad faciendũ malũ: non eñ est ibi christus scz quãdo congregañ ad ludum taxillor̃: q̃ ibi nõ est nomẽ dei sed blasphemia illius: ideo debet vitari talis ludus q̃ est fons blasphemie. ¶ Secũdus modus quo retinetur christus est audiendo verba diuina. Et ratio est q̃ ille qui loquit habet verba in ore z ille qui audit habet illa in intellectu. Cum ergo christus maneat loquendo multo magis audiẽdo q̃ plus placet deo quãdo verba sunt in intellectu q̃ quãdo sunt in ore. Et ideo audiendo missas et sermones christ⁹ est in medio. Iste modus ostẽditur Luce vlt. vbi habetur q̃ quãdo christus incepit loqui z discipuli audire ipse ibat cum illis: dixit illis iesus christ⁹. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicẽ ambulantes? Qui respõderũt. Tu solus peregrinus es in Hierusalez et non cognouisti que facta sunt in illa his diebus: dicunt Tu solus peregrinus quasi dicerẽt. Tu solus es peregrinus z ignoras cum bene deberes scire que facta sunt. Qui dixit: et que? non eñ dixit nescio quia nolebat mentiri. Tunc dixerũt de Jesu nazareno qui fuit vir prophetа ꝛc. vsq̃ resurrexit: dixerũt sperabam⁹: vbi dicit gl. quasi dicant q̃ iam non speramus. Tũc dixit christ⁹. O stulti z tardi corde ad credendum in omnib⁹ que locuti sunt prophete. Nota q̃ non capitur ibi stult⁹ pro faruo q̃ christus nemini iniuriabatur. Sed capitur pro rudi scilz duro intellectu q̃ ipsi non intelligebant. Qui dixit. Nõne hec oportuit pati christum et ita intrare in gloriã suã. Et addidit vos nescitis prophetias que clare dicunt christum moriturũ. Qui dixerunt. Et tu scis illas? Ita dixit ipse. Et tunc dixerũt. Dic nobis. Et incipiens a moyse z omnibus scripturis. Et dicatur de aliquib⁹. Dixit aũt illis. Nõne in principio mũdi deus in paradiso terrestri plantauit arborem vite: de cuius fructu comedẽs nunq̃ poterit mori: per quã arborẽ denotat crus

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

christi que fuit plantata in medio terre: quia ibi fuit facta passio xpi que est medium terre: iuxta illud ps. lxxiij. Deus rex noster operatus est salutez in medio terre. Et quicūq; capiet de fructu crucis scz per fidem credendo z obediendo nō morietur morte eterna. Qui dixerunt. O qz magister noster nō predicabat nobis ista. Qui dixit. Bene sciebat: sed vos eratis rudes z non poteratis capere. Et dixerunt. Dic nobis amplius. Qui dixit. Nonne in principio mūdi deus creauit Adam z illo dormiente abstraxit vxorez a latere per quod denotatur redemptio quoniā quādo christus magister vester obdormiuit per mortem apertum est latus a quo facta est vxor eius scz ecclesia: qz ibi sumpsit creationem. Qui dixerūt. Ho ho: quia nunq̄ audiuimus talia mirabilia. Item quando deus voluit destruere mundū quomō precepit Noe facere archam in qua solum saluate sunt octo persone. Unde archa denotat crucem per quā facta est saluatio mundi: et non saluātur per eam nisi octo persone: scz octo cōditiones hominum.

Prima cōditio est dominoz terreno.

Secūda est prelatoz ecclesiasticorum.

Tertia est religiosorum.

Quarta est sacerdotū simplicium.

Quinta est diuitum.

Sexta est pauperū si patientes fuerint.

Septima est vxoratoz siue cōiugatoz.

Octaua est continentium.

Quare isti saluantur z nulli alij: si tamē bene se regant. Post dixit eis aliam figuram scz de Abraham qui volens immolare filium suum Isaac cepit arietem: per quod denotat q deus pater voluit mactare filium suum quantum ad humanitatem que denotatur per arietem: z diuinitas denotatur per Isaac: quoniā non mactatus nec occisus fuit dei filius in cruce. Qui dixerunt. O deꝰ quō scis ista? Tu iam magis scis q̄ magister noster. Quibus dixit. Non: sed bene scio tantū. Post dixerunt ei. Scis vltra? Qui dixit. Ita: nonne in Bresith legitur scz in Genesi de Joseph qui habuit duos filios scz Manasseem z Effraym: quorum maioz erat Manasses. Quos cum voluisset bñdicere Jacob pater Joseph dedit benedictionem positis manibus per modum crucis ponendo dexterā super Effraym: et sinistram super Manassem. Quem cū increpasset Joseph dixit Jacob prout legitur Geneſis. xlviij. Scio fili mi scio: et iste quidem erit in populos et multiplicabitur: sz frater eius minoz maioz erit. Per istos duos filios intelliguntur duo populi scz Judaicus primus et maioz qui intelligitur per Manassem qui interpretatur obliuio: qz ipse oblitus est deum. Et per Effraym qui interpretatur crescens populus crediturus in christum scz populus christianus intelligitur qui multum crescit per predicationem in virtutibus super quem venit benedictio redemptiōis per crucem z mediāte cruce: sicut venit benedictio patris super Effraym mediante cruce z vos nō intelligitis ista. Qui dixerunt. Pro certo non. Pro certo tu es vnus magnus rabi. Et tunc dixerūt. Dic nobis magis. Qui dixit. Nonne legitur Exodi. xij. q deus precepit filijs Jsrael qui erāt in Egypto vt occiderent agnū et de sanguine facerent crucem super ostiū z coquerent ipm in veru fine aqua: z illud fuit signū literationis ab egyptijs. Qui dixerūt q sic. Et ipse dixit. Illud significat redemptionem humani generis per agnū qui est christus qui vocat agnus. Unde Joannes baptista ita vocauit eum quando dixit. Ecce agnus dei: qui fuit coctus in veru crucis in igne charitatis: z ita redemptum est genus humanum a potestate Egyptioz hoc est demonum. Qui dixerunt. Hoy hoy: nunc intelligimus: z vbi studuistis vt intelligas ita bene scripturas? Qui dixit q in bono studio studueram. Et rogauerunt eū q diceret magis. Qui dixit. Nonne legitur Exodi. xv. ca. q cum populus iudeorum nō posset bibere aquas propter earum amaritudinem: q Moyses ex precepto dei posuit lignum in aquis z facte sunt dulces. Qui dixerunt q sic. Et tunc ipse dixit eis q

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

aque denotãt tribulationes humani generis que ante passionez xp̃i erant amarc. Sed ex quo positum est lignũ crucis fuerunt dulces: qz in memoria ipsi⁹ fusti nebũtur patienter. Et tunc dixerũt. Pro certo nõ intelligebam⁹: z flebãt ex denotione z gaudio z ita cõsolabãt eos. Post dixerunt. Me he: dic nobis vltra qz sine dubio tu es vnus magnus rabi. Qui dixit. Mõne scitis quõ filij isrl in deserto q̃ erant percussi a serpente adorabant serpentem eneum positum super quẽdam palum factum in modum crucis: qz ita deus preceperat Moysi z sanabant statim a veneno: vt ptz Num. xxi. Qui dixerunt q̃ sic. Quibus ipse dixit q̃ tam mille quadringenti anni lapsi sunt z plures q̃ patres vestri adorauerũt crucem christi venturam. Quoniam sicut per adorationem illius iudei sanabant a veneno serpentum: ita similiter illi qui adorant crucem christi saluantur a veneno demonum. Qui dixerunt. O dñe tam bene clarificas intellectũ nostrũ: he he dic nobis vltra. Non scitis quõ diuiserunt vestimenta magistri vestri in cruce pendentis: z quomodo super vestem suã quam semper portauerat miserunt sortẽ. Qui dixerunt: vtiqz. Dixit ipse. Tunc completa fuit prophetia Dauid quando in ps̃o na christi loquens dicebat p̃s. xxvij. Diuiserunt sibi vestimenta mea z super vestem meam miserunt sortem. Qui dixerunt. Ho qz intellectus noster erat inclusus ad alind intelligendum. Item dixit eis. Bene estis tardi ad credendum ea que dicta sunt per prophetas de eis⁹ mor te turpissima: nonne audistis Esaiam dicentem Esa. liij. Vidimus eũ z non erat ei species neqz decor. Item habetis Danielem clare de morte christi loquentez qui dixit. Post sexaginta hebdomadas occidetur christus. Qui dixerũt. O multum clarificasti intellect⁹ nostros: quia pro certo ipse est saluator mundi. Patet ergo quomodo audiendo verba dei cuz ipsis mansit christus: z ita similiter nobiscum si audiamus verba diuina. Et ideo audiamus sermones z missas: maxime in die dominico z die festo nihil vẽdendo nec emendo: nec vendendo carnes q̃diu dicitur missa. Nec apothecarij debent aliquid vendere nisi sint medicine. Et ita christus manebit nobiscũ scz audiendo verbum suũ. Unde est auctoritas Hieremie. xxiij. Tu in nobis es dñe z nomen sanctum tuum inuocatum est super nos scilz audiendo: ne derelinquas nos. Item est alia auctoritas noui testamenti in actibus apostolorũ ca. x. vbi dicitur. Adhuc loquente petro cecidit spiritussanctus super omnes q̃ audiebant verbũ. Nota ergo q̃ adest deus audientibus verba spiritualia: z sic potest retineri vt maneat nobiscũ. ¶ Tertio retinetur christus ab omnibus operantibus opera misericordie z manet cũ eis. Et iste modus etiam ostenditur Luce vlti. vbi dicitur q̃ approp̃inquauerũt castello quo ibant z ipse finxit se lõgius ire: z coegerũt eum dicentes. Mane nobiscum domine quoniã adueperascit et inclinata est iam dies. Ubi sciendum q̃ Emaus non est in certo itinere sed ad libitus: et ideo cum fuerunt in loco quo fumitur iter ad Emaus Christus finxit se longius ire. Et tunc apostoli dixerunt. Mane nobiscum domine. Et ipse renuit fingendo se longius ire. Qui ceperũt eũ vnus ab vna parte z aliusab alia: z coegerunt eum z ierunt ad diuersorium et vocauerunt hospitã z dixerunt ei. Quomodocunqz sit caueatis vt bene paretis ad comedendum z bonum lectum z bonam mensam. Que videns eos pauperrime indutos z christum dixit. Et vultis ita sumptuose parari vobis cibum? Qui dixerunt. Ita pro isto peregrino. Quẽ dixit. Et quomõ cum sit ita pauper? Qui dixerunt. O hospita vos nõ cognoscitis eum. Ipse enim q̃uis sit male indutus est vnus magnus clericus z rabi: quare non dubitetis sed paretis nobis bene: quoniã optime soluemus vobis. Tunc statim hospes posuit mensam apponendo mapam albam z panem z vinũ desuper bene honeste: z lauerunt manus. Et post christus dedit benedictionez cõsue

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

tum:scz. Oculi oim in te sperant dñe ꝛc. ps .cxliij. Tunc illi audientes dare benedictionem ad modū magistri sui miserati sunt. Et cum sedissent christus accepit panem ꝛ fregit. Hospes aūt parabat alios cibos. Cūcz fregisset panem cum manibus apparuit ac si fregisset cū gladio:ꝛ porrexit illis. Tunc ipsi fuerūt illuminati ꝛ cognouerūt eum: ꝛ ceperūt dicere dñe dñe. Et statim xps euanuit ab oculis eorū. Hospes aūt audito clamore venit ad camerā: ꝛ possumus meditari ꝙ cepit ensem et petijt quid habuerāt cum clamassent:itaqꝫ dixit eis. Quid fecistis de socio vestro qz eratis tres ꝛ modo nō estis nisi duo. Qui dixerunt ꝙ xps erat magister eorū qui surrexerat a mortuis ꝛ euanuerat ab eis. Et statim surrexerunt sine comestione ꝛ potu et reuersi sunt in Hierusalem illa hora dicētes inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat de Jesu duz loqueret nobis in via: quasi diceret vnus alteri. O socie quādo loquebatur nobis in via tunc cor nostrum ardens erat in deuotione ipsius. Qui dixit ꝙ sic. Et ita flendo venerūt in illa hora in hierlm: et oibus quibus obuiabāt dicebant ꝙ surrexit dñs vere. Patet ergo ꝙ faciendo opus mie in xpo.s. ad diuersorū,putendo sibi de cibo ipse manſit cū ipsis pari forma prestando qz magnum opus est dare: sed maius est aliquando prestare indigentibus: verūtamen in isto bono accōmodatiōis et prestationis immiscetur multoties vermis pessimus,s. vsura que multis modis cō mittitur que tenet principatum in quacūcz conditione hoim tam ecclesiasticis ꝙ mercatoribus. Fugiatur ergo iste vermus. Sed datur modus iumendi vsurā lez a deo qz ipse paratus est per chartas notarioꝝ ad reddendum vsuram. Quorum vnus fuit Moyses qñ dixit Deuteronomio .xxiij. Non fenerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam neqꝫ fruges nec quālibet aliā rem:sed alieno fratri tuo absqꝫ vsura id quo indiget cōmodabis vt benedicat tibi dñs deus tuus in oīi opere tuo. Ergo in opere benedicat qui prestat sine vsura. Item Salomon Proverbiorū .xix. Fenerat dño qui miseretur pauperis ꝛ vicissitudinem suam reddet ei. Item est alia auctoritas noui testamenti ipsius christimet Lu. vj. Mutuū date nihil inde sperantes et erit merces vestra multa in celis. Et isto modo retinebitur christus et manebit nobiscū hic per gratiā ꝛ in futuro per gloriam. Quā nobis concedat ꝛc.

¶De nouem argumentis per que christus ostendit resurrectionem suam apostolis et alijs.

Distinctio.ccxj.



Dñs ostendit resurrectionem suam apostolis et alijs per nouem argumēta: et per similia argumēta ostēdit nobis ꝙ possumꝰ cognoscere an simus resuscitati de peccato ad ad gratiam. ¶Primū argumentum fuit per aperturam monumenti: vnde quando resurrexit non erat apertum monumentū immo erat claufum: ꝛ clauso monumento exiuit sine fractione. Sicut exiuit verus deus et homo de vtero virginis Marie sine corruptione. Sed angelus postea aperuit: vnde Matthei viij. Angelus dñi descendit de celo ꝛ et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum. Et sic dixit eis ꝙ erat resuscitatus et monstrabat eis linteamina: ꝛ credidit beatus Joānes. Spiritualiter sic potest cognoscere quilibet de se si est resuscitatus in anima de peccato ad gratiaz per aperturam monumēti. Unde ꝑdum aliquis stat in peccato mortali tandiu est monumentū: nam monumentum est depictū aut palliatū a foris: intus tamē est plenū spurcitijs de malis cogitationibus locutionibus et superbia et alijs peccatis: et sic fetet. Unde Jesus reprehendens phariseos et scribas hypocritas dixit Matthei .xxiij. Ue vobis scribe et pharisei hypocrite q̄ similes estis sepulcris dealbatis que a foris apparent hominibus speciosa: intus autez plena sunt ossibus mortuoꝝ ꝛ omni spurcitia.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sic ⁊ vos a foris quidem paretis hominibus iusti: intus autez pleni estis hypocrisi ⁊ iniquitate. Ecce ergo rationē ⁊ auctoritatem qd̄ persone que stant in peccato sunt monumenta: cum ergo aperitur monumentuz per confessionem oēs spurcitie ⁊ immunditie ⁊ corruptiones q̄ sunt intus exeunt. Et tunc est signum ꝙ anima est resuscitata postq̄ monumētū est apertum: ⁊ sic credidit Johānes resurrectionem Jesu xp̄i ꝑ aperturam monumenti: ⁊ hoc fuit factum ad dandū intelligere quod cognosceremus nostram resurrectionem de peccato ad gratiaz. vnde Esa. xxxviij. Uiuens viuens ipse confitebitur tibi sicut et ego hodie: dicit bis viuens. q. d. in vita nature viuēs: in vita gratie: qꝛ qui est in inferno confitetur sz nō prodest sibi qꝛ per vim: ergo oportet ꝙ viuens ⁊ voluntarie confiteat dum viuit in hoc mundo: alꝫ non proderit. vnde Prouerb. xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Qui aūt confessus fuerit ⁊ reliquerit ea miaz consequetur: ergo non loquitur de confessione fienda deo qꝛ deo non abscondūtur peccata: ergo hominum cui absconduntur sunt cōfitenda: ⁊ ideo si est aliquis qui non fuerit certꝰ de resurrectione a peccatis per gratiā in hoc potest cognoscere. ¶ Scd̄z argumentum quod dedit Jesus de sua resurrectione fuit per testimonium angelorum quod est veruz. vnde sicut malus non potest dicere veritatem nisi per vim. vnde Jo. viij. In veritate non stetit qꝛ veritas in eo non est cum loquitur mendacium: ex proprijs loquitur qꝛ mendax est ⁊ pater eius. Sed angeli beati qui sunt in celo non possunt mentiri. Et per istos s. beatos angelos voluit mōstrare suam resurrectionem apostolis. vñ dicit Mat. ꝙ qñ marie iuerunt ad monumentuz ad vngendum corpus xp̄i apparuit eis angelus qui dixit eis. Quem queritis Jesum nazarenum iam surrexit sicut dixit: venite ⁊ videte locū vbi positꝰ erat dñs. Mat. vlti. Et sic voluit monstrare suam resurrectionez testimonio angeloꝝ. Sic est in nobis si volumus cognoscere vtrū simus resuscitati debemꝰ scire per p̄sbyterum qui dz habere proprietates angeli. Primo castitatem ⁊ puritatem sicut angelus. Item angelus non curat de pecunia nec de auaritia: sed de conseruando animas ⁊ dirigendo eas ad deum: talis dz esse presbyter. Item angelus non habet inuidiam de alijs: sed charitatē amorem ⁊ dilectionem: talis dz esse sacerdos Malach. ij. Labia sacerdotis custodiūt scientiam ⁊ legez requirent ex ore eius: qꝛ angelus dñi exercituum est. Ecce quō sacerdos vocatur angelus. vnde si sacerdos est bone vite numeratur cum bonis angelis. Si malus cum malis: ergo quādo persona hz testimonium boni p̄sbyteri tunc est signum quod est resuscitata: ⁊ hoc qñ sacerdos dicit fili vel filia. Ego video ꝙ vos habetis contritionem de peccatis vestris: ⁊ fecistis veram confessionem: nunc vero auctoritate qua fungor Ego te absoluo ⁊c. ⁊ tunc penitens potest dicere confessori illud Job. x. Uitam ⁊ miam tribuisti mihi: ⁊ visitatio tua custodiuit spm̄ meum. Et ecce scd̄m argumentum per qd̄ fuit manifestata resurrectio xp̄i: ⁊ nos possumꝰ cognoscere vtruz simus resuscitati de peccatis ad gratiaz dei per angelum. s. bonum sacerdotem. ¶ Tertium argumentum per qd̄ dñs noster Jesus xp̄s demonstrauit suam resurrectionem est monstrando vulnera. vnde post resurrectionem suam voluit retinere plagas: non ꝙ sint adhuc vulnera aperta sed remansit signum quasi stella in manibus ⁊ pedibus: ⁊ in latere sicut media luna: ⁊ qñ apostoli dubitauerunt dixit eis Jo. xx. Uidete manus meas ⁊ pedes meos ⁊c. et propter hoc crediderunt ⁊ ideo gauisi sunt discipuli viso dño: sic est de nobis: qꝛ vulnera anime nr̄e sunt peccata mortalia que vulnerant taliter animam ꝙ faciunt ipsam esse inimicam dei per priuationem gratie. Que modo ergo cognoscetur ꝙ anima sit resuscitata? Dico ꝙ sicut vulnera Jesu xp̄i fuerūt mutata in signum stellarum: sic peccata nostra mutando in aliam speciem cōtrariam illis: tunc est signum resurrectiōis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Pcut si aliquis est vulneratꝰ peccato superbie ⁊ mutat in virtutem lucentem et resplendentem illi contrariaꝫ.s.in humilitatem signuꝫ est resurrectionis. Ad idē si est in peccato auaritie capiendo signū contrarium lucens liberalitatis ⁊ misericordie: tunc qꝛ prouocatur ad vomitū eijciat de corpore illud peccatum.s.restituendo: vsuras: rapinas: ⁊ alia male acquisita faciendo de eis restitutioneꝫ: ergo si per vim habemus facere meliꝰ est ꝙ libenter ⁊ liberaliter faciamus. Itē si quis habet vulnus fetens luxurie p̄ter illos de matrimonio oportet ꝙ capiat signum lucens ⁊ clarum.s.castitatem verā ⁊ puram ⁊ tunc refuscitabitur. Item de alijs peccatis semper remaneat signum in corpore si fieri potest portando ciliciū ieiunium ⁊c. que sunt signa viri spiritualis: ⁊ cum dominus Jesus dicet in die iudicij nobis. Ecce plagas quas sustinui ꝓ vobis: dices tu. Dñe ad idem ego sustinui illud: ⁊ iō dr Matt.iiij. Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Ec ecce tertium quomodo per demonstrationem vulnerum manifestauit Jesus suam resurrectionem: sic et nos ꝑ signa lucētia ⁊ apparentia contraria peccatis demonstrabimus resurrectionem anime nostre. ¶ Quartū argumētū fuit per tactum. vnde ip̄i apostoli estimabāt se spiritum videre: ⁊ Jesus dixit eis. Palpate ⁊ videte qm̄ spiritus carnem ⁊ ossa non habet sicut me videtis habere. Luc. xxiiij. Et ideo per illud argumentū fuit approbata resurrectio. Et nota hic: ⁊ bene pro nobis: qꝛ cum tactu probat̄ creatura si est resuscitata a peccato: ⁊ similiter ꝑ tactū probatur quales presbyteri: ⁊ alij religiosi sunt quod si videtis eos credetis ꝙ sint boni ⁊ deuoti ⁊ hoc ꝑ visum ⁊ forte non sunt boni: et ideo oportet qđ probentur per tactum sicut quando videtis scutum cuꝫ bono colore dicitis bonum debet esse: sed si tangatis cum proba non bene cognoscetis illud: sic est de nobis: quia forte illi tales sunt hypocrite ⁊ superbi intus: si ergo vultis probare tangatis eos dicendo: vos estis vnus malus sacerdos vel religiosus: et dicet Ego sum melior vobis: ecce iam probatus est tactu per impatientiam: si enim habuisset patientiam esset bonus: ergo in tactu est bona probatio: ⁊ ideo christꝰ voluit tangi ad demōstrandū nobis qđ in tactu probatur creatura. Exemplum de Job: qui cum fecisset multa opera misericordie dixit deus sathane. Nūquid considerasti seruum meum Job qđ non sit similis ei in terra homo simplex et rectus ⁊ timens deū: ac recedens a malo. Cui respondens sathanas ait. Nunqđ frustra Job timet deum. Nūquid tu vallasti eum ⁊ domum eius vniuersamq; substantiam eius per circuitum operibꝰ manuum eius benedixisti: ⁊ possessio eiꝰ creuit in terra. Sed extēde paululū manum tuam ⁊ tange cuncta que possidet: nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad sathan. Extende manū tuam tangendo eum: ⁊ satis tetigit: ⁊ ip̄e Job dixit. Dominus dedit dominꝰ abstulit sicut dño placuit ita factuꝫ est. Sit nomen domini benedictum. Job.j. Iste tenuit ad tactum probe: ergo quando aliquis tangit vos ⁊ non potestis sustinere debetis dicere. O miser quomodo suꝫ debilis ⁊ miser qui in tactu iniuriarum non possum habere patientiam. Ecce ergo quomodo per tactum probauit suaꝫ resurrectionem ⁊ nos debemus probare nostraꝫ. ¶ Quintū argumentum fuit in comedendo qꝛ voluit comedere: naꝫ angeli qñ Abraham inuitauit eos. Genes. xviij. apperebant comedere ⁊ nō comedebant: qꝛ non habent stomachum neq; guttur ⁊c. ⁊ ideo non comedebant vere. Sed iesus vere comedebat ⁊ gustabat ⁊ cibus intrabat in stomacho sed nō faciebat digestionem: quia euanescebat ſm suam voluntatē: ⁊ ideo vere comedit coram eis vt ostenderet eis ꝙ vere esset resuscitatus verus deus ⁊ verus homo: lꝫ non indigeret comestiōe: sed moraliter pro nobis videamus quis resuscitatus est nobis a morte peccati ad vitam gratie: comedistis bene de istis carnibꝰ isto paschate: ita. Sed videamꝰ: comedistis

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bene de agno paschali corporis iesu xp̄i qui est vita: qꝛ sicut per gustum vel cibū prouenit pctm̄ ⁊ destructio humane nature. Ad idem deus ordinauit cibū aliuꝫ s. fructum ventris beate Marie ꝟgiuis. vt si q̄s gustaret de eo haberet vitā eternam ꝑ eū: qꝛ sicut deus voluit adorari in archa manibus hoīm facta. Ad idē nūc sub meliori forma visibili. s. panis pascati a manibus hoīm vult adorari. Et ideo si forte non cōedistis de isto pascate: cras mediante deo poteritis comedere: ⁊ tūc erit in vobis signum resurrectionis aīarum vestraꝝ de peccato ad vitam. vnde Jo. vj. Panis quem ego dabo caro mea est ꝓ mundi vita. Ecce ergo quō gustando demonstrauit suā resurrectionem: et nos poterimus cognoscere nostrā resurrectionē ex eius exemplo. ¶ Sextū argumentum fuit ambulādo. s. cū discipulis ad castrū emaus: ⁊ illud peditare fuit signum resurrectionis: ⁊ ideo cū resuscitauit Lazarum dixit: surge. Et post dixit. Soluite eū ⁊ sinite abire. Jo. ij. quasi dicat ꝙ illud ambulare ꝓbauit verā resurrectionē in eo: ⁊ est nobis exēplū vt possimus cognoscere si simus resuscitati per argumentum ambulandi: ⁊ quō ambulabimꝰ: iuxta doctrinā Dauid p̄s. lxxxiij. Ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deoruꝫ in syon. vnde potestis scire in p̄sbytero si dicatis ei: hodie est vnꝰ annus ꝙ celebrastis: respōdebit ꝙ sic: ⁊ habebatis multam deuotionem: dicet taliter: et hodie celebrastis: dicet quod sic. Et quō est de vestra deuotione: dicet taliter sicut āno p̄terito: signū est ꝙ est mortuus ⁊ non resuscitatus: si em̄ infra annum non meliorastis vos nihil ambulastis: qꝛ in illo statu estis ī quo eratis mō est annus ⁊ sic de ceteris: qꝛ semꝑ stāt in vno statu ⁊ non meliorant se: immo deteriorant se: qꝛ heri eramus mali hodie peiores sumus. Et ideo sicut sumus itinerantes ita debemus itinerare meliorando nos. vnde ad Colossen. j. Ambuletis digne deo per omnia placentes in omni opere bono fructificantes ⁊ crescentes in scīa dei. Et iō sicut ꝑ ābulare demōstrauit suam resurrectionē ita nos poterimꝰ cognoscere nostrā. ¶ Septimū argumētum fuit loquendo ore. vnde Luc. xxiiij. Incipiens a Moyse ⁊ oībus ꝓphetis interp̄tabatur illis in oībꝰ scripturis que de ipso erant: ⁊ sic in loquendo demōstrauit suā resurrectionē: qꝛ loqui est opꝰ hominis rōnalis. Et ideo discipuli cognouerunt resurrectionē in loquendo: qꝛ de oībus scripturis ⁊ gestis loquebat̄ eis. Ad idē nos in loquēdo possumꝰ cognoscere resurrectionē nostrā. s. bene loquēdo aut male: qm̄ qualisquisq̄ est: talia loquitur operatur ⁊ agit. Ad idē Aristoteles. ij. periarmenias. Voces sūt note earū q̄ sunt in aīa passionū. vñ si ego loq̄r blasphemias diffamationes ⁊ alia ꝟba otiosa signum est ꝙ sum mortuꝰ in aīa ꝑ pctm̄: sed si loquar verba dei ⁊ fructuosa signū est ꝙ aīa est viua sicut arbor qñ facit plures flores fructus ⁊ folia: signum est ꝙ radix est viua. Ad idē qñ quis loq̄tur bona verba cognoscit̄ viuere qñ mala cognoscitur mortuus esse. vñ Matth. xij. Bonus homo de bono thesauro profert bona: ⁊ malꝰ homo de malo thesauro ꝓfert mala: ⁊ ideo sicut loquendo manifestauit Jesus discipulis suis resurrectionem suam. Ad idem nos in loquēdo poterimus cognoscere an simus resuscitati vel non. ¶ Octauum argumentum sine signum fuit frangendo panem quādo iuit cuꝫ discipulis ad castellū emaus finxit se longius ire ad demonstrandum ꝙ non solum veniebat ad eos: sed etiam adhuc habebat amplius ambulare et coegerunt eum: cogatis me ⁊ placet mihi: ⁊ cum fuerunt in mensa incepit benedicere dicendo. Oculi mei in te sperant dñe ⁊c. ⁊ discipuli mirabātur quomodo sciebat illam benedictionem: ⁊ cuꝫ cepit frangere panem Cognouerunt eum in fractione panis. Luc. vlti. Et in hoc cognoscitur homo si est resuscitatꝰ de morte ad vitaꝫ. s. in fractione panis. vnde dicit dñs Ade Gene. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et si vos frangatis panem ad dextram ⁊ sinistram faciēdo elemosynam parentibus indigenti-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

bus tunc cognoscere poteritis ꝙ anima vestra est resuscitata per fractionem panis. vnde dicitur Thob.xij. Elemosyna a morte liberat ⁊ ipsa est que purgat peccata ⁊ facit inuenire vitam eternam: ergo in ista forma frangendo panem poterimus cognoscere si simus resuscitati de peccato ad gratiam. ¶ Nonũ argumentum siue signum fuit per testimoniũ scripture. vnde dicit Moyses. quod cuꝫ deꝰ voluit formare Euaꝫ fecit dormire Adã ⁊ cepit costam ⁊ inde formauit mulierẽ: nunquid poterat eam aliter formare? dico ꝙ sic. Sed illud fuit figura qđ Jesus habebat dormire in cruce ⁊c. habes supra: ad idem de figura arche Noe ⁊c. Et nullus extra illam archam potuit saluari. Item de serpẽte ⁊ baculo in forma crucis ⁊c. quere supra: ista virtus de signo regis messie exibat ⁊ ipse solus erat potẽs ista facere ⁊ resuscitari ista et alia plura de sanctis scripturis dixit eis vt intelligerent: ⁊ tunc aperuit illis sensum vt intelligerẽt scripturas. Luc.vlti. Et hic est moralitas pro nobis ꝙ complendo decem precepta que sunt scripta habebimus vitam eternam resuscitãdo de peccato ad gloriam. vnde Matt.xix. Si vis ad vitam ingredi serua mandata: et ecce nouem argumenta. vnde Act.j. Probauit seipsum viuum post mortem suaꝫ in multis argumentis: ⁊ sic manifestauit suam resurrectionem: ⁊ habemꝰ multa documenta ad cognoscendum de nobis vtrum simus viui in gratia per scripturas sacras ⁊ per ꝓdicta nouem argumenta ⁊c.

¶ De sex rationibus ꝓpter quas voluit xp̃s resuscitare cũ cicatricibus siue vulneribus corporis.

Distinctio.ccxij.



Xp̃us voluit resuscitare cum cicatricibus siue vulneribus corporis propter sex rationes.

Prima est propter confirmationem credentie.

Scđa propter demonstrationẽ amicitie.

Tertia ꝓpter cõmendationem victorie.

Quarta ꝓpter intercessionem mie.

Quinta ꝓpter manifestationẽ iustitie.

Sexta ꝓpter informationem pnie.

¶ Voluit ergo xp̃s resuscitare cũ signis vulnerum ꝓpter confirmationem credẽtie ⁊ sancte fidei catholice in apl̃is et discipulis: resurrectio em̃ fuit ita difficilis ad credẽdũ ꝙ apl̃i ⁊ discipl̃i nõ poterant credere. vnde post quadraginta dies. s. a die ascensionis. vt dicit Mar.vlti. cap̃. Nouissime aũt recumbẽtibus vndecim apparuit illis Jesus ⁊ exprobrauit incredulitatem illoꝝ ⁊ duritiam cordis: quia his q̃ viderant eũ resurrexisse a mortuis nõ crediderãt. Prio nõ crediderũt v̄gini Marie. beatus Ambrosius dicit in libro de virginitate. Virgo maria dixit apl̃is: noua bona vobis dico ꝙ dn̄s ⁊ magr̃ vester resuscitatꝰ est: ⁊ non crediderũt ei: dicebant em̃ adinuicem non est credendũ mr̃i nec crediderũt magdalene nec alijs mulieribus: immo Luc.vlti. dicitur ꝙ visa sunt verba mulierum quasi deliramẽta: intantum ꝙ Thomas non erat cum eis quando apparuit Jesus: ⁊ illis dicẽtibus ꝙ viderant dominum dixit: nõ credo: vos truffamini de me: non credã vobis: ⁊ dixit Jo.vlti. Nisi videro in manibus eius fixuram clauoꝝ: ⁊ mittam manum meam in latus eius non credaꝫ ꝙ surrexerit. Qñ erat in cruce nonne poterat descendere: ⁊ iudei credidissent ei: et modo qñ est in sepulchro clausus nõ potest fieri ꝙ surrexerit: et apostoli dicebãt ei. Thoma vis damnari cum iuda: duo vel tres viderunt eum: dicebat: non credam nisi videro fixuraꝫ clauorum ⁊c. Et Jesus qui hec sciebat propter confirmationem fidei catholice retinuit vulnera. ⁊ dixit beatus Johannes ꝙ Jesus venit ad discipl̃os ⁊ dixit eis: pax vobis: deinde dixit Thome. Thoma veni ⁊ vide manꝰ meas ⁊ pedes ⁊ infer digitũ tuũ ⁊ cognosce loca clauoꝝ ⁊ affer manũ tuã: ⁊ mitte in latus meum. Et tunc clamauit Thomas dicens: dominus meus et deus meus. Et ratio propter confirmationem fidei catholice: non solũ in Thoma

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

sed etiam in apostolis et nobis omnib⁹ quando nos scimus istam resurrectionẽ cõfirmamur in corde: ⁊ ideo dicebat Salomon Cant. ij. Surge propera amica mea: sponsa mea: columba mea in foraminib⁹ petre: christianitas vocatur amica sponsa columba: sponsa est ecclesia: ⁊ quare: quere alibi: columba per simplicitatem apostolorum: itẽ dicit: surge amica mea sponsa: columba id est christianitas. Surge a dubitatione resurrectiõis et veni in foraminibus petre ⁊ cauernis parietis. Que sit petra beatus Paulus apostolus declarat. j. ad Cozin. x. Petra autem erat Christus: humanitas est paries: sicut enim paries abscondit sic humanitas cooperiebat diuinitatez: latus est camera quia ille miles latus ei⁹ aperuit ideo vocat camera: ideo surge christianitas ad credentiam. ¶ Moraliter bone gentes sicut apostoli et discipuli fuerunt confirmati in fide Christi videntes vulnera Christi respiciẽdo duodecim foramina: sic nos debemus cor nostrum et intellectum cõfirmare in fide Christi respiciendo duodecim foramina: scz duodecim articulos fidei: quia qualibet die debet omnis Christianus dicere Credo fieris genibus mane et sero. Et per ista duodecim foramina debemus respicere diuinitatem ⁊ facere protestationem. Et sicut apostoli et discipuli respicientes foramina vulnerum Christi fuerunt cõfirmati: sic vos per ista duodecim foramina debetis esse confirmati: vt possitis resistere Antichristo. Et ideo dicitur. ij. ad Cor. vlt. Vosmetipsos tentate si estis in fide ⁊c. ¶ Secunda ratio est propter demonstrationem amicitie. s. ad ostendendum amorem quez habet ad genus humanũ: verbi gratia. Quando aliquis miles diligit aliquã dominã magno amore portat diuisam in vestimento auri vel similis hoc facit amor ardens. Sic saluator est amorosus de muliere nobili: scilz christianitate: nunc enim fuit amor tã ardens sicut amor quem portauit Jesus christianitati quia amore eius mortuus est et descendit de celo ad terrã. O quantus amor: post accepit diuisam scz christianitatem que dicitur vestis: ad Philj. Semetipsum exinaniuit formam serui accipiens et habitu inuentus vt homo. Et propter amorem christianitatis portat diuisam in manibus pedibus et latere. Si diceretur christo portanti istã diuisam quare portat ipam: Responderet quod propter amorẽ christianitatis. Esa. xlix. Et dixit syõ. Dereliquit me dominus: et dominus oblitus est mei. Nũ quid obliuisci põt mulier infantẽ suum: syon vult dicere contemplationem ⁊spe culationẽ: syon scz dominus Jesus ascẽdit ad celum. Et tunc dixit christianitas dominus oblitus est mei: respondit Jesus: nũquid obliuisci potest mulier pueri sui: et ideo dixit Jesus ecclesie: et licet mulier obliuisci possit pueri: ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manib⁹ meis descripsi te calamo ferreo et in pedibus meis et in latere meo: ideo ista vulnera sunt in signum amoris. Sequitur et muri tui in oculis meis semper: vulnera sua appellat muros: quia muri defendunt ciuitatem: sic per plagas et passionẽ et crucem Christi nos defendimur ab inimicis. Et quomodo te potero obliuisci ⁊c. moraliter super verbo muri tui ⁊c. pluraliter dicit in ciuitate sunt duo muri: scilz magnus et alius qui vocatur defensio q vocatur barreria. Sic nos si volum⁹ esse defensi a spiritibus immũdis: debemus habere primum murũ scz fidem catholicam altam: et extra debemus habere signum crucis quod est defensio sine barreria. Ego cogito q fidẽ habetis in corde vestro: ideo habetis signum crucis qz quidam credũt se defendere cum signo crucis: et defendunt se cum signo diaboli: de quo dicit Dauid ppheta ps. xj. In circuitu impij ambulant: ostẽde quomodo debet fieri signum crucis ⁊ quomodo multi se signant. Esa. xxvj. Vbe fortitudinis nostre syon saluator ponetur in eis murus ⁊ antemurale: murus per fidem: antemurale per signum crucis. ¶ Tertia ratio est propter commendationẽ victorie: quia victoriam quam habuit in

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

passione non vult ipse Jesus obliuisci: sed vult q̄ vulnera sint in signum victorie: parabola erat ciuitas maior mundi que fuit obsessa per inimicos z nolebant parcere alicui nisi ad mortem: ciuitas autem fuit obsessa per magnum tēpus: ita quod quasi desperabant de salute: venit autem quidam miles et fecit solus bellum contra inimicos ciuitatis et deiecit eos: sed ipse fuit vulneratus plagis diuersis mortalibus. Et tunc habita victoria et liberata ciuitate: rex ciuitatis dixit militi: sunt hic medici boni qui sanabūt vos: dixit placet mihi: sed volo q̄ signa vulnerum remaneant in signum victorie. Ista ciuitas est natura humana que fuit obsessa per quinq̄ milia annorū: scz ab Adam vsq̄ ad mortem Christi: diabolī erant inimici qui omnes ducebant ad infernū: finaliter erant homines desperati. Sed venit ille miles filius virginis dominus et saluator noster Jesus christus: z totus solus intrauit bellum. Esa. lxiij. Et de gentibus non est vir mecum: et liberauit totam naturam humanam. Et facta victoria rex scz deus pater dixit vultis sanari: ita per resurrectionem gloriosam: sed volo q̄ signa remaneant per commēdationem victorie. Et ideo in die ascensionis angeli qui videbant eū ascēdentem cum illis signis dicebant: quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra. Esa. lxiij. c. Bosra. i. afflictio ſm interpretationē hebraicam. Respondet ipse Esa. lxiij. c. Ego sum qui voco iustitiam et propugnator sum ad saluandum. Mozaliter beatus Augustinus dicit q̄ in die iudicij quando omnes crimus ibi plage dolorū et afflictionis q̄s habuerūt persone in isto mundo p̄ christo per illas habebūt gloriam: verbi gratia. Sanctus qui habuerit passionem in capite habebit signū glorie: z sic de alijs Mulieres etiam que dimiserūt comua et alias vanitates amoze Christi habebunt gloriam in capite: z illi qui tenuāt habebunt singularem gloriam in oze: et sic de alijs. Et omnia vulnera resplendebūt multoplus q̄ stelle celi: et ideo dicebat beat⁹ Paulus apostolus ad Gal. vj. Decetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini nostri Jesu christi in corpore meo porto. Sed notate q̄ quando aliquis vult facere penitentiam aut aliquod bonum opus incontinenti reperit molestiam et contradictionem. Sed si vult facere malum habebit plures socios et coadiutores: sed qui fecerit penitentiam portabit splendorem. ij. ad Cor. iiij. Semper mortificationem Jesu Christi in corpore nostro circunferentes vt et vita Jesu in corporibus nostris manifestetur. ¶ Quarta ratio est ꝓpter intercessionem misericordie: ad Roma. viij. Christus Jesus qui pro nobis mortuus est: immo qui et resurrexit: qui est ad dexteram dei qui etiam interpellat p̄ nobis inquantū homo. Quomodo orat Christus p̄ nobis? ostendit vulnera deo patri: nos enim meremur esse damnati propter peccata. Sed christus orat p̄ nobis ostendendo vulnera: vt deus pater det nobis spatium penitēdi. Narrat magister in hystoria scholastica q̄ antipater miles fuit in diuersis bellis pro sustinēdo Imperium Romanum in quibus bellis fuit vulneratus in diuersis partibus corporis sui: fuit autem per aliquos inimicos suos et emulos accusatus imperatori de proditione. Antipater fuit pater Herodis: dixit imperator. Antipater tu sustines proditores contra me. Tunc antē Antipater expoliauit se ostendens plagas quas sustinuerat pro imperatore dicens: quomodo potestis credere accusatoribus contra me qui tanta pro vobis sustinui. Dominus Jesus Christus est iste miles quotidie venit clamores in domo domini nostri Jesu Christi de proditione: primo quia vadunt ad sortilegos. Item de blasphemia ꝛc. deus pater dicit filio suo. Audis quāte detractiones quante proditiones fiunt per naturam humanam contra me: ego volo eas destruere: et tunc Jesus Christus ostendit vulnera patri dicens. O pater benedicte de vestra volūtate ego sustinui ista si enim inquireretur Jesus Christus per angelos q̄ sunt plage iste in medio manuum tuarum. Zacha. xiij. Respōderet

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Jesus amore humani generis sustinuit ista. Moraliter sic debem⁹ habere summam spem ⁊ confidētiam in domino Jesu quia si quis committeret omnia terribilia peccata non debet desperare quia dominus Jesus misericors est. Si quis haberet bonum doctorem aduocatuz in curia regis et haberet accusantes eum apud regem nō timeret si bonum aduocatum haberet. Sic nos habemus in curia regis celestis doctorem summum dominum nostrū Jesum Christum qui est aduocatus noster: ideo debemus facere penitentiam et confiteri peccata: et si habemus cor impenitens habemus Christum iustū iudicem. j. Joā. ij. Filioli mei hec scribo vobis vt nō peccetis: si autem quis peccauerit aduocatum habemus apud regem patrem Jesum christum iustum: quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantū sed etiam pro totius mundi: quia iustus est et nō potest flecti sed institiam facier.

¶ Quinta ratio est propter manifestationem iustitie quando veniet ad diem iudicij particularis licet corpus sit corpus corruptibile: anima tamen est immortalis: ad Heb. ix. Statutuz est hominibus semel mori: et post hoc iudicium vel in alio iudicio magno. Chrysostomus sup Matthеum dicit q̄ anima videt Jesum Christum ostendentem manus pedes et latus: et dicit christus hec pro te passus sum vt te liberarē de pena inferni: et hec est forma iustitie: sed homo potest respōdere. Ego feci tantū pro vobis sicut vos pro me: ⁊ tamen hoc feci quia eram persona superba et vana: et dimisi propter amorem vestrū. Et fui humilis ⁊ dimisi superbiaz ⁊c. Alia persona dicet: ego erā inclinatus ad auaritiam. Sed dimisi et propter vos fui misericors: ⁊ sic de aliis. Beatus qui sic poterit respondere: dicet tali Christ⁹ illud. Mat. xxv. Euge serue bone ⁊ fidelis quia super pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituam intra in gaudium domini tui. O quantum gaudium erit tali anime. Et propter istā rationem voluit resuscitare cū vulneribus.

¶ Sexta ratio est propter informationē penitentie dominus Jesus inter ceteras plagas quas recepit habuit quinq; principales et tēpore resurrectionis retinuit sibi illas non tantas siue tam magnas: quia post resurrectionem fuerūt rotūde: ibi est informatio penitētie quia tempore quadragesime recepimus quinq; opera penitentie. Sed modo tempore resurrectionis debemus retinere: non tamen apertas sed signuz earum. Primū opus penitentie quod recepimus fuit contritio dolorosa: quia quilibet flebat ⁊c. Sed tempore isto non debemus habere tantam: sed firmam voluntatem ne reiteremus peccata: aliqui credunt q̄ non debeāt abstinere a peccatis nisi in quadragesima quando facimus penitentiam ⁊ dolemus de peccatis. Sed tamen attende quid dixit christus Jo. viij. Vade ⁊ iā amplius noli peccare. Secūda plaga est confessio verecunda: quia quilibet christianus debet cōfiteri in quadragesima de peccatis et ista plaga est magna. Et si non vultis confiteri post pascha: ⁊ consequenter vsq; ad quadragesimam veniētem: tamen in die dominico ⁊ die⁹ festinis velitis esse in confessione sacerdotis quando intrat missam: quia illa cōfessio est pro vobis laicis: quia sacerdos debet esse confessus sacramentaliter: ⁊ illa confessio est signum cōfessionis plage quadragesime: vnde Dauid p̄s. xcix. Populus eius ⁊ oues pascue eius introite portas eius in cōfessione atria eius in hymnis cōfitemini illi. Tertia plaga est ieiunium ⁊ abstinentia q̄ affligebamus nos et si illam plagam non vultis modo accipere habeatis signum scilz temperantiā vt die dominico non comedatis ante missam: et nō comedatis excessiue. Et talis poterit dicere cum Dauid p̄s. cxl. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Quarta plaga est restitutio forefactorum quia in quadragesima qlibet facit iustitiam de seipō: ideo debetis habere signuz ne amplius faciatis vsuras q̄ colorate ⁊ cooperte fiunt vsure de presenti: dānatus est notarius qui facit contractū vsurarium: ⁊ omnes illi qui faciūt: ad Rom. xiij. Memini quicq̄ debea

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

lis nisi vt inuicem diligatis. Quinta plaga est restitutio iniuriarum qꝛ omnes in quadragesima habent facere pacē inter se adinuicē pro signo debet remanere de ista vt pacem habeamus ⁊ dilectionem. Jo.iiij. In hoc cognoscent omnes ꝙ vere mei estis discipuli si dilectionē habueritis adinuicem: ideo retinuit signū vulnerum. Unde Bernardus. Data sunt signa quedā et indicia vt indubitabile sit illum esse de numero electoꝝ in quo hec signa remanserunt. Rogemus dñm ⁊c.

¶ De sex ydrijs lapideis quas nobis Christus proposuit.
Distinctio.ccxiij.



Drias sex lapideas proposuit nobis christus. Quarū quidē Prima est ablutio baptismalis.
Secunda est confessio sacramentalis.
Tertia est oratio spiritualis.
Quarta est afflictio penitentialis.
Quinta est deuotio misericordialis.
Sexta est remissio iniurialis.
Ideo dicitur Joā. ij. Ibi scilꝫ in ecclesia militanti sex ydrie posite supple sunt ꝟm legem propter purificationem animarū quapropter si aliquis sentit se maculatū lauetur in aliqua istarū ydriarū. ¶ Prima ergo ydria est ablutio baptismalis: et in ista lauantur pueri qui nascuntur cum macula peccati originalis quam recipiunt in illa carnali et brutali generatione: qꝛ si aliter deus crearet vnum puerum scꝫ de digito vel aure ⁊c. non haberet peccatum originale quia illa macula solū recipitur in regeneratione ac si mapa alba poneretur in pelui detincta vel incausto: sic anima ꝟm suam essentiā est pulchrior sole: sed ponitur in concha immunda et ibi maculatur: ideo Christus ordinauit ydriam ablutionis baptismalis alias tota aqua maris non sufficeret ad purificandum. Sed tanta est virtus baptismi quod si puer vel iudeus statim post baptismum moriatur anteq̄ de nouo peccet sine aliqua contradictione intrat gloriam paradisi. Ecce virtꝰ huius ydrie: quanta est de hoc auctoritas: dixerūt iudei in primo sermone Petri. Quid faciemus viri fratres. Tunc beatus Petrus respondit. Baptizetur vnusquisq̄ vestrum in nomine domini nostri Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum et accipietis donum spiritussancti. Act. ij. Nota cum dicitur in nomine Jesu Christi: nunquid esset modo vere baptizatus ille qui baptizaretur sub ista forma. Ego te baptizo in nomine Jesu Christi: dico ꝙ non: ergo quare dixit Petrus baptizetur vnusquisq̄ vestrum ⁊c. Quia certum est ꝙ forma baptismi ordinata a Christo est ista. Ego te baptizo in nomine patris et filij ⁊ spūssancti amen. Dicunt doctores ꝙ ista forma fuit dimissa tempore apostolorū licet significatiue sit eadem cum illa quam ibi dabant: nomen enim Jesu erat ita odiosum iudeis tempore apostolorum ꝙ non poterant libenter audire: ideo dicunt ꝙ spiritussanctus dispensauit cuꝫ baptizarentur cum ista forma. Ego te baptizo in nomine Jesu Christi: quod est nomen amabile gratiosum ⁊ honorabile. Sed modo iā non est ista ratio: ⁊ cessat disputatio: ideo modo nullus posset immutare formam baptismi. Secundo dicit in remissionē omniū peccatorum: diceret aliquis: et aqua posset remittere peccata? dico ꝙ non de se: sed aqua non est sola sed ista est mixta sanguine Jesu Christi virtualiter ex verbis forme baptismi: et tunc habet virtutem lauādi animas: quemadmodū mulieres volentes abluere pannos miscent cineres cum aqua: et tūc habet virtutem abluendi pannos a maculis. Sic aqua baptismi miscetur cum cinere passionis domini nostri Jesu Christi virtute verborum: ideo dicit Joānes. j. Joannis. v. Hic est qui venit per aquam et sanguinem: nō in aqua solum sed in aqua ⁊ sanguine. Si dicatur: et nunquid sanguis Jesu Christi est in corpore? dico quod sic. Sed ex fide Jesu christi ⁊ virtute verborum est mixtus cum aqua virtualiter.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

Tertio dixit ⁊ accipietis donū spiritus sancti: ⁊ loquit de gloria. Sed quare attribuitur spiritui sancto cum sit vna donatio trīū personarū patris ⁊ filij ⁊ spūs sancti. Responsio qz gloria paradisi datur sola grā dei ⁊ mia. Mō em petēdo eā possum⁹ allegare rigorē iustitie dicēdo dñe de⁹ detis mihi gloriā quia ego seruiui vobis vel fect hoc ꝛc. Sicut nec captiuus domino quia seruiuit sibi dicendo, detis mihi hereditatez. Sed ista eēt bona ratio si diceres: domine ego seruiui vobis: ideo pro gratia vestra detis mihi gloriam vestram ⁊ quia gratia bonitas ⁊ misericordia ⁊ hmodi attribuūtur spiritui sancto. Ideo dicit accipietis donum spiritus sancti: ad Titum. iij. Mō ex operibus iustitie que fecimus nos: sz scōm suam misericordiaz saluos nos fecit per lauacrum regenerationis ⁊ renouationis spiritus sancti quem effudit in nos abunde per iesum christum saluatorem nostrum vt iustificati gratia ipi⁹ heredes simus scōm spem vite eterne. Nos enim purificati sum⁹ in p̃ma ydria baptismali ⁊ si sic fuissemus mortui fuissemus sine contradictione recepti in gloria paradisi: sed quia exposf facti sumus immundi ex peccatis ⁊ magis maculati ex peccatis actualibus q̃ essem⁹ ex originali non possumus purificari p ablutionem baptismalem: quia solum semel valet quemadmodum christus semel mortuus est: ideo christus ordinauit scōam ydriam ad purificandū animas per confessionem sacramentalem: oportet enim volentem intrare ad gloriam paradisi omnia peccata confiteri nullum abscondere: nec excusare sed accusare se ꝛc. Et quando confessor eleuat manum dicens Ego te absoluo anima remanet purificata a culpis oib⁹ mortalibus: vnde tanta posset esse contritio cōfitentis q̃ non solum ab omnibus peccatis mortalibus ⁊ venialib⁹ ⁊ culpis eoꝝ sed etiam ab omnibus penis esset absolutus: prime Joan. j. Si cōfiteamur peccata nostra fidelis et iustus est deus vt remittat nobis peccata nostra ⁊ emūdet nos ab omni iniquitate: ideo debemus confiteri omnia peccata nostra. Item est alia auctoritas veteris testamenti Prouerbio. xxviij. Qui abscondit scelera sua scilicet confessori quia deo non possunt abscondi nō dirigēt ad saluationē. Qui autem confessus fuerit et reliquerit ea misericordiam consequetur. Mora dimittunt peccata: primo dimittendo opera scilicet superbiam auaritiam nec de cetero faciendo vsuram furta calūnias ⁊ sic de aliis: scdo dimittēdo occasiones peccatorum dicendo. Talis persona facit me peccare fuge illam nec debes locū nec salutare illā nisi lōge lōge vt non speteat. Legit de marta magdalena q̃ postq̃ fuit cōfessa scitis cui? Certe pape sūmo iesu christo quando scilicet retro et lachrimis cepit rigare pedes eius tunc confessa fuit peccata ⁊ extunc non solū dimisit peccata: sed etiam opera immo etiam occasiones quia extunc nunq̃ voluit respicere aliquem hominem: ⁊ si fuisset interrogata quare non respiciebat? Respondisset q̃ homines fuerunt mihi causa ⁊ occasio tantorum peccatorum. Tertio restituendo effectus peccati scilicet restituere vendere comburere tocalia recepcia: dicatur de quadam puella q̃ contraxit amicitiam cum quodam iuuene: primo loquendo: scdo tocalia recipiēdo ꝛc. Et sic fuit effecta meretrix publica ꝛc. Si mulier respiceret bene primum saltum non caderet semp esset bona. Sz ex quo perdidit verecūdiam factum est: tertio cōbuffit in medio platee omnia tocalia que acquisiuerat peccando: ideo dicit. Qui autem confessus fuerit ⁊ reliquerit ea ꝛc. Isto triplici modo misericordiā cōsequet. ¶ Tertia ydria est oratio spiritualis si homo non confiteatur quia non habet opportunitatem tūc in tali casu oratio humilis cum contritiōe cordis lauat animā purificat ab omnibus maculis culpe. De hoc dicam vobis exemplum de euangelio de illo peccatore publico i omni specie peccati qui semel venit ad templum et nō audebat intrare timens ne ex peccatis suis tem-

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

plum caderet super eum nec audebat celum respicere: vbi est deus cuncta respiciens: sed aspiciebat terram in qua considerabat esse infernum sibi paratum dicens, Deus ꝓpicius esto mihi peccatori: nesciens aliam orationez. Lu.xviij. De isto dicit christus. Amen dico vobis descendit hic iustificatus in domum suaz. Isto modo etiam latro dexter fuit iustificatus ⁊ purificatus ab omnibus peccatis suis a culpa ⁊ a pena quando orãdo dixit domine. Memẽto mei dum veneris in regnuz tuũ: dixit illi iesus. Amẽ dico tibi hodie mecuz eris in paradiso. Luc.xxij. Tanta enim fuit eius contritio ꝙ mundatus fuit ⁊ poterat sibi dicere christus. Serue neq̃ quia semp fuerat malus: omne debituz dimisi tibi qꝛ rogasti me. Mat.xviij. Isto modo etiaz lauemus nos a maculis peccatorum scilicet recipiendo certam orationez qualibet die mane et sero cogitando ꝙ videt christũ ⁊c. Et cogitãdo quot modos inenit vt saluemur ⁊c. ¶ Quarta ydria est afflictio pnialis: vñ omnis afflictio q̃ potest dari siue ieiunando siue cilicium portando vel se discrete disciplinando dicitur afflictio penitẽtialis. Accipiamꝰ ergo aliquam penitentiam quia meliꝰ est ꝙ nosmetipos castigemus q̃ si diaboli nos castigarent in inferno sicut melius est patri habenti filios ꝙ ipse castiget eos cum virga q̃ ꝙ corrigantur in furca: ita quilibet nostrum habet vnum filium scilicet corpus male nutrituz vel vnam filiam scilicet carnem quod idem est que multos defectus facit: ideo melius est ꝙ nos cum virga penitentie corrigamus eam q̃ si diaboli ⁊c. ideo dicit apostolus prime ad Coꝝ.xj. est verbum aureũ. Si nosmetipsos iudicaremꝰ nõ vtiq̃ diiudicaremur. Sup hoc dicit beatus Augustinus. Cessat diuina vindicta si precurrat humana iustitia. Benedictꝰ ergo est ille qui in hoc mundo facit penitentiã. ¶ Quinta ydria est donatio misericordialis: scilicet dare amore dei pauperibus de bonis tẽporalibus: cibare esurientes: potare sitientes: colligere hospites: cooperire nudos: visitare infirmos: redimere captiuos: sepelire mortuos. Idez de bonis spiritualibus. Tantum placet deo illud opus misericordie ꝙ non permittit mori misericordes in aliquibꝰ peccatis: superbie: auaritie ⁊ luxurie ⁊c. Et ꝓtunc lz deꝰ nõ remittat peccata tamen anteq̃ tales moriantur deus dabit eis contritionez: ita ꝙ dimittẽtur peccata ⁊ deus purificabit animas talium personarũ. Legitur Luce vndecimo quod q̃daz phariseius diues postq̃ Christus predicauit inuitauit eum ad prandium dicens. Domine ex quo dedistis nobis bonum prandiũ spirituale Rogo vos ꝙ velitis recipere in domo mea prandium corporale. Et christus accepit conuiuium. Cũ autem fuit in domo pharisei ⁊ vidit domum ornatam et mensam positã cum pulchris mapis dixit. Vos pharisei quod deforis est scilicet extra animam mundatis: qd̃ autem intus est vestrum plenum est rapina ⁊ iniquitate: dans autem eis cõsilium purificandi ⁊ mundandi animas: dixit veruntamẽ quod superest date elemosynam ⁊ ecce omnia munda sunt vobis. Nota quod superest non dixit qd̃ necesse est sed quod superest ⁊ intelligitur dupliciter: primo quod superest facta restitutione: quia de vsura furto rapina calũnia non est fienda elemosyna: sz restitutio: et post de illo quod superest de bono iusto detur elemosyna. Vel qd̃ superest a necessitate: quia non dixit ꝙ amoueatis panem vel vinum de ore vestro vxorum vel filiorum sed quod superest de coquina pane vino pecunia ⁊c. vel vestimentis date elemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis. Illud etiam consilium dedit Daniel regi Nabuchodonoso: magno peccatori Daniel.j. dicens. Consilium meum tibi placeat. O rex peccata tua elemosynis redime ⁊ iniquitates tuas misericordijs pauperuz. ¶ Sexta ydria est remissio iniurialis et q̃to iniuria est maior scz mors patris ⁊c. tanto magis purificatur aĩa remittẽdo. Rõ naturalis ⁊ etiã theologie est ꝙ oĩs

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

christianus z etiam infidelis habet istã conclusionem tanq̃ veram q̃ deus non potest vinci seu superari bonitate pal- quam creaturam. Signa ergo in digitis tres scilicet inimicum iniuriatum et tertio deum: et fac propositionem. Certum est q̃ in multis: magnis tu iniuria- tus deum iniuriasti z inimicus iniuria- tus es tibi. Si ergo tu habes tantã bo- nitatem quod remittis inimico iniuriã tibi factam si deus non dimitteret illam sequeretur q̃ deus posset vinci in boni- tate quod non dicendũ: habeatur ergo pro regula certissima q̃ si remittitur in- iuria inimico etiã remittũtur tibi pecca ta a deo: de hoc est auctoritas Matt. vj. Si enim dimiseritis hominibus pecca- ta eorum dimittet z vobis pater vester celestis delicta vestra. Si autem non di miseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra ꝛc. Amẽ.

¶ Deo gratias.

¶ Sermonum aureorum distinctionum alphabeticarũ hacte nus nusq̃ Impressorũ per diuini verbi preconẽ videlicet san- ctum Vincentium cõfessorem de Valentia ordinis fratrũ pre- dicatorum sacrarum litterarum interpretem et professorẽ com pilatorum ac declamatorum Finis.

¶ Impressum fuit hoc opus Lugduni in edibus Dionysij de harsy calcographi sumptu honesti viri Simonis Vincẽtij bibliopole. Anno a virginis partu Millesimo quingentesi- mo vigesimotertio. Die xvo. viij. mẽsis Octobris.

Registrum huius operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q.

¶ Omnes sunt quaterni.

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours



CES RENAISSANCE

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

© Centre d'Études Supérieures de la Renaissance - Tours

